η'. *Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας* [31]. Ἀλλ' ἀγαθότητι κυβερνῶν τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ Δεσπότης, κατέλυσε μὲν τὸν θάνατον, ἔπαυσε δὲ τὰ ἐπὶ τοῖς τελευτῶσι γινόμενα δάκρυα [32], τῆς ἀναστάσεως δεδωκὼς τὴν ἐλπίδα, καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας περιεῖλεν ὀνείδη [33]. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἐφθεγξάμην· ἀλλ' αὐτὸς δι' ἐμοῦ ὁ τῶν ὅλων Κύριος.

θ'. *Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ὃν* [34] *ἠλπίζομεν*. Οἱ τῆς σωτηρίας μετεσχηκότες, τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τὸ τέλος ὁρῶντες, τοῦτον τὸν ὕμνον τῷ σεσωκότι προσφέρουσιν. Οὗτος, φασὶ, τῆς ὑπομονῆς ὁ καρπὸς, εὐφροσύνη καὶ θυμηδία τέλος οὐκ ἔχουσα. Τούτους ἀπὸ τούτου τοῦ ὄρους ἐδρεψάμεθα τοὺς καρποὺς, τουτέστι τῆς εὐσεβείας.

ΚΕΦΑΛ. ΚΣ'.

ε'. *Ὃς ταπεινώσας κατήγαγες τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς* [35]. Τοῦτο καὶ ἡ ἁγία Παρθένος ὑμνοῦσα ἔλεγε· « Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. »

θ'. *Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός* [36]. Νύκτα καλεῖ τὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καιρόν· ὄρθρον δὲ, τὴν προφητικὴν πρόγνωσιν. Ἡμέρα γὰρ ἡ τῆς θεογνωσίας ἀνατολὴ, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος φῶς ἀληθινὸν, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης ὠνόμασται.

ι'. *Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβὴς* [37]. Τῆς γὰρ τοῦ διαβόλου τυραννίδος, διὰ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας καταλυθείσης, ῥᾴων γέγονε τῆς ἀρετῆς ἡ κατόρθωσις· ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώνατο. « Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς [38], ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. » Ἐκλαμβάνεται ταῦτα καὶ εἰς τὸν διάβολον, καὶ εἰς τοὺς ἀγνώμονας Ἰουδαίους, ὡς πολλῶν εὐεργεσιῶν τυχόντες ἔτι ἐπέμενον τὸ βλῆμα τῆς διανοίας κεκαμμυκότες· τοῦ γὰρ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημήσαντος, καὶ τῶν ἐθνῶν πιστευσάντων, οὗτοι οὐ μόνον περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμονες γεγόνασιν· ἀλλὰ καὶ ζήλῳ πονηρῷ ἐκκαιόμενοι, πυρίκαυστοι γενέσθαι ἠβούλοντο, ἤπερ ὁρᾷν τὰ ἔθνη σωζόμενα.

ια'. *Γνόντες δὲ* [39] *αἰσχυνθήσονται*. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἔφη· « Καὶ τότε ὄψονται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » — « Ζῆλος λήψεται λαὸν ἀπαίδευτον [40]. » Τοὺς Ἰουδαίους αἰνίττεται, διὰ ζῆλον δῆθεν τῷ σταυρῷ τὸν Κύριον

A sicut legem solis dedit Judæis, sic et Novum Testamentum illis solis exhibuit, sed omnibus gentibus provenientem ex eo salutem exposuit.

Vers. 8. *Devoravit mors prævalens.* Sed qui res nostras bonitate gubernat Dominus, mortem destruxit, et lacrymis, quæ mortuorum causa fundi solent, spe data resurrectionis, finem imposuit. Peccati quoque probra sustulit. Hæc autem, inquit, non ego locutus sum, sed ipse per me omnium Dominus.

Vers. 9. *Ecce Deus noster in quo sperabamus.* [10] Qui salutem sunt adepti, bonorum quæ sperabant finem cernentes, hunc hymnum Salvatori offerunt. Hic, inquiunt, fructus est patientiæ, lætitia et hilaritas finem non habens. Hos ab hoc monte fructus decerpsimus, fructus scilicet pietatis.

B

CAP. XXVI.

Vers. 5. *Qui humilians detraxisti eos qui habitant in excelsis.* Hoc 295 etiam sancta Virgo dixit in cantico : « Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles [f]. »

Vers. 9. *De nocte mane consurgit spiritus meus ad te, Deus.* Noctem vocat tempus quod incarnationem Domini antecessit : diluculum vero, præscientiam propheticam. Dies enim, ortus cognitionis Dei : et Dominus ipse lumen verum et sol justitiæ appellatus est.

C

Vers. 10. *Cessavit enim impius.* Eversa enim per Dominicum adventum diaboli tyrannide, facilior facta est actio virtutis : ille vero fructum inde nullum cepit. « Tollatur impius, ut non videat gloriam Domini. » Accipiuntur ista tum de diabolo, tum de ingratis Judæis, ut qui multis affecti beneficiis pergebant mentis oculos claudere. Nam conversante in terris Domino nostro Jesu Christo, cum gentes credidissent, ipsi non solum ingrati erga benefactorem fuerunt, sed et prava æmulatione incensi, flammas pati malebant, quam gentium salutem videre.

Vers. 11. *Scientes autem confundentur.* Hoc etiam dixit Dominus in Evangeliis : « Tunc videbunt si- D gnum Filii hominis in cœlo, et tunc plangent omnes tribus terræ [g]. » — « Zelus apprehendet populum ineruditum. » Judæos significat, utpote qui ex zelo et æmulatione Dominum cruci affixerunt. Hoc etiam

[f] Luc. I, 52. [g] Matth. XXIV, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[31] Κατ.—ἰσχύσας. *Hebr.* Absorbebit mortem in perpetuum. Ita Symm. [32] ἔπαυσε—δάκρυα. Verba textus, ad quæ hæc se referunt infra, in *Reprch.*, anath. 10, Cyr., ita leg. : αὐτὸς γὰρ ἀφεῖλε πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου παντός. [33] καὶ—ὅλων Κύρ. Hæc ad ultima vers. 8 se referunt. [34] ἐφ' ὃν. Ita Ald. Rec. lectio ἐφ' ᾧ. [35] Ὃς—ὑψηλ. *Hebr.* Nam deprimit habitantes in excelso. [36] Ἐκ — Θεός. *Hebr.* Etiam spiritu meo, in medio mei, mane quæro te. [37] Πέπαυται γ. ὁ ἀσ. *Hebr.* Si gratia fit impio (tamen non discit justitiam). [38] Ἀρθ. ὁ ἀσεβ. Abest a textu Hebr. [39] Γνόντες δέ. *Hebr.* videbunt autem. [40] Ζῆλος — ἀπαίδ. *Hebr.* ob zelum contra populum.

Digitized by Google

divinus dicit Apostolus : « Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habeant, sed non secundum scientiam [h]. » **296** « Et nunc ignis adversarios comedet. » Quia lumen non receperunt, tradentur igni et tenebris.

A προσηλώσαντας. Τοῦτο καὶ ὁ θεῖός φησιν Ἀπόστολος· « Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. » — « Καὶ νῦν πῦρ ὑπεναντίους κατέδεται [61]. » Ἐπειδὴ τὸ φῶς οὐκ ἐδέξαντο, παραδοθήσονται τῷ πυρὶ καὶ τῷ σκότει.

Vers. 12. *Domine Deus noster, pacem da nobis.* Pacem tuam, Domine, amplexi sumus : providentia tua ne excidamus. Deum enim alium nullum novimus. Hæc Eunomii quoque stupiditatem redarguunt. [13] Quomodo enim dicere possunt : « Extra te alium nescimus, » qui Deum creatum appellant Filium ? Nos vero unam Trinitatis substantiam prædicantes, vere affirmamus, cum dicimus : « Extra te alium nescimus. »

ιβ'. *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν* [62]. Τὴν σὴν εἰρήνην ἠσπασάμεθα, Δέσποτα· μὴ ἐκπέσωμέν σου τῆς προμηθείας. Οὐδένα γὰρ ἄλλον ἴσμεν Θεόν. Ταῦτα καὶ τὴν Εὐνομίου διελέγχει παραπληξίαν· πῶς γὰρ δύνανται λέγειν, « Ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, » κτιστὸν Θεὸν τὸν Υἱὸν ὀνομάζοντες; Ἡμεῖς δὲ μίαν οὐσίαν τῆς Τριάδος κηρύττοντες, ἀληθεύομεν λέγοντες· « Ἐκτὸς σοῦ ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. »

Vers. 14. *Mortui autem vitam ne videant.* Mortuos vocat eos, qui bonis operibus mortui sunt. Sic enim et Dominus dixit : « Permitte ut mortui sepeliant mortuos suos [i]. » — « Neque medici suscitabunt. » Deo enim puniente, quis auxiliari poterit ? « Idcirco induxisti, et perdidisti. » Significat Deum, dum parcit, tempus vitæ illorum contraxisse, ne longo tempore permanentes, malitia simul crescerent, et pœnam suam augerent. Propter bonitatem enim Deus annos etiam definit ad supplicium : nunc quidem post centum viginti, sicut tempore diluvii, nunc vero post sexaginta, per hunc ipsum prophetam. Atque ante condictum tempus inducit judicium, peccata illorum removens, et cessare ab iniquitate faciens illos qui sine pœnitentia ægrotant. Unde ait Psalmus : « Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt **297** dies suos [j]. » Et rursus, « Ne auferas me in dimidio dierum meorum [k]. » Illud : « Abstulisti omne masculum eorum, » Symmachus reddidit, « omnem memoriam eorum. » Aquila autem et Theodotio, « omne monumentum illorum. »

ιδ'. *Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν.* Νεκροὺς καλεῖ τοὺς τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις νενεκρωμένους. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἔφη· « Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. » — « Οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσουσι [63]. » Θεοῦ γὰρ κολάζοντος, τίς ἐπαμῦναι δυνήσεται ; « Διὰ τοῦτο ἐπήγαγες [64], καὶ ἀπώλεσας. » Σημαίνει ὅτι φειδόμενος ὁ Θεὸς τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς αὐτῶν ὑπετέμετο· ἵνα μὴ εἰς χρόνον μακρὸν παραμένοντες, συμπαρεκτείνωνται τῇ κακίᾳ, καὶ αὔξωσιν αὐτῶν τὴν κόλασιν. Διὰ γὰρ ἀγαθότητα Θεὸς καὶ χρόνους ὁρίζει εἰς τιμωρίαν· τοῦτο μὲν μετὰ ἑκατὸν εἴκοσι, ὡσπεροῦν καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ· τοῦτο δὲ ἑξήκοντα, δι' αὐτοῦ τούτου τοῦ προφήτου. Καὶ πρὸ τῆς προθεσμίας ἐπάγει τὴν δίκην, ἐκκόπτων αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ παύων αὐτοὺς τῆς παρανομίας ἀμεταμέλητα νοσοῦντας· διό φησιν ὁ πεντηκοστὸς τέταρτος ψαλμός· « Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσουσι [65] τὰς ἡμέρας αὐτῶν. » Καὶ πάλιν, « Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. » Τὸ, « Ἧρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν, » ὁ Σύμμαχος, « πᾶσαν τὴν μνήμην [66] αὐτῶν » ἡρμήνευσεν. Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, « πᾶν τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. »

Vers. 15. *Adde eis mala, Domine.* Prædictionis formam in optativam convertit propheta, et interitum eorum prædicit qui pios persequuntur. [16, 17] *Domine, in tribulatione recordati sumus tui.* Ostensa persequentium ærumna, ostendit insuper emolumentum eorum qui persecutionem sustinent. « Tribulatio enim, » juxta beatum Paulum, « patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem, spes non confundit [l]. »

ιε'. *Πρόσθες αὐτοῖς κακὰ, Κύριε* [67]. Εἰς εὐκτικὸν τὸ προαγορευτικὸν ὁ προφήτης μετέβαλε σχῆμα, καὶ προλέγει τὸν ὄλεθρον τῶν διωκόντων τοὺς εὐσεβεῖς. *Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου* [68]. Δείξας τῶν διωκόντων τὴν ταλαιπωρίαν, ἐπιδείκνυσι τῶν διωκομένων τὴν ὠφέλειαν· « Ἡ γὰρ θλῖψις, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. »

Vers. 18. *Propter timorem tuum, Domine, in utero concepimus.* Quia enim cum muliere partu-

ιη'. *Διὰ τὸν φόβον σου* [69], *Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν* [70]. Ἐπειδὴ γὰρ ὠδινούσῃ ἑαυτοὺς ἀπείκασαν

[h] Rom. x, 2. [i] Matth. VIII, 22. [j] Psal. LIV, 24. [k] Psal. CI, 25. [l] Rom. v, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[61] Rec. lectio ἕδεται. [62] Κύριε — ἡμῖν. *Hebr.* O Jehova, disponas pacem nobis. Reliqua ex vers. 12, una cum verbis primis vers. 13, exstant in dial. 2, p. 598. Garn. [63] Οὐδὲ — ἀναστ. *Hebr.* vitæ expertes (ita vox רְפָאִים etiam vers. 19 et infra, c. XIV, 9, sumitur), non iterum surgent. [64] ἐπηγ. *Hebr.* visitasti. [65] Supra, t. I, p. 970, ἡμισεύσωσι. [66] π. τ. μν. Bene, juxta Hebr. [67] Πρόσθες — Κύριε. *Hebr.* Addidisti genti (s. auxisti gentem) o Jehova. [68] ἐμν. σου *Hebr.* visitarunt, s. quæsiverunt te. Reliqua hujus vers. infra ad c. XL, 2, ita leg. : ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. [69] Διὰ τ. φ. σου. Absit a textu Hebr., exstat vero etiam in vers. Lat. antiqua, præter unum ms., cujus meminit SABAT. ad h. l. In dial. 1, p. 279, 285 et 292 Garn. est ἀπὸ τοῦ φόβου σου. [70] ἐλάβομεν. Quæ proxima sunt, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου, supra, p. 52 et 85, necnon t. I, p. 784 et 1292 leg., sed non eodem modo.

Digitized by Google

γυναικὶ, ἔδειξαν τὸν τῶν ὠδίνων καρπόν. « Πνεῦμα γὰρ, φησὶ, σωτηρίας ἐτέκομεν, ὃ ἐποίησας [51] ἐπὶ γῆς· » τουτέστιν ὃ τῇ γῇ ἐδωρήσω. Οὐ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐν τῇ γῇ ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ γῇ τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο. « Οὐ πεσούμεθα [52], ἀλλὰ πεσοῦνται οἱ ἐνοικοῦντες [53] ἐπὶ τῆς γῆς. » Οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες ἐπιμένουσι θαῤῥοῦντες τοῖς ῥέουσιν· ἡμεῖς δὲ προσμένομεν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν.

ιθ'. *Ἡ γὰρ δρόσος, ἡ παρὰ σοῦ, ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν* [54]. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὑετὸς ζωοποιεῖ τὰ καταχωσθέντα καὶ οἱονεὶ ταφέντα σπέρματα· οὕτως ὁ σὸς λόγος, οἷόν τις δρόσος, ἀνίστησι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. « Ἡ δὲ γῆ τῶν ἀσεβῶν πεσεῖται [55]. » Τὸ γήϊνον αὐτῶν καταλύεται φρόνημα. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ προφήτης εἴρηκεν, ὕμνον ὑφαίνων τῷ τῶν ὅλων θεῷ. Αὐτὸς δὲ ὁ Δεσπότης τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι παρεγγυᾷ, ὥσπερ ἔν τισι ταμείοις, τῇ πίστει τῶν κηρυγμάτων, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κατακρυβῆναι, καὶ διαφυγεῖν τὸν τοῖς ἄλλοις ἐπιφερόμενον ἀνθρώποις ὄλεθρον. Καὶ τοῦτο παθεῖν συνέβη τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ. Πεπαρφνήκασι γὰρ εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς, καίτοι τὸ τῆς σωτηρίας τεκόντας πνεῦμα τοῖς ἐπὶ γῆς.

κα'. *Ἰδοὺ* [56] *γὰρ Κύριος ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἐπάγει τὴν ὀργὴν ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας* [57] *ἐπὶ τῆς γῆς.* Ταῦτα εὑρίσκομεν τὸν Κύριον τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις παρεγγυήσαντα· « Ὅτ' ἂν γὰρ, φησὶν, ἴδετε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Καὶ πάλιν· « Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. » Προλέγει δὲ αὐτοῖς, ἵνα διαφύγωσι τὸν ἐπιφερόμενον τοῖς ἀντιστήσασιν ὄλεθρον.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

α'. *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει* [58] *ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν* [59]. Μάχαιραν Θεοῦ καλεῖ τὸν τιμωρητικὸν λόγον. « Δράκοντα δὲ ὄφιν σκολιὸν, φεύγοντα καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ διαιτώμενον, » τὸν διὰ τοῦ πρώτου ὄφεως ἐνεργήσαντα λέγει. Αὐτὸς γὰρ ἔφυγε, τὴν τοῦ Σωτῆρος μεμαθηκὼς ἐπιφάνειαν, καὶ ἔβόα· « Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. »

γ'. *Ἐγὼ πόλις ὀχυρὰ, πόλις πολιορκουμένη* [60].

A riente seipsos comparaverant, partus fructum ostenderunt. « Spiritum enim, inquit, salutis peperimus, quem fecisti in terra, » id est, quem terræ donasti. Neque enim Spiritum in terra creavit : sed per Spiritum in terra salutem operatus est. « Non cademus, sed cadent habitatores terræ. » Qui terrena sapiunt, in rebus fluxis confidere pergunt : nos vero resurrectionem mortuorum exspectamus.

298 Vers. 19. *Ros enim, qui a te, sanatio eis est.* Quemadmodum enim pluvia defossa et quasi sepulta semina vivificat, sic verbum tuum, velut ros quidam, hominum naturam exsuscitat. « Terra autem impiorum cadet. » Terrenus illorum fastus dejicitur. Hæc itaque dixit propheta hymnum texens universorum Deo. Ipse autem Dominus in ipsum credentes admonet, ut tanquam in cellis quibusdam, in fide prædicationum, et in spe futurorum abdantur, et impendentem aliis hominibus interitum devitent. Atque hoc plane contigit regioni Judæorum. Insanierunt enim adversus Christum, et adversus sanctos mystagogos, licet salutis spiritum habitantibus in terra pepererint.

Vers. 21. *Ecce enim Dominus de sancto inducit iram super habitatores terræ.* Hæc invenimus Dominum sanctis apostolis indicasse. « Cum videritis enim, inquit, circumdari ab exercitu Hierosolymam, tunc scitote appropinquare desolationem ejus [m]. » Et rursus : « Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, et qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua [n]. » Prædicit autem illis, ut effugiant inflictum resistentibus exitium.

299 CAP. XXVII.

Vers. 1. *Illo die inducet Deus gladium sanctum.* Gladium Dei vocat vindicem sermonem. « Draconem vero serpentem tortuosum, fugientem et habitantem in mari, » eum dicit, qui per primum serpentem operatus est. Ipse enim, audito Salvatoris adventu, fugam iniit, et clamavit : « Quid mihi et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos [o]. »

Vers. 3. *Ego civitas munita, civitas quæ oppu-*

[m] Luc. XXI, 20. [n] Matth. XXIV, 16, 17. [o] Matth. VIII, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[51] ὃ ἐποίησας. Ita quoque t. I, p. 784, sed ibid. p. 1292, ἐποιήσαμεν. Hanc posteriorem lectionem Noster etiam ad Cant. III, 7, 8 secutus est, juxta cod. Alex., sed ad Cant. I, 15, 16, leg. πν. σωτ. σου, ὃ ἐκυήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς. In dial. 1, p. 279 et 292 Garn. est πν. σωτ. ἐπὶ τῆς γῆς. Postrema ἐπὶ τῆς γῆς des. ib. p. 283. [52] Οὐ πεσ. Des. in textu Hebr. et in cod. Alex. [53] οἱ ἐνοικ. Apud LXX, præm. πάντες. [54] Ἡ γὰρ — ἐστιν. *Hebr.* nam (sicut) ros olerum est ros tuus. Quæ h. l. des. Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις leg. *Hær. fab.*, l. V, c. 19. [55] τ. ἀσ. πεσ. *Hebr.* mortuos enitetur (terra). *Al.* terram mortuorum prosternes. [56] Ἰδοὺ — τῆς γῆς. *Hebr.* Ecce enim Jehova egreditur e loco suo, ut visitet iniquitatem incolarum terræ super eos. [57] κατοικ. Ita Ald. et Compl., Rec. lectio est ἐνοικοῦντας. [58] ἐπάξει — ἁγίαν. *Hebr.* visitabit Jehova gladio suo *duro.* Ita quoque reliqui int. qui pro ἁγίαν habent σκληράν. Ad integrum hunc vers. conf. t. I, p. 45 et 1339. [59] ἁγίαν. Quæ proxima sunt, καὶ τὴν μεγάλην καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν, leg. infra ad Ezech. XXIX, 3. [60] Ἐγὼ—πολιορκ. *Hebr.* Ego Jehova custodio eam (vineam).

Digitized by Google

gnatur. Nulla, inquit, securitas est mihi a mœnibus : omni enim ex parte ab hostibus circumvallata sum.

VERS. 5. *Faciamus pacem illi.* Placemus, inquit, Dominum, ejus contra nos indignationem vitæ mutatione amoveamus.

VERS. 8. *Nonne tu eras, qui meditabaris spiritu duro interficere eos?* Sperasti, inquit, te civitatem cum ipsis habitatoribus esse deleturum. At ego propterea meam illis providentiam impertiam, illorum peccata propter blasphemiam tuam non considerans.

VERS. 11. *Mulieres venientes a spectaculo.* Mulieres vocat civitates gentium, vel illarum Ecclesias, desolationem Hierosolymæ contemplantes, hortaturque, ut illorum caveant incredulitatem; quia enim nolunt quod utile est intelligere, ideo veniam non consequuntur.

VERS. 12. *Vos autem* 300 *congregate singulos filios Israelis.* Sanctos apostolos admonet. Hi enim orbis terræ obeuntes synagogas, primis Judæis annuntiabant verbum (salutis), et eos qui obediebant divinæ prædicationi Domino offerebant.

VERS. 13. *Canent tuba magna.* Tubam magnam vocat prædicationem salutis. Veritatis enim præconum in omnem terram exivit sonus, et in fines orbis terræ verba P. Hi sunt qui aves errantes congregarunt.

A Οὐδεμίαν, φησὶν, ἀπὸ τῶν περιβόλων ἀσφάλειαν ἔχω· πάντοθεν γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων κεκύκλωμαι.

ε'. *Ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ* [61]. Καταλλάξωμεν φησὶ, τὸν Δεσπότην· παύσωμεν τὴν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ.

η'. [62] *Οὐ σὺ ἦσθα ὁ μελετῶν τῷ πνεύματι τῷ σκληρῷ ἀνελεῖν αὐτούς;* Ἤλπισας, φησὶν, αὐτανδρον καταλῦσαι τὴν πόλιν· ἀλλὰ τούτου χάριν ἐγὼ τῆς ἐμῆς αὐτοὺς ἀξιώσω προνοίας, οὐκ ἀποβλέπων εἰς τὰ ἐκείνων πλημμελήματα διὰ τὴν σὴν βλασφημίαν.

ια'. *Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας* [63]. Γυναῖκας καλεῖ τὰς τῶν ἐθνῶν πόλεις, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς Ἐκκλησίας τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ θεωμένας ἐρημίαν· καὶ παρακελεύεται τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν φυγεῖν· συνιέναι γὰρ οὐκ ἐθέλουσι τὸ συμφέρον. Οὗ δὴ χάριν καὶ B συγγνώμης ἐστέρηνται.

ιβ'. *Ὑμεῖς δὲ συναγάγετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ καθ' ἕνα* [64]. Τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις παρακελεύεται. Αὐτοὶ γὰρ τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην περινοστοῦντες συναγωγὰς, πρώτοις Ἰουδαίοις τὸν λόγον ἐκήρυττον, καὶ τοὺς τῷ θεῷ κηρύγματι πειθομένους τῷ Δεσπότῃ προσέφερον.

ιγ'. *Σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ.* Σάλπιγγα μεγάλην καλεῖ τὸ σωτήριον κήρυγμα. Τῶν γὰρ τῆς ἀληθείας κηρύκων εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα. Οὗτοι τὰ πλανώμενα συναγαγόντες πρόβατα.

CAP. XXVIII.

VERS. 5. *Die illo erit Dominus Sabaoth corona gloriæ.* Demonstrato apostolorum choro, horum Dominum demonstrat. Hic enim, ait, qui injuriæ coronam dissolvit, idem erit et corona gloriæ reliquiis populi sui. Quippe gloria Judæorum qui crediderunt est maxima, quod ex ipsis secundum carnem natus sit Christus.

VERS. 6. *Et relinquetur in spiritu judicii.* Ipse enim, cum prohibuisset ne occiderentur universi, aliquos servavit, omnia providens ut Deus, et juste judicans. Illud autem : « In spiritu judicii super judicium, » hunc habet sensum : Et tunc, inquit, decrevit illos servare, et illos rursus alteri D judicio reservat.

VERS. 11. *Propter irrisionem labiorum alterius linguæ.* Alteram linguam vocat parabolicam et tropicam prophetarum doctrinam; irrisionem vero

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

ε'. *Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος Σαβαὼθ ὁ στέφανος τῆς δόξης* [65]. Τὸν ἀποστολικὸν ὑποδείξας χορὸν, τὸν τούτων ὑποδείκνυσι Δεσπότην. Οὗτος γὰρ, φησὶ, τῆς ὕβρεως στέφανον καταλύσας, αὐτὸς ἔσται καὶ στέφανος δόξης τοῖς καταλειφθεῖσι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ [66]. Δόξα γὰρ τῶν πεπιστευκότων Ἰουδαίων μεγίστη, τὸ ἐξ αὐτῶν βλαστῆσαι κατὰ σάρκα τὸν Χριστόν.

ς'. *Καὶ καταλειφθήσεται ἐν πνεύματι κρίσεως* [67]. Αὐτὸς γὰρ κωλύσας ἀναιρεθῆναι πάντας, ἐνίους ἐφύλαξε, προορῶν ἅπαντα ὡς Θεὸς, καὶ κρίνων δικαίως. Τὸ δὲ, « Ἐν πνεύματι κρίσεως ἐπὶ κρίσιν, » ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν· Καὶ τότε, φησὶν, ἔκρινεν αὐτοὺς σῶσαι, καὶ πάλιν αὐτοὺς ἑτέρᾳ κρίσει φυλάττει.

ια'. *Διὰ φαυλισμὸν χειλέων γλώσσης ἑτέρας* [68]. Γλῶσσαν ἑτέραν καλεῖ, τὴν παραβολικὴν καὶ τροπικὴν τῶν προφητῶν διδασκαλίαν· φαυλισμὸν δὲ

P Psal. XVIII, 3; Rom. X, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[61] Ποιήσ. εἰρ. αὐτῷ. *Hebr.* Si fecerit pacem mecum. [62] Vers. 6, qui h. l. des. infra in *Eran.*, dial. 2, ita ex IREN. producitur : Τέκνα Ἰακὼβ βλαστήσει καὶ ἐξανθήσει Ἰσραὴλ, καὶ πλησθήσεται (rec. lectio ἐμπλησθήσεται) ἡ οἰκουμένη τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. [63] ἀπὸ θέας. *Hebr.* incendent eam. Aqu. φωτίσουσιν αὐτήν. [64] Ὑμεῖς—ἕνα. Hebr. Vos autem congregabimini alter ad alterum, filii Israelis [65] δόξης. Rec. lectio est ἐλπίδος, nostra autem a Bosio aliisque non observata, magis ad Hebr. composita est. [66] αὐτοῦ. Additur quoque ab EUSEB., *Dem. Evang.* l. II. [67] Καὶ — κρίσεως. *Hebr.* Eritque spiritus judicii. Rec. lectio est καταλειφθήσονται ἐπί. [68] Διὰ—ἑτέρας. *Hebr.* nam subsannationibus labii (s. labiis irrisoriis) et lingua alia (loquetur ad populum hunc).

Digitized by Google

χειλέων, τοὺς παρὰ τῶν ἀσεβῶν κατὰ τῶν προφητῶν γινομένους ψόγους.

ιγ'. *Καὶ ἔσται* [69] *αὐτοῖς τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ, θλῖψις ἐπὶ θλίψει* [70]. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠβουλήθησάν τινα δνησιν ἀπὸ τῶν θείων λογίων καρπώσασθαι, δρέψονται θλῖψιν ἐπὶ θλίψει, καὶ κακῶν προσδοκίαν [71] διηνεκῆ, καὶ τῶν προσδοκωμένων χαλεπῶν τὴν πεῖραν.

ιε'. *Ὅτι εἴπατε· Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου.* Ἀνδρῶν ἐστι μεμηνότων ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ κατ' αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ δίκης θρασυνομένων.

ις'. *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ* [72]. Ἀνοίας ἰσχάτης εἶναι νομίζω, τὸ ταύτην τῷ Ἰεζεκιὴλ προσαρμόζειν τὴν προφητείαν· εἰς ἄνθρωπον γὰρ πιστεύειν αἱ θεῖαι ἀπαγορεύουσι λόγοι. « Μὴ πεποίθατε γάρ, φησὶν, ἐπ' ἄρχοντας καὶ ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. » Καὶ, « Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. » Καὶ, « Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. » Ἐνταῦθα δὲ ὁ προφητικὸς ἐπαινεῖ λόγος τοὺς εἰς τὸν λίθον τοῦτον πιστεύοντας. Ἀκρογωνιαῖος δὲ λίθος ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν· ὁ ἐν ἑαυτῷ τοὺς ἐξ ἐθνῶν καὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ συνάψας, καὶ ἕνα λαὸν ἀποφήνας· αὐτὸς δὲ καὶ θεμέλιος κέκληται. « Θεμέλιον γὰρ, φησὶν, ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. »

ιθ'. [73] *Πρωΐ, πρωΐ παρελεύσεται ὑμᾶς* [74]. Πρωΐ, πρωΐ, τὴν ταχύτητα λέγει· καὶ προλέγει τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐπενεχθησόμενα κακά.

κα'. *Μετὰ θυμοῦ ποιήσει τὰ ἔργα αὐτοῦ* [75]. Δείκνυσιν αὐτοὺς μετὰ τὴν πεῖραν τὴν οἰκείαν ὁμολογοῦντας ἀσθένειαν, καὶ τῆς ἀσθενείας τὴν αἰτίαν διδάσκοντας. Ἡ ἀσέβεια γὰρ ἐκείνην ἐγέννησεν. « Ὁ δὲ θυμὸς αὐτοῦ ἀλλοτρίως χρήσεται [76]. » Οὐκέτι γὰρ ὑμῶν ὡς οἰκείου προμηθεῖται λαοῦ, ἀλλ' ὡς κατ' ἐκείνων τῶν παντάπασιν αὐτὸν ἀγνοησάντων χρήσεται καθ' ὑμῶν τῷ θυμῷ.

κβ'. *Μηδὲ ἰσχυσάτωσαν ὑμῶν οἱ δεσμοί.* Δεσμοὺς τὸ θράσος ἐκάλεσε· παρεγγυᾷ δὲ αὐτοῖς μὴ εὐφραίνεσθαι [77], μηδὲ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥεῖν. Ἃ γὰρ προεῖπον, παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ἀκήκοα [78]· ἀψευδὴς δὲ ὁ θεῖος λόγος.

κγ'. *Καὶ παιδευθήσῃ κρίματι Θεοῦ σου* [79]. Σὲ, φησὶ, πατρικῶς παιδεύσω, οὐ δικαστικῶς κολάσω.

A labiorum, impiorum **301** adversus prophetas jactata convicia.

Vers. 13. *Et erit eis sermo Dei tribulatio super tribulationem.* Quandoquidem fructum ex divinis sermonibus capere noluerunt, percipient tribulationem malorumque exspectationem continuam, et ærumnarum quas exspectant experientiam.

Vers. 15. *Quia dixistis, Fecimus fœdus cum inferno.* Furentium hominum hæc sunt verba, et contra ipsum Dei judicium prorumpentium.

Vers. 16. *Ecce ego immittam in fundamenta Sionis lapidem pretiosum.* Extremæ arbitror esse dementiæ, hanc prophetiam Ezechiæ adaptare. Nam confidere in homine divina eloquia vetant. B « Nolite, inquit, confidere in principibus, et in filiis hominum, in quibus non est salus [q]. » Et : « Maledictus homo qui confidit in homine [r]. » Et : « Melius est confidere in Domino, quam confidere in homine [s]. » Hic vero loco laudat illos propheticus sermo, qui in hoc lapide confidunt. Angularis autem lapis est Christus Dominus, qui fecit utraque unum, qui eos qui sunt ex gentibus, et qui ex Israele, in seipso conjunxit, et unum populum fecit. Ipse etiam fundamentum est appellatus. « Fundamentum enim, inquit, aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Jesus **302** Christus [t]. »

Vers. 19. *Mane, mane transibit prope vos.* Per mane, mane, celeritatem significat, et prædicit C mala, quæ die nocteque infligentur.

Vers. 21. *Cum furore faciet opera sua.* Innuit illos imbecillitatem suam post experimentum confiteri, et imbecillitatis causam docere. Quippe impietas illam genuit. « Et furor ejus aliene utetur. » Non enim jam vestri, tanquam proprii populi, curam gerit : sed tanquam in eos qui ipsum prorsus ignorant, suum in vos furorem exercebit.

Vers. 22. *Neque confortentur vincula vestra.* Vincula vocavit audaciam. Monet autem illos ne exsultent, nec propriis viribus confidant. Quæ enim prædixi, ab universorum Deo audivi. Non mentitur autem sermo divinus.

Vers. 26. *Et erudieris judicio Dei tui.* Te, inquit, ut pater erudiam, non puniam ut judex. D

[q] Psal. CXLV, 2, 3. [r] Jerem. XVII, 5. [s] Psal. CXVII, 8. [t] I Cor. III, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[69] Καὶ—θλίψει. *Hebr.* eritque illis verbum Jehovæ præceptum præcepto (additum). [70] Rec. lectio est θλῖψιν. [71] καὶ κακ. προσδ. Hinc conjicimus, Nostrum post θλίψει legisse προσδέχου, προσδέχου, ut habet ms. quoddam Mediol. et versio Lat. antiqua apud SABAT. [72] ἐμβαλῶ—πολυτ. *Hebr.* qui fundavit in Sione lapidem probationis. Pro ἐμβαλῶ—Σιὼν, supra, t. I, p. 1433, et infra ad Dan. II, 34, 35, ac ad Zach. III, 9, leg. τίθημι ἐν Σιών. Sequitur II. cc. ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον (ad Dan. l. c. ἐκλεκτὸν post ἔντιμον pos.) εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ad verba ultima conf. Rom. x, 11, ubi etiam Noster leg. καταισχυνθήσεται. [73] Πρωΐ—ὑμᾶς. *Hebr.* Nam quolibet matutino tempore transibit. [74] ὑμᾶς. Ita Compl. Sed præstat lectio rec. ἡμέρας. *Hebr.* interdiu. [75] μετὰ—αὐτοῦ. *Hebr.* irascetur faciendo opus suum. [76] Ὁ—χρήσεται. *Hebr.* et faciendo opus suum. Symm. et Theod., καὶ ἐργάσασθαι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ. [77] μὴ εὐφρ. Ita apud LXX vers. ineunte, καὶ ὑμεῖς μὴ εὐφρανθεῖητε. Sed *Hebr.* nunc itaque ne illudatis. [78] ἃ—ἀκήκοα. Hæc ad finem vers. 22 se referunt. [79] Καὶ—σου. *Hebr.* Et instruet eum in judicio Deus ejus.

Digitized by Google

VERS. 27. *Virga excutitur melanthium.* Vos, inquit, melanthii et cymini more virga percutio : Assyrios autem, velut speltam et hordeum, serra plaustri comminuam.

κζ'. Ῥάβδῳ ἐκτινάσσεται [86] τὸ μελάνθιον. Ὑμᾶς, φησὶ, δίκην μελανθίου καὶ κυμίνου ῥάβδῳ παίω· τοὺς δὲ Ἀσσυρίους, ὡς ζειὰς καὶ κριθὰς, πρίονι δι' ἁμάξης λεπτυνῶ.

CAP. XXIX.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

VERS. 1. *Væ civitati Ariel!* Ariel appellatur Areopolis. Est autem Moabitidis civitas nobilis.

α'. Οὐαὶ πόλις Ἀριήλ. Ἀριὴλ, ἡ Ἀρεόπολις καλεῖται· τῆς δὲ Μωαβίτιδός ἐστιν αὕτη ἐπίσημος.

VERS. 11. *Et erunt vobis omnia verba hæc, sicut verba libri obsignati hujus.* Olim enim prædictiones de Domino factas, **303** nec Judæi intelligere poterant, ut abditas, et velut intus inclusas sub sigillis : nec gentes, quæ propheticas litteras non norant. Post Dominicum vero adventum, sublatis sigillis (res enim verbis dant testimonium), et plurimi ex Judæis prædictionum intelligentiam adepti sunt, et gentes pietatis litteras didicerunt, leguntque librum, qui incredulis Judæis adhuc manet obsignatus.

ια'. Καὶ ἔσονται ὑμῖν πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα [81], ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου ἐσφραγισμένου τούτου. Πάλαι γὰρ τὰς περὶ Κυρίου προῤῥήσεις, οὔτε Ἰουδαῖοι συνιδεῖν ἠδύναντο κεκαλυμμένας, καὶ οἱονεὶ σφραγίδων ἐντὸς ἀποκειμένας· οὔτε τὰ ἔθνη, τὰ προφητικὰ μὴ ἐπιστάμενα γράμματα. Μετὰ μέντοι τὴν Δεσποτικὴν ἐπιφάνειαν, ἀφαιρεθεισῶν τῶν σφραγίδων (τὰ γὰρ πράγματα μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις), καὶ πλεῖστοι ἐξ Ἰουδαίων, τῶν προῤῥήσεων ἔμαθον τὴν διάνοιαν, καὶ τὰ ἔθνη μεμάθηκε τῆς εὐσεβείας τὰ γράμματα, καὶ ἀναγινώσκουσι τὸ βιβλίον ὃ τοῖς ἀπίστοις Ἰουδαίοις ἐσφραγισμένον ἔτι μεμένηκε.

VERS. 14. *Adjiciam ut transferam populum istum.* Non enim abducam solum in Babyloniam : sed dispergam in universum orbem terræ.

ιδ'. [82] Προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον [83]. Οὐ γὰρ μόνον εἰς Βαβυλῶνα ἀπάξω, φησὶν, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διασπερῶ.

VERS. 15. *Et perdam sapientiam sapientum.* Inania enim sunt omnia Pharisæorum et Scribarum : et stultitiæ plena erat ipsorum quæ videbatur sapientia.

ιε'. Καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν [84] τῶν σοφῶν [85]. Φρονοῦδα γὰρ τὰ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων· ἀνοίας γὰρ ἦν πλήρης ἡ αὐτῶν δοκοῦσα σοφία.

VERS. 16. *Nonne ut lutum figuli reputabimini?* Quemadmodum enim figulus ea quæ jam formata, et nondum igni admota sunt, destruere, et alia rursus pro illis efformare potest : sic ego vos quidem expellam, et gentes assumam, et spiritualem, qua floretis, gratiam in universam hominum naturam transfundam. Hoc enim sequentia declarant.

ις'. Οὐχ ὡς πηλὸς τοῦ κεραμέως λογισθήσεσθε [86]; Ὥσπερ γὰρ ὁ κεραμεὺς τὰ ἤδη πλασθέντα, καὶ μηδέπω πυρὶ ὁμιλήσαντα, ἀνασκευάσαι δύναται, καὶ πάλιν ἕτερα ἀντ' ἐκείνων κατασκευάσαι· οὕτως ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἀπώσομαι, τὰ δὲ ἔθνη προσλήψομαι, καὶ τὴν ἐν ὑμῖν ἀνθοῦσαν πνευματικὴν χάριν εἰς ἅπασαν μεταθήσω τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς δεδήλωκε.

VERS. 17. *Et transferetur Libanus.* Libanum vocat gentes, propter priorem impietatem (sed et mons ipse non Judæorum erat, sed gentium). Chermel vero Carmelum, qui mons est fertilis, et fructibus abundans, in **304** Israelis regione situs. Figurate ergo docet Judæorum et gentium immutationem. Dabitur enim, inquit, Libano, id est gentibus, regio (frugifera) Carmeli : hoc est, Judæi saltus erunt sine fructu. Cujus prophetiæ veritatem oculis cernimus. Nam et multitudine et sterilitate sua saltui similes sunt.

ιζ'. Καὶ μετατεθήσεται [87] ὁ Λίβανος. Λίβανον τὰ ἔθνη καλεῖ διὰ τὴν προτέραν ἀσέβειαν (καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄρος οὐκ Ἰουδαίων ἦν, ἀλλ' ἐθνῶν). Χερμὲλ δὲ, τὸν Κάρμηλον· ὄρος δὲ τοῦτο πολυφόρον καὶ πολύκαρπον, ἐν τῇ τοῦ Ἰσραὴλ κείμενον χώρᾳ. Τροπικῶς τοίνυν διδάσκει τὴν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐναλλαγήν. Δοθήσεται γὰρ, φησὶ, τῷ Λιβάνῳ, τουτέστι τοῖς ἔθνεσιν, ἡ τοῦ Καρμήλου εὐκαρπία [88]· τουτέστιν, οἱ Ἰουδαῖοι δρυμὸς ἔσονται ἄκαρπος. Καὶ ὁρῶμεν τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν· καὶ γὰρ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν ἀκαρπίαν, μιμοῦνται δρυμόν.

VERS. 18. *Et audient surdi verba libri.* Qui Litteras nesciunt, qui ex gentibus crediderunt, qui pro-

ιη'. Καὶ ἀκούσονται κωφοὶ λόγους βιβλίου [89]. Οἱ μὴ εἰδότες Γράμματα, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες,

VARIÆ LECTIONES.

[80] Al. τινάσσεται. [81] Καὶ—ταῦτα. *Hebr.* Eritque vobis tota ista visio. [82] Vers. 13, initium t. I, p. 1502, et infra ad Osee VII, 14, necnon *Hist. eccl.*, l. I, c. 7, et *Rel. Hist.*, c. 1, leg. sed ex memoria, ut videtur, allegatum. [83] τοῦ—τοῦτον. *Hebr.* mirabiliter agere cum populo hoc. [84] Καὶ ἀπ. τ. σοφ. *Hebr.* et peribit sapientia. [85] σοφῶν. Verba ult. hujus vers. ex I Cor. I, 19, suppleri possunt, ubi Noster etiam legit ἀθετήσω, ut JUSTIN. Martyr, CYPR., et HILAR. Sed LXX habent κρύψω, sicque TERTULL. passim. [86] Οὐχ—λογισθ. *Hebr.* Perversio vestra est (s. adeo perverse agitis), ac si lutum pro figulo haberetur. [87] μετατ. Hebr. convertetur, s. mutabitur. [88] εὐκ. Ita lacuna editionis prioris, quæ primam tantum syllabam εὐ exprimebat, explenda fuit. Eodem forsan jure scribi potuisset εὐφορία. Malui tamen εὐκαρπία ponere, ob locum plane similem ad c. XXXII, 15. [89] βιβλίου, Reliqua hujus vers. supra t. I, p. 1568, ita leg. : καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει καὶ οἱ ἐν τῇ ὁμίχλῃ· ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ὄψονται. Conf. etiam Proœm. ad Ezech.

Digitized by Google

οἱ μὴ δυνάμενοι διαγνῶναι τὸν προφητικὸν χαρακτῆρα, οὗτοι τούτων ἐπακούσονται προθύμως τῶν λόγων.

ιθ'. *Ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ὄψονται*[90]. Τυφλοὶ δὲ ἀληθῶς ἦσαν ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ καθήμενοι· τὴν κτίσιν ὁρῶντες, καὶ τὸν ταύτης ποιητὴν ἀγνοοῦντες. Ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτοί, φησὶν, ὄψονται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. Τοὺς αὐτοὺς καὶ πτωχοὺς ὀνομάζει, τοῦ παναγίου Πνεύματος εὐπορίαν οὐκ ἐσχηκότας. « Ἀπηλπισμένοι[91] τῶν ἀνθρώπων ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης. » Ἀπεγνωσμένοι γὰρ ὑπὸ Ἰουδαίων, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσαν.

κβ'. *Διὰ τοῦτο ταῦτα λέγει Κύριος.* Τῶν ἐθνῶν προθεσπίσας τὴν σωτηρίαν, προλέγει καὶ τῶν ἀπιστησάντων Ἰουδαίων τὴν τιμωρίαν.

κδ'. *Γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην*[92]. Ἀντὶ γὰρ τῆς βλασφημίας ὑμνῳδίαν προσφέρουσιν.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

ς'. *Ὅρασις τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ*[93]. Ἔρημον καλεῖ τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἔρημος γὰρ ἦν τηνικαῦτα, ἀνάστατος ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ γεγενημένη· τετράποδα δὲ προσαγορεύει τοὺς τὴν ἀλογίαν νενοσηκότας, καὶ τὸν εὐεργέτην καὶ ποιητὴν οὐκ ἐγνωκότας. « Ἄνθρωπος γὰρ ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Τὴν πολλὴν δὲ αὐτῶν πονηρίαν ὁ προφητικὸς αἰνιττόμενος λόγος, οὐ κτήνεσιν, ἀλλ' ἰοβόλοις ἀπείκασε θηρίοις. Διὰ γὰρ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου, δεδήλωκε τὸ θρασύ· διὰ τῶν ἀσπίδων, τὸ πονηρὸν καὶ τὸ πικρόν· διδάσκει δὲ, ὡς διὰ τῶν ἀχθοφόρων ζώων μετεκόμιζον εἰς τὴν Αἴγυπτον ὅσα τῶν Βαβυλωνίων τὰς χεῖρας διέφυγε· καὶ προλέγει μηδεμίαν αὐτοῖς ὠφέλειαν ἐκεῖθεν γεγενῆσθαι. Κελεύεται δὲ ὁ προφήτης διαμαρτύρασθαι, ὡς ἀνόητον τὸ γινόμενον, καὶ οὐδεμίαν παρέχον παραψυχήν.

η'. *Καθίσας γράψον ἐπὶ πυξίου ταῦτα.* Ἐδέξατο τέλος ἡ πρόρρησις μετὰ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη· τοσαῦτα γὰρ εὑρεθήσεται ἐκ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς βασιλείας Ἰεζεκίου μέχρι τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγῆς, ἣ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐγεγόνει.

ιβ'. *Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ.* Τὴν ἐπ' Αἰγυπτίους ἐλπίδα περιβόλῳ καταλυομένῳ καὶ πόλει ἁλισκομένῃ ἀπείκασε· καὶ τῇ παραβολῇ παραβολὴν ἑτέραν παρέθηκεν. Ἐοικέναι γὰρ ἔφη τὴν ταῦτα πάσχουσαν πόλιν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ συντριβομένῳ, καὶ τοσαύτην ὑπομένοντι συντριβὴν, ὡς παντελῶς ἄχρηστα διαμεῖναι διὰ σμικρότητα καὶ αὐτὰ τοῦ ἀγγείου τὰ ὄστρακα.

ιε'. *Ματαία ἡ ἰσχὺς ὑμῶν ἐγενήθη.* Μετανοίας ὄρος, οὐ τὸ στένειν μόνον ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἀλλὰ

A pheticum characterem discernere non possunt, hi sermones istos promptis animis exaudient.

Vers. 19. *Oculi cæcorum videbunt.* Cæci autem revera erant, qui in nebula et tenebris sedebant, creaturam contuentes, et ejus auctorem ignorantes. Sed tamen et ipsi etiam, inquit, veritatis lumen videbunt. Eosdem rursus inopes nominat, quippe qui Spiritus sancti opibus careant. « Et desperati homines implebuntur lætitia. » Rejecti enim a Judæis, salutem præter spem omnem adepti sunt.

Vers. 22. *Propterea hæc dicit Dominus.* Postquam de gentium salute vaticinatus est, Judæorum etiam, qui non crediderint, supplicium
B prædicit.

Vers. 24. *Et linguæ balbutientes discent loqui pacem.* Blasphemiæ enim loco laudes et hymnos concinunt.

305 CAP. XXX.

Vers. 6. *Visio quadrupedum in deserto.* Desertum appellat Hierosolymam. Deserta enim tunc erat, cum eversa fuisset a Nabuchodonosor. Quadrupedia autem eos vocat qui a rationis usu alieni sunt, benefactoremque et creatorem non agnoscunt. « Homo enim, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [u]. » Summam autem illorum perversitatem innuens propheta, non cum jumentis, sed cum venenatis bestiis eos comparat. Quippe per
C leonem et catulum, ferocitatem indicavit : per aspides, malitiam et acerbitatem. [12] Docet autem quo pacto in Ægyptum bajulis jumentis ea omnia deportarent, quæ Babyloniorum manus evaserant, et nullam inde utilitatem ipsis futuram prædicit. Jubeturque propheta contestari, stultum id esse quod agant, et nihil afferre solatii.

Vers. 8. *Sedens scribe hæc super tabula.* Finem sortita est prædictio post centum annos et quadraginta. Tot enim reperientur a primo anno regni Ezechiæ usque ad fugam in Ægyptum, quæ captam Hierosolymam secuta est.

Vers. 12. *Propterea hæc dicit Dominus sanctus Israelis.* [13, 14] Spem in Ægyptiis positam com-
D parat cum muro destructo et urbe capta : et similitudini similitudinem alteram addidit. Similem enim ait esse urbem, cui hæc evenerint, vasi testaceo confracto, atque ita comminuto, ut **306** prorsus inutilia ob parvitatem ipsa vasis fragmenta remaneant.

Vers. 15. *Vana facta est fortitudo vestra.* Pœnitentiæ modus est, non solum dolere de peccatis,

[u] Psal. XLVIII, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[90] Ὀφθ. τ. ὄψ. Hæc ad vers. 18 pert. [91] ἀπηλπ. *Hebr.* pauperes. [92] Γλῶσσαι—εἰρήνην. Hæc obelo notavit HIER., nec immerito. Absunt enim ab Hebr., et vel Aqu. vel. Theod. esse videntur, nisi ex c. XXXII, 4, hunc in locum translata sint. [93] τῶν — ἐρήμῳ. *Hebr.* bestiarum meridiei.

Digitized by Google

sed et ista devitare, et horum iter aversari, atque in contrarium tendere. Hoc enim divinus sermo declaravit, dicens:

Cum reversus ingemueris. (VERS. 17.) *Donec relinquamini, quasi malus navis super montem.* Quod dicit, tale est: Arbores multæ non ita insignes sunt in montibus; at sicubi in vertice montis pinus una, vel cupressus derelicta fuerit, valde conspicua est prætereuntibus: sic et vos, inquit, pauci relicti estis ex multis myriadibus, et insignes fient calamitates vestræ.

VERS. 19. *Et Hierosolyma ploratu ploravit, miserere mei.* Prosopopœia iterum usus est propheta, preces ipse pro illa fundens. Sed responsionem quoque retulit: « Miserans miserebitur tui. »

VERS. 20. *Quia oculi tui videbunt eos qui te seducebant.* Quia satietatem non explevisti, sed damnum inde contraxisti atque morbum, medicus contrariis utetur remediis. Pseudoprophetas autem, falsosque principes et impios his verbis designavit.

VERS. 22. *Et contaminabis idola deargentata.* Hæc manifestius post Salvatoris nostri incarnationem gesta sunt, quando non solum Judæi, qui crediderant, sed gentes ubique terrarum, idola, quæ pro diis olim coluerant, comminuerunt et detestatæ sunt. « Et disperges **307** sicut aquam menstruatæ. » Id est, Polluta duces et immunda, velut cœnum quoddam grave olens et fœdam colluviem fugiens.

VERS. 26. *Et erit lumen lunæ sicut lumen solis.* Ostendit quanta eorum propter reditum futura sit lætitia. Nec enim multiplex lumen habuerunt elementa: sed qui in tristitia erant, clariora sibi cernere videbantur. Hæc autem, inquit, evenient post Babylonem destructam.

VERS. 27. *Ecce nomen Domini venit post longum tempus.* Quoniam maximum erat miraculum, tot myriades humanis manibus cecidisse, idem autem ipsum jam etiam Ægyptiis acciderat, qui omnes in mari submersi sunt, et longum tempus intercesserat inter ea quæ sub magno Mose et ea quæ sub Ezechia rege gesta sunt; propterea merito dixit: « Ecce nomen Domini venit post longum tempus. » Nomen autem vocavit gloriam, et ortam ex miraculo claritatem.

VERS. 29. *Nunquid semper oportet vos lætari?* Quia decem tribus, me propter illorum impietatem permittente, superastis, mihi etiam consecratam civitatem expugnaturos vos sperastis: et tantam mihi imbecillitatem, vobis autem tantam po-

καὶ τὸ φεύγειν ταύτας, καὶ τὴν τούτων ὁδὸν ἀποστρέφεσθαι, καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδεύειν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος δεδήλωκε λόγος, τὸ,

Ὅταν ἀναστραφεὶς στενάξῃς[94]. (ιζ'.) *Ἕως ἂν καταλειφθῆτε, ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους.* Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τὰ πολλὰ δένδρα οὐχ οὕτως ἐστὶν ἐπίσημα ἐν τοῖς ὄρεσιν· εἰ δέ που ἐν ὄρους κορυφῇ μία πίτυς, ἢ κυπάρισσος καταλειφθείη, λίαν ἐστὶ τοῖς παριοῦσιν ἐπίσημος. Οὕτω, φησὶ, καὶ ὑμεῖς, ὀλίγοι μὲν ἐκ τῶν πολλῶν καταλειφθέντες μυριάδων, ἐπίσημα δὲ ὑμῶν γενήσεται τὰ κακά.

ιθ'. *Καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν κλαυθμῷ ἔκλαυσεν, ἐλέησόν με*[95]. Προσωποποιΐᾳ πάλιν ὁ προφήτης ἐχρήσατο, αὐτὸς ἀντ' ἐκείνης προσφέρων τὴν δέησιν· ἐκόμισε δὲ καὶ τὴν ἀπόκρισιν, « Ἐλεῶν ἐλεήσει σε[96]. »

κ'. *Ὅτι ὀφθαλμοί σου ὄψονται τοὺς πλανῶντάς σε*[97]. Ἐπειδὴ τὸν κόρον οὐκ ἤνεγκας, ἀλλὰ βλάβην ἐκεῖθεν εἰσεδέξω καὶ νόσον, τοῖς ἐναντίοις φαρμάκοις ὁ ἰατρὸς χρήσεται. Τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ τοὺς ψευδεῖς ἄρχοντας καὶ δυσσεβεῖς διὰ τούτων δεδήλωκε.

κβ'. *Καὶ μιανεῖς τὰ εἴδωλα τὰ περιηργυρωμένα.* Ταῦτα ἀκριβέστερον μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν γέγονεν· οὐ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, τὰ πάλαι θεοποιούμενα εἴδωλα συντρίψάντων καὶ βδελυξαμένων. « Καὶ λικμήσεις ὡς ὕδωρ ἀποκαθημένης[98]. » Τουτέστι, Μιαρὰ ἡγήσῃ καὶ ἀκάθαρτα, ὥσπερ τινὰ δυσώδη κόπρον καὶ ἄτιμον ἀκαθαρσίαν ἀποστρεφόμενος.

κς'. *Καὶ ἔσται τὸ φῶς σελήνης, ὡς τὸ φῶς ἡλίου.* Τὴν ἐσομένην αὐτοῖς εὐφροσύνην διὰ τὴν ἐπάνοδον προδεδήλωκεν. Οὐ γὰρ τὰ στοιχεῖα πολλαπλάσιον ἔσχε τὸ φῶς· ἀλλ' οἱ ἐν ἀθυμίᾳ ὄντες, ταῦτα ἐώρων λαμπρότερα. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἔσται μετὰ τὴν τῶν Βαβυλωνίων κατάλυσιν.

κζ'. *Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ χρόνου πολλοῦ*[99]. Ἐπειδὴ μέγιστον ἦν θαῦμα τὸ διὰ χειρῶν ἀνθρωπίνων τὰς τοσαύτας μυριάδας πεσεῖν, ταυτὸ δὲ τοῦτο πεπόνθασι καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ὑποβρύχιοι πάντες ἐν τῇ θαλάσσῃ γενόμενοι· πολὺς δὲ ἦν ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, τῶν τε ἐπὶ τοῦ μεγάλου Μωσέως καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰεζεκίου γεγενημένων· εἰκότως ἔφη· « Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ χρόνου πολλοῦ. » Ὄνομα δὲ ἐκάλεσε τὴν δόξαν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θαύματος περιφάνειαν.

κθ'. *Μὴ διὰ παντὸς δεῖ ὑμᾶς εὐφραίνεσθαι*[1]; Ἐπειδὴ τῶν δέκα περιεγένεσθε φυλῶν, ἐμοῦ διὰ τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν συγχωρήσαντος, καὶ τὴν ἀφιερωμένην μοι πόλιν πορθήσειν προσεδοκήσατε, καὶ τοσαύτην ἐμοὶ μὲν ἀσθένειαν, ὑμῖν δὲ αὐτοῖς προσ-

VARIÆ LECTIONES.

[94] Ὅταν—στεν. Supra t. I, p. 1458: ὅταν ἀποστραφῇς καὶ στενάξῃς, τότε σωθήσῃ. *Hebr.* reversione et requie salvi eritis. [95] Καὶ —ἐλ. με. *Hebr.* in Hierosolyma (habitabit populus): plorando non plorabis. [96] ἐκόμισε — σε. Sed juxta Hebr. hæc sunt verba prophetæ. [97] τ. πλ. σε. *Hebr.* doctores tuos. [98] Καὶ — ἀποκαθ. Ad vers. 24 hæc in edit. prieri relata erant. [99] διὰ χρ. π. *Hebr.* e longinquo. Sicque reliqui, μακρόθεν. Sequens πολλοῦ in Ald. et Compl. leg. [1] Μὴ — εὐφρ. Horum nihil apud Hebr.

Digitized by Google

μαρτυρήκατε δύναμιν, ὡς μετὰ αὐλῶν καὶ χορῶν τὴν πολιορκίαν ποιεῖσθαι. Ἀλλ' ἐλέγχεται τῆς ἐλπίδος ὑμῶν τὸ μάταιον.

A testatem attribuistis, ut obsidionem cum tibiis chorisque iniretis. Sed spei vestræ vanitas patefacta est.

λ'. *Καὶ ἀκουστὴν ποιήσει Κύριος τὴν δόξαν τῆς φωνῆς αὐτοῦ.* Αὐτὸν γὰρ πάντες ὑμνήσουσιν, ὅτι κολάζει τὸν Ἀσσύριον. Ὕδωρ δὲ[a] καλεῖ, τῶν Ἀσσυρίων τὴν στρατιάν. Τούτους καὶ πεπλανῆσθαι λέγει, προσδοκήσαντας περιέσεσθαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ.

Vers. 30. *Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ.* Illum enim omnes collaudabunt, quod puniat Assyrium. Aquam porro vocat Assyriorum exercitum. Hos enim ait deceptos fuisse, cum universorum Deo superiores se futuros **308** confiderent.

λα'. *Διὰ τῆς φωνῆς Κυρίου ἡττηθήσονται*[b] *Ἀσσύριοι τῇ πληγῇ.* Ἔδειξε τῆς τιμωρίας τὸ εὔκολον. Ῥᾴδιον γάρ, φησὶ, καὶ φλογὶ παραδοῦναι, καὶ κεραυνοὺς καὶ πρηστῆρας ἐπαγαγεῖν, καὶ λίθους ἀφεῖναι χαλάζης· ἀλλὰ τῆς δυνάμεως δεικνὺς τὴν ὑπερβολὴν, λόγῳ μόνῳ ποιοῦμαι τὸν ὄλεθρον. Ἀρκεῖ μοι καὶ ὁ λόγος εἰς τιμωρίαν, καὶ μαρτυρήσει τῷ B λόγῳ τὸ ἔργον.

Vers. 31. *Per vocem Domini superabuntur Assyrii plaga.* Castigationis facilitatem demonstrat. Facile fuerat, inquit, et flammis dare, et fulmina ignesque jacere, et grandinis lapides immittere: sed potentiæ vim summam ostendens sermone solo perniciem inferam. Sufficit mihi sermo ad vindictam, et sermonem res confirmabit.

λβ'. *Αὐτοὶ μετὰ τυμπάνων καὶ κιθάρας.* Τὴν δὲ τῶν Ἀσσυρίων πανωλεθρίαν καὶ αἱ ὑπήκοοι πόλεις μεμαθηκυῖαι, δημοτελεῖς ἐπετέλουν πανηγύρεις, καὶ τοῖς φεύγουσιν ἀπαντῶσαι τοὺς πλείστους διέφθειραν.

Vers. 32. *Ipsi cum tympanis et cithara.* Assyriorum strage audita, subditarum urbium incolæ publicos celebrarunt conventus, et fugientibus obviam euntes plurimos interfecerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

CAP. XXXI.

α'. *Οὐαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν!* Ἰσχυροτέραν, φησὶ, τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας τὴν ἵππον ὑπέλαβον, ἐπειδὴ πολλοὺς ἔμαθον παρ' Αἰγυπτίοις ἵπποις καὶ ἅρμασι κεχρημένους· καὶ δέον πιστεύειν Θεῷ, τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθάρρησαν, καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἵππων· διὰ τοῦτο ἠπείλησε τὴν τιμωρίαν· καὶ ἔσται πάντως ἡ πρόῤῥησις· ἀψευδὴς C γὰρ τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος. Καὶ κολάσει οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἐφ' οἷς ἐπεποίθεισαν.

Vers. 1. *Væ illis qui descendunt in Ægyptum ad auxilium!* [2] Validiorem, inquit, auxilio divino equitatum arbitrati sunt, postquam Ægyptios equis et curribus abundare didicerunt: cumque in Deo confidere oporteret, spem in Ægyptiis equorumque robore collocarunt. Propterea pœnam minatus est, evenietque omnino quod prædixit: quia minime fallax est veritatis decretum. At vero puniet non solum illos, sed etiam Ægyptios, in quibus fiduciam habuerunt.

γ'. *Ὁ δὲ Κύριος ἐκκλίνει*[c] *τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς*[d]. Χεῖρα Θεοῦ καλεῖ τοὺς Βαβυλωνίους. Οὗτοι γὰρ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐκστρατεύσαντες, καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς καταπεφευγότας ἀπέκτειναν Ἰουδαίους.

Vers. 3. *Dominus autem inducet manum suam super eos.* Manum Dei appellat Babylonios. Hi enim expeditione adversus Ægyptios suscepta, simul etiam Judæos occiderunt, qui ad illos confugerant.

δ'. *Ὡς ὄρνεα πετόμενα, οὕτως ὑπερασπιεῖ Κύριος.* Καθάπερ γὰρ τὰ ὄρνεα τῶν οἰκείων ὑπερμαχεῖ νεοττῶν· οὕτω κἀγὼ τῆσδε τῆς πόλεως φροντιῶ. Ταύτην μέντοι τὴν εἰκόνα οὐκ ἐπὶ τῆς δυνάμεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς φιλοστοργίας ἔλαβε. Τὰ γὰρ πτηνὰ βούλεται μὲν ἐπαμῦναι τοῖς νεοττοῖς, οὐ δύναται δέ· ὁ δὲ Θεὸς, καὶ βούλεται, καὶ δύναται. Τοῦτο γὰρ διδά- D σκει καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔδειξε δὲ[e] διὰ μὲν τοῦ « ὑπερασπιεῖ, » τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν, διὰ δὲ τοῦ « ἐξελεῖται, » τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν, διὰ τοῦ « περιποιήσεται, » τὴν κηδεμονίαν· διὰ δὲ τοῦ « ὑπερβήσεται[f], » τὴν κατὰ τῶν πολεμίων νίκην· διὰ δὲ τοῦ « σώσει, » τὴν ἄῤῥητον δύναμιν.

Vers. 5. *Sicut aves volantes, sic proteget Dominus.* Quemadmodum aves pro pullis suis decertant, sic ego civitatis hujus curam geram. Quam sane similitudinem non de potentia, sed de amore **309** usurpavit. Volucres enim volunt quidem pullis suis opem ferre, sed non possunt: at Deus et vult et potest. Illud enim docent etiam quæ sequuntur. Ostendit autem per « proteget » paternum amorem, per « eruet » magnam humanitatem, per « conservabit » sollicitudinem, per « transibit » victoriam de inimicis, per « salvabit » potentiam inexplicabilem.

η'. *Καὶ φεύξεται οὐκ ἀπὸ προσώπου μαχαίρας*[g]. Οὔτε γὰρ ἀνθρώποις, οὔτε ὅπλοις ὑπουργοῖς χρήσομαι κατ' αὐτοῦ· ἀλλ' ἀόρατον αὐτῷ ἐπάξω πληγήν.

Vers. 8. *Et fugiet non a facie gladii.* Non enim hominibus, neque armis administris utar contra illum, sed invisibili eum plaga percutiam. [9] Pe-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ὕδωρ δὲ, κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 30. se referunt. [b] ἡττ. *Hebr.* terrebitur. [c] ἐκκλίνει. *Hebr* extendet. [d] ἐπ' αὐτ. Abest ab Hebr. [e] ἔδειξε δὲ, κ. τ. λ. Ad poster. partem vers. 5 pertin. [f] ὑπερβ. Abest a textu τῶν Ο', sed reliqui interpr. habent ὑπερβαίνων. [g] Καὶ — μαχαίρας. *Hebr.* et fuga consulet sibi propter gladium.

Digitized by Google

tram porro appellat Ezechiæ fidem. Ipse enim ineluctabilibus malis illum implicuit.

CAP. XXXII.

VERS. 2. *Et erit homo occultans sermones suos.* Testimonium his perhibet sacrorum Evangeliorum contextus. In parabolis enim loquebatur turbis, domi vero parabolas interpretabatur apostolis.

VERS. 6. *Et animas sitientes vacuas facere.* Proprium est insipientium magistrorum, discipulos decipere, et eos qui divino egent alimento fame consumere.

VERS. 8. *Et hoc consilium permanebit.* Stabiles enim sunt fructus pietatis : impietatis vero, sicut pulvis quem projicit ventus a facie terræ.

VERS. 9. *Mulieres divites, surgite.* Mulieres vocat civitates illas, quæ et filias **310** nuncupavit : non quasi hoc nunc sint, sed quod per fidem futuræ sint. Ideo enim addidit : *In spe.*

VERS. 11. *Obstupescite, contristemini, confidentes.* Quandoquidem iniquitatem non plangitis, inflicta propter illam supplicia lugere.

VERS. 13. *Spina et fenum ascendet.* Hæc quoque solitudinem demonstrant.

VERS. 14. *Divitias civitatis dimittent.* Conspectis enim hostibus, fugam rebus omnibus anteponent.

VERS. 15. *Donec venerit super vos spiritus ab excelso.* Gratiam post ascensionem Salvatoris nostri de cœlo missam significat. Quippe post illud donum, quæ deserta olim erat, gentilitas nimirum, prophetico aratro exculta Carmeli fertilitatem obtinuit. Carmelum vero tropice appellavit gratiam, quæ in Judæis olim efflorverat. Judæi porro, qui olim florebant in prophetis, in justis, et in sacerdotibus, saltuum sterilitatem imitati sunt. « Et Chermel erit desertum. » Futuram locorum vastitatem indicat. Est enim Chermel mons Samariæ.

VERS. 16. *Et requiescet in deserto judicium.* Hoc est, in gentibus. « Et justitia in Carmelo habitabit. » In iisdem. Desertum enim appellavit Carmelum.

VERS. 17. *Et erunt opera justitiæ pax.* Pacem enim habet cum Deo, qui divinis mandatis obsequitur. « Et obtinebit justitia requiem. » Etenim justitiæ pacisque cum Deo fructus est præsentium malorum **311** depulsio, et vita dolore carens, et a curis libera. « Et confidentes erunt usque in

Πέτραν δὲ καλεῖ, τὴν Ἰεζεκίου πίστιν· ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν ἀφύκτοις κακοῖς περιέβαλεν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

β'. *Καὶ ἔσται ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ*[9]. Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἡ συγγραφή· ἐν παραβολαῖς γὰρ ἐλάλει τοῖς ὄχλοις, οἴκοι δὲ τὰς παραβολὰς τοῖς ἀποστόλοις ἡρμήνευεν.

ς'[10]. *Καὶ*[11] *τὰς ψυχὰς τὰς διψώσας κενὰς ποιῆσαι*[12]. Ἴδιον τῶν ἀνοήτων διδασκάλων τοὺς μαθητευομένους πλανᾷν, καὶ λιμῷ κατατήκειν τοὺς τῆς θείας δεομένους τροφῆς.

η'. *Καὶ αὕτη ἡ βουλὴ μενεῖ*[13]. Μόνιμοι γὰρ οἱ τῆς εὐσεβείας καρποί· οἱ δὲ τῆς ἀσεβείας, ὡς ὁ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς

θ'. *Γυναῖκες πλουσίαι*[14], *ἀνάστητε*. Γυναῖκας τὰς πόλεις καλεῖ ταύτας, ἃς καὶ θυγατέρας ὠνόμασεν· οὐχ ὡς τοῦτο νῦν οὖσας, ἀλλ' ὡς ἐσομένας διὰ τῆς πίστεως· διὰ τοῦτο γὰρ προσέθηκεν· *ἐν ἐλπίδι*.

ια'. *Ἔκστητε*[15], *λυπήθητε αἱ πεποιθυῖαι*. Ἐπειδὴ τὴν παρανομίαν οὐκ ὀλοφύρεσθε, τὰς διὰ ταύτην ὑμῖν ἐπαγομένας τιμωρίας θρηνεῖτε.

ιγ'. *Ἄκανθα καὶ χόρτος*[16] *ἀναβήσεται*. Καὶ ταῦτα τῆς ἐρημίας δηλωτικά.

ιδ'. *Πλοῦτον πόλεως ἀφήσουσιν*[17]. Τοὺς γὰρ πολεμίους ὁρῶντες, πάντων προτιμήσουσι τὴν φυγήν.

ιε'. *Ἕως ἂν ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς*[18] *πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ*. Τὴν οὐρανόθεν ἐπιφοιτήσασαν χάριν μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν ὁ λόγος δεδήλωκε. Μετὰ γὰρ ἐκείνην τὴν δωρεὰν, ἡ μὲν πάλαι ἔρημος, τουτέστι τὰ ἔθνη, προφητικὸν ἄροτρον δεξαμένη, τοῦ Καρμήλου τὴν εὐκαρπίαν ἐδέξατο. Κάρμηλον[19] δὲ, τροπικῶς τὴν πάλαι Ἰουδαίοις ἐπανθήσασαν χάριν ὠνόμασεν. Ἰουδαῖοι δὲ, οἱ πάλαι ἤνθουν ἐν προφήταις, καὶ δικαίοις, καὶ ἱερεῦσιν, τῶν δρυμῶν τὴν ἀκαρπίαν μεμίμηνται. « Καὶ ἔσται ἔρημος ὁ Χέρμελ. » Τὴν καταληψομένην τοὺς τόπους ἐρημίαν ἐνταῦθα σημαίνει. Χέρμελ γὰρ ὄρος ἐστὶ τῆς Σαμαρείας.

ις'. *Καὶ ἀναπαύσεται ἐν τῇ ἐρήμῳ κρῖμα*. Τουτέστι τοῖς ἔθνεσι. « Καὶ δικαιοσύνη ἐν τῷ Καρμήλῳ κατοικήσει. » Ἐν τοῖς αὐτοῖς. Τὴν γὰρ ἔρημον ὠνόμασε Κάρμηλον.

[89] Ed. prior hab. ἐποίου. B ἐποιούμην. [90] ἄδ. Des. apud LXX, insertum autem est a Grabio. [91] οὐκ. ἐχρ. Rec. lect. οὐ συνέταξα. [92] καὶ — μάρτυς. Ita quoque Grabius. Rec. lectio, κἀγὼ μάρτυς. [93] Ed. prior hab. τὴν ἐκ. ἀρχήν. [94] γεν. σε εἰς ἐπ. *Hebr.* ut sitis præfecti. [95] κλ. Rec. lectio, ἀπόκλεισμα. Montf. κατάκλεισμα. [96] Σιν. Des. apud LXX, ortum ex Hebr. צינק. [97] B τῷ γὰρ προφήτῃ συνέτ. τὸν τόμον, seu potius μαινόμενον. [98] οὐκ. ἐπ. Ita bene juxta Hebr. Sed omnes reliqui habent, συνελοιδορήσατε τὸν Ἱερ. [99] τ. γρ. τετ. Rectius reliqui, τὸν προφητεύσαντα ὑμῖν. [1] ὥστε — φυτ. Ita paucis h. l. comprehenditur sermo prophetæ. [2] B προείρηκεν.

Digitized by Google

σωμεν, καὶ τοῖς θείοις ἀκολουθήσωμεν λόγοις, ὅπως; ἴδωμεν τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τὰ ἀγαθὰ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A mus, per gratiam et humanitatem Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri sit gloria, cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΜΟΣ Ζ'.

TOMUS SEPTIMUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Δεῖξαι βουλόμενος ὁ Δεσπότης [a] Θεὸς τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν συγγραφῇ παραδοῦναι, τῷ προφήτῃ κελεύει τάς τε περὶ τῆς αἰχμαλωσίας, τάς τε περὶ τῆς ἀνακλήσεως γεγενημένας προρρήσεις. Πρῶτον μέντοι προλέγει τὰ σκυθρωπά.

ε', ς'. *Οὕτως εἶπε Κύριος· Φωνὴν φόβου ἀκούσεσθε· φόβος, καὶ οὐκ ἔστιν εἰρήνη. Ἐρωτήσατε δὴ, καὶ ἴδετε εἰ ἔτεκεν ἄρσεν;* Σαφῶς [b] δεδήλωκεν τὴν τῆς ὀδύνης ὑπερβολήν· τὸ γὰρ μέγεθος τῆς συμφορᾶς συνέκρινεν ὠδῖσι τικτούσης. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ « Ἐρωτήσατε καὶ ἴδετε εἰ ἔτεκεν ἄρσεν; » Συμφωνεῖ δὲ καὶ τὰ ἑξῆς. « Καὶ [c] περὶ φόβου, ἐν ᾧ καθέξουσιν ὀσφύν· διότι [d] ἑώρακα πάντα ἄνθρωπον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, ὡς τικτούσης [e]. » Νῦν μὲν τὴν ὀδύνην δεικνὺς, τῆς τικτούσης παρατίθησι τὴν εἰκόνα· ἑτέρωθι δὲ, τὸ πένθος διδάσκων, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς συμπεπλεγμένας ἔχειν ἕκαστον ἔφη τὰς χεῖρας. « Πάντα [f] τὰ πρόσωπα εἰς ἕκτερον [g] ἐγενήθη. » Καὶ τοῦτο δέους σημαντικόν.

ζ'. *Ὅτι μεγάλη [h] ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ οὐκ ἔστι τοιαύτη· καὶ χρόνος στενότητός [i] ἐστι καὶ [j] θλίψεως παντὶ [k] Ἰακώβ.* Ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας τὴν ἡμέραν *μεγάλην* [l] ὠνόμασεν. Εἶτα συνάπτει ψυχαγωγίαν τοῖς σκυθρωποῖς. Λέγει γάρ· « Καὶ ἀπὸ τούτου σωθήσεται. » Καὶ ὑπισχνεῖται συντρίψειν τὸν τῆς δουλείας ζυγόν. Προλέγει δὲ καὶ τὴν τοῦ τρόπου μεταβολήν. « Καὶ οὐκ ἐργάσονται [m] ἔτι ἀλλοτρίοις. »

θ'. *Καὶ ἐργάσονται Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν. Ἀλλοτρίους* τὰ εἴδωλα προσηγόρευσε· γνόντες γὰρ ὡς ὁ Δεσπότης Θεὸς, καὶ τὰ ἀγαθὰ χορηγεῖ, καὶ τὰς παιδείας ἐπάγει, πάντων, φησὶ, προτιμήσουσι τὴν

CAPUT XXX. (Græc. XXXVII.)

[1-4.] Dominus Deus, volens ostendere veritatem prophetiæ, **538** jubet prophetam mandare scriptis prædictiones factas tam de captivitate, quam de revocandis captivis. In primis tamen tristia prædicit.

Vers. 5, 6. *Sic dixit Dominus : Vocem formidinis audietis : formido, et non est pax. Interrogate et videte, an pepererit masculus ?* Aperte doloris magnitudinem significavit. Gravitatem enim calamitatis cum doloribus parturientis comparat. Hoc nimirum indicant illa : « Interrogate, et videte an pepererit masculus? » Et consona sunt sequentia. « Et de formidine, in eo quod tenebunt lumbos. Propterea vidi omnem hominem habentem manus suas super lumbos, more mulieris parturientis. » Nunc quidem, ut repræsentet dolorem, proponit imaginem parturientis mulieris : alibi vero, ut luctum demonstraret, dixit unumquemque habere manus complicatas super caput. « Facies omnes speciem morbi regii præ se ferunt. » Quod ipsum etiam est indicium formidinis.

Vers. 7. *Quia magnus est dies ille, et non est ei similis : et tempus angustiæ et afflictionis universo Jacobo.* A magnitudine supplicii diem nominavit *magnum*. Postea conjungit adversis consolationem. Ait enim : « Et ex hoc salvabitur. » [8] Et promittit se contriturum esse jugum servitutis : prædicitque conversionem morum. « Et non operabuntur amplius alienis. »

Vers. 9. *Et operabuntur Domino Deo suo.* **539** *Alienos* appellavit idola. Etenim ubi cognoverint Dominum Deum esse, qui bona suppeditat, et castigationes infligit, ante omnia reverebuntur

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὁ Δεσπ. Θ. B ὁ τῶν ὅλων Θεός. [b] Ex B. [c] καὶ — ὀσφύν. Des. in Hebr. Post ὀσφ apud O' seq. καὶ σωτηρίαν. [d] διότι. *Hebr.* quare. [e] ὡς τικτ. Exstat tantum in Compl. et apud Grab. Eadem leg. apud Chrys. in Catena Ghislerii. [f] πάντα — ἐγεν. Rec. lectio, ἐστράφησαν πρόσωπα εἰς ἕκτερον. [g] ἕκτ. *Hebr.* pallorem. [h] μεγ. Apud LXX, præm. ἐγενήθη. [i] B στενὸς juxta rec. lect. [j] κ. θλ. (Ed. prior θρίψεως). Des. apud LXX. [k] Παντὶ B τῷ juxta rect. lect. [l] Μεγ. Des. apud LXX. [m] B ἐργῶνται, juxta rec. lect. Sic quoque deinde. *Hebr.* servient.

Digitized by Google

prophetiam ipsius. « Et Davidem regem ipsorum suscitabo eis. » Prophetiæ finem imposuit Christus Dominus. Siquidem e David natus est secundum carnem, et pascit, jam non Israelem modo, sed omnes gentes. Prædictio hæc eventum quemdam habuit, velut in umbra et figura, tempore Zorobabelis. [10, 11.] Hæc ita pollicitus, rursus consolatur eos, revocationem promittens. Et Babyloniis quidem minatur interitum. « Faciam enim, ait, interitum in omnibus gentibus, ad quas dispersi te. » Eis autem bonorum pollicitationes exhibet. « Te enim, ait, non redigam ad interitum ; et castigabo te in judicio. Non tamen indemnem te habebo. » Quasi dicat : Castigabo et consolabor. Non permittam te carere castigatione, nec auxilii expertem relinquam. Hoc enim significat, « non tamen indemnem te habebo. » Id est, non feram ut non sentias afflictionem. Desiderans autem atrocitate comminationis nequitiam illorum convertere, addit etiam ista :

VERS. 12, 13. *Violenta est contritio tua, acerba est plaga tua. Non est qui judicet causam tuam.* Nemo enim redarguebat injustitiam regis Nabuchodonosoris. **540** « Acerbe curata es, » hoc est, cum dolore. « Non est tibi auxilium. » Auxilium nunc non in anima dicit, sed in suppetiis humanis ; quod indicant sequentia.

VERS. 14. *Omnes amici tui obliti sunt tui. Non interrogabunt de te. Plaga enim hostili percussi te.* Quia non usus sum solita longanimitate, sed profundam adhibui sectionem. Quod etiam facere consuevit medicus, difficultatem morbi considerans. Et, ut ostendat quam justa sit causa supplicii, subjunxit : « Castigationem duram propter omnes iniquitates tuas ; quia multiplicata sunt peccata tua. » Quibus conveniunt quæ sequuntur :

VERS. 15. *Quid clamas propter contritionem tuam ? violentus est dolor tuus.* Hoc est, vehemens quidem, sed tamen justus. « Ob multitudinem iniquitatum tuarum. Quia invaluerunt peccata tua, feci tibi ista. » [16] Minatur nihilominus « cædem et servitutem hostibus qui insurrexerunt in eos. Qui enim mortem effugerant, in servitutem a victoribus redacti sunt. Pergit porro consolari eam blandis promissionibus.

A αὐτοῦ προφητείαν. « Καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα [14] αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς. » Τῇ προφητείᾳ τὸ τέλος ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐπιτέθεικεν. Ἐκ Δαβὶδ γὰρ ἐβλάστησε κατὰ σάρκα, καὶ ποιμαίνει οὐκέτι μόνον τὸν Ἰσραὴλ, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἐν σκιᾷ καὶ τύπῳ, καὶ [17] ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐδέξατό τινα ἡ πρόῤῥησις ἔκβασιν. Ταῦτα ὑποσχόμενος πάλιν [18] αὐτοὺς ψυχαγωγεῖ, τὴν ἀνάκλησιν ἐπαγγελλόμενος. Καὶ τοῖς μὲν Βαβυλωνίοις ὄλεθρον ἀπειλεῖ. « Ποιήσω γὰρ, φησὶν, ἔκλειψιν [19] ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς οὓς διεσκόρπισά σε [20] ἐκεῖ. » Αὐτοῖς δὲ ἀγαθῶν ἐπαγγελίας προσφέρει. « Σὲ γὰρ, φησὶν, οὐ μὴ ποιήσω εἰς ἔκλειψιν, καὶ παιδεύσω [21] σε εἰς κρίσιν, καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσω σε. » Ἀντὶ τοῦ, παιδεύσω, καὶ ψυχαγωγήσω, καὶ οὔτε ἀπαίδευτον ἐάσω, οὔτε ἀδοήθητον καταλείψω· τὸ γὰρ B « ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσω σε » τοῦτο δηλοῖ, ὄντι [22] τοῦ, ἀπείραστόν σε τῶν κακῶν οὐκ ἐάσω· τῷ δὲ μεγέθει τῆς ἀπειλῆς μεταβαλεῖν αὐτῶν τὴν πονηρίαν βουλόμενος, ἐπάγει καὶ ταῦτα·

ιβ', ιγ'. *Βίαιον [23] τὸ σύντριμμά σου· ἀλγηρὰ ἡ πληγή σου. Οὐκ ἔστι κρίνων κρίσιν σου.* Οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἤλεγχε [24] τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἀδικίαν. « Εἰς ἀλγηρὸν ἰατρεύθης [25], » τουτέστι σὺν ὀδύνῃ. « Ὠφέλεια οὐκ ἔστι σοι. » Τὴν ὠφέλειαν νῦν οὐκ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τέθεικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπικουρίας· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

ιδ'. *Πάντες οἱ φίλοι σου ἐπελάθοντό [26] σου, οὐ μὴ ἐπερωτήσωσι [27] περὶ σοῦ [28]· ὅτι πληγῇ ἐχθροῦ ἔπαισά σε.* Οὐ γὰρ ἐχρησάμην τῇ συνήθει μακροθυμίᾳ, ἀλλὰ βαθεῖαν δέδωκα τὴν τομήν. Τοῦτο καὶ ἰατρὸς ποιεῖ χαλεπὸν τὸ πάθος θεώμενος. Καὶ διδάσκων τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον, ἐπήγαγε· « Πικρείαν [29] στερεὰν ἐπὶ πᾶσαν ἀδικίαν σου· διότι ἐπληθύνθησαν αἱ ἁμαρτίαι σου [30]. » Συμφωνεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ ἑξῆς.

ιε'. *Τί [31] βοᾷς ἐπὶ τὸ σύντριμμά σου ; βίαιον τὸ ἄλγος [32] σου ;* Ἀντὶ τοῦ, σφοδρὸν, ἀλλ' ὅμως δίκαιον. « Διὰ πλῆθος ἀνομιῶν σου, ὅτι ἴσχυσαν αἱ ἁμαρτίαι σου, ἐποίησά [33] σοι ταῦτα. » Ἀπειλεῖ δὲ ὅμως τοῖς ἐπελθοῦσιν αὐτοῖς πολεμίοις, καὶ σφαγὴν, καὶ δουλείαν· οἱ γὰρ τὸν θάνατον διαπεφευγότες [34], δοῦλοι τῶν νενικηκότων ἐγένοντο. Ἐπιμένει δὲ αὐτὴν ταῖς χρησταῖς ἐπαγγελίαις ψυχαγωγῶν.

C

VARIÆ LECTIONES.

[16] τ. βασ. αὐτ. *Hebr.* regi suo, quem *cæt.* [17] καί. Des. in B. [18] πάλιν κ. τ. λ. vers. 10, 11, ad quos hæc se referunt, des. apud LXX, præter ed. Grab. et Compl. Ad Theodot. pertinent, quæ h. l. ex vers. 11, allata sunt. [19] ἔκλ. Ita h. l. et deinde ubi vox ista recurrit, mutandam esse lectionem Sirm. ἐκθλῖψιν, jam monuit Grabius, cujus emendationem confirmat codex Bavar. [20] σέ. Suppl. ex B. [21] παιδ. σε εἰς κρ. *Hebr.* castigabo te moderate. Vid. p. 468, n. 57. [22] ἀντὶ τ. ἀπ. B τὸ ἀπείρατον. [23] βίαιον. Constans. τῶν Ο' lectio, etiam apud Grabium, est, ἀνέστησα, sed contra Hebr. Noster h. l. Theodotionem sequitur. [24] B διήλεγχε. [25] εἰς ἀλγ. ἰατρ. *Hebr.* ad compressionem se. vulnerum tuorum ; sanatio (et restitutio non est tibi). [26] B ἐπελάθοντο, ex errore librarii, ut videtur. [27] B ἐπερωτήσουσι. [28] περὶ σοῦ. Des. quidem apud LXX, insertum tamen est a Grabio, auctoritate codicis quo usus est, et Origenis, homil. 8 *in Levit.* [29] B παιδεία στερεά. [30] σου. B add. ἴσχυσαν αἱ ἀνομίαι σου. [31] Quæ ex vers. 15, a LXX omisso, h. l. leguntur, eodem fere modo in edit. sua exhibuit Grabius. Aliter autem in edit. Compl. leg. iste vers. [32] ἄλγος. Delevimus quæ apud Sirm. sequebantur verba, καὶ τὰ ἑξῆς. Nihil enim deerat, præter voculam σου, quam auctoritate cod. Bav. subjunximus. [33] ἐπ. Grabium h. l. sequimur, qui recte statuit, pro ἐποίησαν, ut apud Sirm., imo apud Origenem erat, leg. esse ἐποίησα. Sic quoque in Compl. leg. [34] B διαφεύγοντες.

Digitized by Google

ιζ'. Ὅτι ἀνοίξω[39] τὸ ἴαμά σου, ἀπὸ πληγῆς ὀδυνηρᾶς ἰατρεύσω σε, φησὶ Κύριος. Καὶ τῇ τομῇ, καὶ τῇ σπογγιᾷ, καὶ τοῖς αὐστηροτέροις, καὶ τοῖς ἡπιωτέροις φαρμάκοις ἐχρήσατο. « Ὅτι διεσπαρμένη ἐκλήθη[40] Σιών. » Ἐπετώθαζε γὰρ αὐτῇ[41] τὰ γειτονεύοντα[42] ἔθνη, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν προτιθέντα, καὶ τὴν δουλείαν. « Αὕτη θήραμα[43] ὑμῶν ἐστιν, ὅτι ζητῶν οὐκ ἔστιν αὐτήν. » Ἡνίκα, φησὶ, παρεῖδον αὐτὴν καὶ οὐκ ἐπήμυνον, προὔκειτο τοῖς πολεμοῦσιν αὐτὴν, ὡς θήραμα ἕτοιμον. Ἀλλὰ μετὰ[44] τὴν παιδείαν τῆς δουλείας αὐτοὺς ἐλευθερώσω, ὥστε ἐπανελθεῖν καὶ δεῖμασθαι τὰς πόλεις, καὶ τὸν ναὸν ἀναστῆσαι, καὶ τὴν κατὰ νόμον ἐν αὐτῷ λατρείαν ἐπιτελεῖν. Τοῦτο γὰρ ἔφη· « Καὶ ὁ ναὸς[45] κατὰ τὸ κρίμα αὐτοῦ καθεδεῖται. » Προστίθησι δὲ καὶ ὅσα τῆς εὐπραξίας ἴδια.

A

B

κθ'. *Καὶ ἐξελεύσονται ἀπ' αὐτῶν ἰδόντες*[46], *καὶ φωνὴ παιζόντων*. Ὑπισχνεῖται δὲ καὶ αὔξην[47] τοῦ γένους, καὶ πολυγονίαν. « Χεῶ[48] γὰρ αὐτοὺς, φησὶ, καὶ οὐ μὴ σμικρυνθῶσι. »

λ'. *Καὶ εἰσελεύσονται, φησὶν, οἱ υἱοὶ αὐτῶν, ὡς τὸ πρότερον, καὶ τὰ μαρτύρια*[49] *αὐτῶν κατὰ πρόσωπόν μου ὀρθωθήσονται*[50]. Τὰ *μαρτύρια* ὁ Σύρος συναγωγὰς ἡρμήνευσε. « Καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας τοὺς θλίβοντας αὐτούς. »

λα'. *Καὶ*[51] *ἔσονται ἰσχυρότεροι αὐτῶν ἐπ' αὐτούς. Θλίβοντας* τοὺς Βαβυλωνίους λέγει· *ἰσχυροτέρους* δὲ *τούτων* Μήδους καὶ Πέρσας· οὗτοι γὰρ αὐτῶν τὴν σωτηρίαν[52] κατέλυσαν. « Καὶ ὁ ἄρχων αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται. » Κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν, ἄρχοντα τῶν Βαβυλωνίων εἶχον τὸν βασιλέα. Μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον, πρῶτον μὲν ἔσχον τὸν Ζοροβάβελ, καὶ τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ υἱόν[53]· μετὰ δὲ ταῦτα, ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐθύνοντο. « Ὅτι τίς ἐστιν οὗτος, ὃς ἔδωκε τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπιστρέψαι πρός με; φησὶ Κύριος. » Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· Ἐρωτήσατε γενεὰς τὰς γενομένας προτέρας ὑμῶν, τίς ἐπίστευσε Κυρίῳ, καὶ κατῃσχύνθη. Εἶτα τῇ τοῦ Θεοῦ ὀργῇ τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς ἀνατίθησιν ἀληθινά· καὶ δεικνὺς αὐτῆς τὸ δίκαιον, ἐπάγει· « Ἐπ' ἀσεβεῖς ἥξει[54]. » Διδάσκων δὲ καὶ τὸ δυνατὸν, ἐπιφέρει·

C

λβ'. *Οὐ μὴ ἀποστραφῇ ὀργὴ θυμοῦ Κυρίου, ἕως ἂν ποιήσῃ, καὶ ἕως οὗ*[55] *πληρώσῃ*[56] *ἐγχείρημα καρδίας αὐτοῦ*. Τῇ γὰρ βουλῇ αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; Τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ἐλέγχων, « Ἐπ' ἐσχάτων, φησὶ, τῶν ἡμερῶν γνώσεσθε αὐτά. » Ἐπειδὴ τοὺς λόγους[57] οὐ πιστεύετε, δι' αὐτῶν μαθήσεσθε τῶν πραγμάτων τῆς πείρας.

D

Vers. 17. *Aperiam curationem tuam : sanabo te a plaga tua acerba, dicit Dominus.* Sectione et spongia, et austerioribus atque lenioribus **541** usus est medicamentis. « Quia dispersa vocata est Sion. » Incessebant enim eam conviciis vicinæ gentes, captivitatemque et servitutem objiciebant. « Hæc est præda vestra, quia nemo exquirit eam. » Quando, inquit, aspernabar eam, et non tuebar, exposita erat impugnantibus eam, velut parata præda. [18] At post castigationem servitutis, liberabo eos ut revertantur, et ædificent urbes, et templum instaurent, et celebrent in eo cultum legitimum. Hoc enim dicit : « Et templum sedebit, secundum judicium ejus. » Addit etiam ea quæ propria sunt prosperitatis.

Vers. 19. *Et egredientur ab eis canentes, et vox ludentium.* Promittit etiam eis incrementum generis, et fecunditatem. « Effundam enim, ait, eos et non imminuentur. »

Vers. 20. *Et ingredientur filii eorum, ut prius, et testimonia eorum in conspectu meo dirigentur. Testimonia* Syrus interpretatus est *synagogas.* « Et visitabo cunctos affligentes eos. »

Vers. 21. *Et erunt fortiores eis super ipsos. Affligentes* vocat Babylonios : *fortiores* autem illis, Medos et Persas ; quippe qui salutem eorum everterunt. « Princeps ejus egredietur ab eo. » Tempore captivitatis principem habuerunt regem Babyloniorum : post reditum vero, **542** primum quidem habuerunt Zorobabelem, et filium Josedeci : postea vero a pontificibus regebantur. « Nam quis est ille, qui dedit cor suum, ut revertatur ad me ? dicit Dominus. » Hoc et alibi dicit : Interrogate generationes quæ fuerunt ante vos, quis crediderit Domino, et confusus sit ? [23] Dehinc ad iram divinam refert tribulationes quæ illis obvenerunt, et hanc ostendens esse justam, subjicit : « Ad impios veniet. » Ut autem doceat se posse, infert :

Vers. 24. *Nequaquam avertetur ira indignationis Domini, donec fecerit, et donec compleverit cogitationem cordis sui.* Nam quis restitit consilio ejus ? Redarguens incredulitatem eorum, « In novissimis, ait, diebus, cognoscetis ea. » Quoniam verbis non creditis, ipsarum rerum experientia discetis.

VARIÆ LECTIONES.

[39] ἀν. Lectio, quantum scimus, nondum observata. Receptam, quæ est ἀνάξω, habet B. [40] Rec. lectio, ἐκλήθης. Σιὼν seq. etiam in Compl. [41] B αὐτήν. [42] B γειτονοῦντα. [43] B θήρευμα, juxta rec. lect. [44] μετά. Ita cum B leg. esse videtur, non autem διά, ut hab. ed. prior. [45] ναός. Ita Compl. pro λαὸς, ut habent alii. [46] ἄδ. *Hebr.* laus. [47] B αὔξησιν. [48] Χεῶ — σμικρ. Des. apud LXX, præter edit. Grab., ubi tamen leg. ἐχχεῶ. [49] τὰ μαρτ. *Hebr.* cœtus. [50] B ὀρθωθήσεται, juxta rec. lect. [51] Καὶ αὐτούς. *Hebr.* Et erit dux (s. potens) ex eo. [52] σωτ. B δυναστείαν. [53] υἱόν. B Ἰησοῦν.. Haud male. Constat enim ex libris sacris. Josuam istum fuisse filium Josedeci. [54] ἐπ' ἀσ. ἥξει. *Hebr.* (turbo) in caput impiorum irruet. [55] οὗ. B ἄν. [56] πλ. Rec. lectio, καταστήσῃ. [57] B τοῖς λόγοις.

Digitized by Google

CAPUT XXXI. (Græc. XXXVIII.)

Rursus autem permiscens grata tristibus, horum rationem reddit.

VERS. 2. *Ita dicit Dominus : Inveni calidum in deserto, cum his qui perierunt gladio ambulantes in studiis Israelis.* Pro *calido*, Syrus et Hebræus posuerunt *misericordiam*. Habetque cum hoc Græcæ vocis interpretatio quamdam cognationem; quia, cum calefit aliquis, laxatur ad misericordiam. *Desertum* autem vocat Babylonem : et docet Dominum misertum esse ibi servientium. **543** Et quadrant Syri interpretationi quæ sequuntur.

VERS. 3. *Charitate perpetua dilexi te : propterea traxi te in commiserationem.* Non tua, ait, vivendi ratio causa est tibi salutis : sed misericordia mea. [4, 5] Prædicit vero illos cum tympanis et aliis instrumentis denuo choreas ducturos, agriculturæ curam habituros, atque celebraturos esse festa divina. Prædicit quoque unionem tribuum.

VERS. 6. *Quia dies est vocationis respondentis in montibus Ephraimi : Surgite, et ascendamus in Sionem, ad Dominum Deum nostrum.* Hi enim qui quondam juvencas colebant, pristinorum delictorum rationem reddent, et ad Sionem accurrent, adorabuntque Deum universorum. [7] Hortatur autem illos, ut Deum quidem collaudent cum lætitia, contra gentes vero vicinas excelso sint animo. Hoc enim significat : « Hinnite super caput gentium. » Et per hoc notam facite opem divinam. Dicit quoque tempus reditus.

VERS. 8. *Congregabo enim eos*, inquit, *festo Phasec, ab extremo terræ.* Phasec autem Græca voce exponitur *Pascha*. Et multitudinem eorum indicans : « Inter eos, inquit, claudus et cæcus, prægnans et pariens, unanimi consensu cœtus magnus. » Siquidem in urbibus populosis hujus generis omnia reperire licet. [9] Mentionem etiam facit ululatus qui audiebatur tempore captivitatis : et prædicit lætitiam **544** in reditu futuram, et consolationem in itinere. « In consolatione, ait, reducam illos, castra metans juxta fossas aquarum, in via recta, in qua non amplius errabunt. » Et ostendens quæ causa sit sollicitudinis, subjunxit : « Quia factus sum Israeli in patrem; et Ephraim est primogenitus meus. » Ephraimum vocat, non filium Josephi, sed decem tribus : inter quas erat Ruben primogenitus, et Simeon secundus. Appellabantur autem

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ἀναμίξας δὲ πάλιν τὰ θυμήρη τοῖς σκυθρωποῖς, τὴν τούτων αἰτίαν διδάσκει.

β'. *Οὕτως εἶπε Κύριος· Εὗρον*[54] *θερμὸν ἐν ἐρήμῳ, μετὰ ὀλωλότων ἐν μαχαίρᾳ πορευομένους ἐν σπουδαῖς Ἰσραήλ.* Τὸ *θερμὸν*[55] καὶ ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος *οἰκτιρμὸν* τεθείκασιν· ἔχει δέ τινα πρὸς τοῦτο συγγένειαν καὶ ἡ ἑρμηνεία τῆς Ἑλλάδος φωνῆς· ὑποθερμαινόμενος γάρ τις χαυνοῦται εἰς ἔλεον· *ἔρημον* δὲ καλεῖ τὴν Βαβυλῶνα· καὶ διδάσκει ὅτι ἐκεῖ δουλεύοντας ᾤκτειρεν ὁ Δεσπότης. Συμφωνεῖ δὲ καὶ[56] τῇ Σύρου ἑρμηνείᾳ καὶ τὰ ἑξῆς.

γ'. *Ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησά σε· διὰ τοῦτο εἵλκυσά σε εἰς οἰκτείρημα.* Οὐχ ὁ σὸς, φησὶ, τρόπος αἴτιός σοι τῆς σωτηρίας[57]· ἀλλ' ὁ ἐμὸς ἔλεος. Προλέγει δὲ, ὅτι πάλιν χορεύσουσι τυμπάνοις κεχρημένοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀργάνοις, καὶ φυτουργίας φροντίσουσι, καὶ τὰς θείας ἐπιτελέσουσιν[58] ἑορτάς. Προλέγει καὶ τὴν ἕνωσιν τῶν φυλῶν.

ς'. *Ὅτι ἔστιν ἡμέρα κλήσεως*[59] *ἀπολογουμένου*[60] *ἐν ὄρεσιν Ἐφραΐμ· Ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν*[61] *εἰς Σιὼν, πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν*[62]. Οὗτοι γὰρ, οἱ πάλαι ταῖς δαμάλεσι λατρεύοντες, ὑπὲρ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἀπολογήσονται, καὶ εἰς τὴν Σιὼν δραμοῦνται, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν προκυνήσουσι. Παρακελεύεται δὲ αὐτοῖς, τὸν μὲν Θεὸν ἀνυμνεῖν μετ' εὐφροσύνης, κατὰ δὲ τῶν γειτονευόντων ἐθνῶν μέγα φρονεῖν. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Χρεμετίσατε ἐπὶ κεφαλὴν ἐθνῶν. » Καὶ δηλώσατε διὰ τούτου τὴν θείαν ἐπικουρίαν. Λέγει δὲ καὶ τὸν τῆς ἐπανόδου καιρόν.

η'. *Συνάξω γὰρ αὐτοὺς*, φησὶν, *ἐν ἑορτῇ Φασὲκ*[63] *ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς.* Τὸ δὲ *Φασὲκ* τὸ *Πάσκα* ἑρμηνεύεται τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν σημαίνων· « Ἐν[64] αὐτοῖς, φησὶ, χωλὸς καὶ τυφλὸς, ἔγκυος καὶ τίκτουσα, ὁμόθυμαδὸν ἐκκλησία μεγάλη. » Ἐν γὰρ ταῖς πολυανθρώποις πόλεσι πάντα ἔστιν εὑρεῖν τὰ ταιαῦτα. Ἀναμιμνήσκει δὲ καὶ τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας κλαυθμοῦ· καὶ προλέγει τῆς ἐπανόδου τὴν θυμηδίαν, καὶ τὰς κατὰ τὴν ὁδοπορίαν ψυχαγωγίας. « Ἐν παρακλήσει γὰρ, φησὶν, ἀνάξω αὐτοὺς, αὐλίζων[65] ἐπὶ διορυγὰς ὑδάτων, ἐν ὁδῷ εὐθείᾳ, καὶ οὐ μὴ πλανηθῶσιν ἔτι[66] ἐν αὐτῇ. » Καὶ τὴν αἰτίαν τῆς κηδεμονίας δεικνὺς ἐπήγαγεν· « Ὅτι ἐγενόμην τῷ Ἰσραὴλ εἰς πατέρα, καὶ Ἐφραΐμ πρωτότοκός μού ἐστιν. » *Ἐφραΐμ* οὐ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ καλεῖ υἱὸν, ἀλλὰ τὰς δέκα φυλάς· ἐν αὐταῖς δὲ ἦν Ῥουβὴν ὁ πρωτότοκος, καὶ Συμεὼν ὁ δεύτερος.

VARIÆ LECTIONES.

[54] εὗρον — Ἰσρ. *Hebr.* Invenit gratiam in deserto populus, qui residui fuerunt a gladio : eundo (s. eum iret), ut quietem sibi conciliaret, Israel. [55] Τὸ — τεθείκ. Idque bene. Ita quoque Aqu. et reliqui מ recte interpretati sunt per χάριν. Sed οἱ Ο'. legerunt חם, ut jam vidit Hier. [56] καὶ τῇ. Β τῇ τοῦ. [57] τ. σωτ. Β εἰς σωτηρίαν. [58] Β ἐπιτελοῦσιν. [59] κλ. Β παρακλήσεως. [60] Rec. lectio est ἀπολογουμένων. *Hebr.* dies quo clamabunt custodes in monte Ephraim. [61] Rec. lectio est ἀνάβητε. [62] ἡμ. Ita recte Alex., sed Vatic. ὑμῶν. [63] ἐν ἑορτ. Φασ. Des. in Hebr. [64] ἐν — μεγάλη. Ita bene juxta Hebr., etsi contra lectiones τῶν Ο'. Easdem vero lectiones h. l. habent codices isti, quibus usus est Grabius, ut monuit vir cl. qui post illius fata ad tom. III præfatus est. [65] αὐλ. *Hebr.* ducam eos. [66] ἔτι. Des. apud Ο'.

Digitized by Google

Ἐκαλοῦντο δὲ Ἐφραὶμ αἱ δέκα φυλαὶ, ἐπειδὴ τὰ βασίλεια ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ Ἐφραὶμ ᾠκοδόμητο. Καὶ καθάπερ νῦν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως Ῥωμαῖοι πάντες ὀνομαζόμεθα· οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἐφραὶμ προσηγορεύοντο τηνικαῦτα αἱ δέκα φυλαί. Ταῦτα δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσι κηρυχθῆναι κελεύει, καὶ μηνυθῆναι πᾶσι τοῦ λαοῦ τὴν ἐπάνοδον· ἐγένετο δὲ οὐ διὰ λόγων τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἤκουον πάντες [67], γεγωνότερον τῶν πραγμάτων βοώντων. Ὑπισχνεῖται δὲ καὶ γῆς εὐκαρπίαν, καὶ κτηνῶν πολυγονίαν, καὶ ψυχῆς [68] εὐφροσύνην. Τὸ δέ

ιδ'. *Μεθύσω τὴν ψυχὴν τῶν ἱερέων, τῶν υἱῶν* [69] Λευΐ, ἀντὶ τοῦ, ἀγαθῶν ἐμπλήσω παντοδαπῶν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὰ ἐπαγόμενα. « Καὶ ὁ λαός μου τῶν ἀγαθῶν ἐμπλησθήσεται, φησὶ Κύριος. »

ιε'. *Οὕτως εἶπε Κύριος· Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, θρῆνος* [70], *καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμός· Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη* [71] *ἐπὶ τοὺς υἱοὺς* [72] *αὐτῆς* [73], *καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι* [74] *ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, ὅτι οὐκ εἰσίν.* Καὶ ἡ Ῥαμὰ τῆς Βενιαμίτιδος ἦν φυλῆς· καὶ τῆς Ῥαχὴλ ὁ τάφος ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ ἐστὶ Χαφραθὰ [75], τοῦ ἐλθεῖν εἰς Ἐφραθά. Καὶ τέλος μὲν ἔλαβεν ἡ προφητεία ἐπὶ Ἡρώδου τοῦ πρώτου· οὗτος γὰρ ἀνεῖλε τὰ βρέφη, συναναιρήσειν ἐλπίζων τὸν γεννηθέντα Σωτῆρα. Τέθεικε δὲ ταῦτα ὁ προφήτης μεταξὺ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίας· διδάσκων, ὅτι τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας κεφάλαιον, τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις, δι' ἣν ὑπέμεινε τὰ βρέφη τὴν ἄδικον ἐκείνην σφαγήν.

ις'. *Τάδε λέγει Κύριος· Διαλειπέτω* [76] *ἡ φωνή σου ἀπὸ κλαυθμοῦ, καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου ἀπὸ δακρύων· ὅτι ἔστι μισθὸς τοῖς σοῖς ἔργοις, φησὶ Κύριος, καὶ ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν* [77] *εἰς* [78] *τὰ ὅρη* [79] *αὐτῶν.* Καὶ διδάσκων ποίων ἔργων ὑπισχνεῖται μισθὸν, ὑποδείκνυσιν αὐτῷ [80] τὴν ἐν Βαβυλῶνι μετάνοιαν.

ιη'. *Ἀκούων ἤκουσα Ἐφραὶμ ὀδυρομένου.* Διδάσκει δὲ καὶ τίσιν ἐκέχρητο λόγοις· « Ἐπαίδευσάς με, Κύριε, καὶ οὐκ [81] ἐπαιδεύθην· ὥσπερ μόσχος οὐκ ἐδιδάχθην. » Τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηκεν· « Ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνεσαν· συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. » Καὶ Ὥσηὲ δὲ ὁ προφήτης φησίν [82]· « Ἐφραὶμ δάμαλις δεδιδαγμένη ἀγαπᾷν νεῖκος. » Ἀντιλέγει, φησὶ, καὶ οὐ δέχεται τὸν τοῦ νόμου ζυγόν. Καὶ πάλιν·

Ephraim decem tribus, eo quod regia constructa esset in sorte Ephraim. Et quemadmodum nunc ab urbe Romanorum dicimur omnes Romani : ita tunc decem tribus denominabantur ab Ephraimo. [10, 11] Mandat autem ista promulgari etiam apud gentes, et omnibus populi significari reditum. Id vero factum est, non verborum præconio, sed audierunt omnes, rebus ipsis clarius clamitantibus. [12, 13] Pollicetur ad hæc terræ fertilitatem, fecunditatem jumentorum, et animi lætitiam. Quod autem dicit :

VERS. 14. *Et inebriabo animam sacerdotum, filiorum Levi*, idem est ac si diceret, omnibus bonis cumulabo : quod clarum est ex sequentibus. « Et populus meus replebitur bonis, dicit Dominus. »

VERS. 15. *Sic dixit Dominus : Vox in Rama audita est, luctus, fletus, et lamentatio : Rachel plorans filios suos, et noluit consolationem admittere* **545** *propter filios suos, quia non sunt.* Rama erat Benjamiticæ tribus : et Rachelis sepulcrum est in hippodromo Chaphratha qua venitur in Ephratha. Et finem accepit prophetia sub Herode primo, qui interfecit infantes, sperans se simul occisurum esse Salvatorem natum [m]. Ista vero posuit propheta inter promissiones bonorum, ut doceat bonum revera, et salutis caput esse Domini ac Salvatoris nostri in carne nativitatem, propter quam infantes pertulerunt cædem illam iniquam.

VERS. 16. *Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis, quia est merces operibus tuis, dicit Dominus. Et convertentur filii eorum ad montes suos.* [17] Et docens, quorum operum mercedem polliceatur, ponit ei ob oculos pœnitentiam quam egit in Babylone.

VERS. 18. *Audiens audivi Ephraimum lugentem.* Docet etiam, quibus sermonibus usus sit : « Castigasti me, Domine, et non sum eruditus : tanquam vitulus, non sum edoctus. » Idem dixit et propheta superius : « Flagellasti eos, et non doluerunt : consummasti eos, et noluerunt suscipere disciplinam. » Oseas etiam propheta ait [n] : **546** « Ephraim juvenca edocta diligere contentionem. » Contradicit, inquit, nec suscipit jugum legis. Et iterum : « E-

[m] Matth. II, 16 seq. [n] Osee X, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[67] B ἅπαντες. [68] B ψυχῶν. [69] τ. υἱῶν Λευΐ. *Hebr.* pinguedine. Grab. post Λευΐ addidit πιότητος. [70] θρ. — ὀδυρμός. Ita quoque Matth. II, 18, ubi sequitur πολύς. Rec. autem lectio h. l. est, θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ. [71] ἀπ. — υἱοὺς αὐτ. Ita fere Alex. Infra, ad Zach. XIV, 10, ita ut apud Matth. l. c. leg. κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς. [72] B τοῖς υἱοῖς, ut in Vatic. [73] Edit. prior habebat αὐτοῦ. [74] παρ. cod. Vatic. παύσασθαι. [75] B Χαβραθᾶ. [76] διαλ. ἡ φ. σ. *Hebr.* cohibe vocem tuam. [77] οἱ υἱοὶ αὐτ. Des. in Hebr. et apud LXX. [78] εἰς. τ. ὅρ. αὐτ. *Hebr.* e terra hostis. Sicque apud LXX. recte legi solet, ἐκ γῆς ἐχθρῶν. [79] B ὅρια. Ex hac lectione conjicere licet verba ista, εἰς τὰ ὅρη (s. potius ὅρια) αὐτῶν, pertinere ad vers. 17, qui mutilus est apud LXX, juxta cod. Rom. et Alex., integritati suæ autem restitutus est a Grab. et in edit. Compl, etsi utriusque lectiones non omnino consentiant. [80] B αὐτῶν. [81] οὐκ. Alii quidem omnes omittunt hanc particulam, quam tamen expungere noluimus, cum supra, p. 14 in Præf. ad Canticum cant. nec non h. l. in cod. Bavar. exstet. [82] B ἔλεγεν.

Digitized by Google

phraim factus [o] est ut juvenca insaniens [p]. » Addit præterea, quæ obsecrans dicebat : « Converte me, Domine, et convertar : quia tu Dominus Deus meus es. » Siquidem, te nolente, non liberabor a servitute.

VERS. 19. *Quia post captivitatem meam, pœnitentiam egi, et postquam cognovi, percussi femur : et suspiravi in diebus confusionis meæ.* Posteaquam enim expertus est tribulationes, venit in sensum peccati. Hoc etiam ait beatus David : « Priusquam humiliarer, ego delinquebam : propterea eloquium tuum custodivi [q]. » Et rursus : « Bonum mihi, quia humiliasti me : ut discam justificationes tuas [q]. » Percutere vero femur proprium est dolentium, et pœnitentiam agentium. « Confusus sum, et obsecutus sum tibi, quia opprobrium accepi ab adolescentia mea. » Retroactis enim temporibus, et ab initio, perduravi in transgressione mandatorum tuorum. Demonstrat autem et clementiam suam Dominus, et ait :

VERS. 20. *Si filius meus dilectus Ephraim, si puerulus in deliciis.* Id est, deliciosus et gratus. Si perseveres, ait, eo uti affectu, memor providentiæ meæ, bonis perfrueris. Nam et sequentia pollicitationem continent. « Propterea **547** quod verba mea in eo sunt, adhuc certe recordabor ipsius. » Quia pœnitentia usus est, et memor est mandatorum meorum, experietur providentiam meam. « Propterea, inquit, visitabo eum, et miserens miserebor illius. » Hortatur postea, ut medicamentis pœnitentiæ utatur.

VERS. 21. *Constitue teipsam sionim. Sionim* Syrus interpretatus est *signa :* quasi dicat : Adnotare oportebat, quos fructus ex transgressione decerpseris : quæ vero bona tibi conciliarit pœnitentia. Idcirco admonet ut spontanea castigatione utatur. « Sume de te ipsa supplicium : da cor tuum in humeros tuos. » Ac si dicat, Impone tibi ipsi omnis pœnitentiæ : permane in his, quæ recte præelegisti. Hoc enim est quod addidit : « In via qua ambulasti. » Hortatur postea, ut revertatur, et redeat ad suas civitates, et luctum non deserat. « Revertere enim lugens, ait, in urbes tuas. » Nec vero lætiA « Ἐγένετο Ἐφραΐμ, ὡς παροιστρῶσα [83] δάμαλις. » Τίθησι δὲ καὶ ἅπερ ποτνιώμενος ἔλεγεν· « Ἐπίστρεψόν με [84], Κύριε, καὶ ἐπιστρέψω· ὅτι σὺ Κύριος [85] ὁ Θεός μου εἶ. » Σοῦ γὰρ μὴ θέλοντος, οὐκ ἀπαλλαγήσομαι [86] τῆς δουλείας.

ιθ'. *Ὅτι ὕστερον* [87] *αἰχμαλωσίας μου μετενόησα, καὶ ὕστερον τοῦ γνῶναι* [88] *ἐκρότησα* [89] *ἐπὶ μηρὸν, καὶ ἐστέναξα ἐν ἡμέραις αἰσχύνης μου.* Μετὰ τὴν πεῖραν τῶν κακῶν, εἰς αἴσθησιν ἦλθε [90] τῆς ἁμαρτίας. Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ εἶπε· « Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι, ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα. » Καὶ πάλιν· « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. » Τὸ δὲ πατάσσειν τὸν μηρὸν, τῶν ὀδυνομένων καὶ μεταμελουμένων ἴδιον. « Καί γε ἐνετράπην [91], καὶ ὑπεξά [92] σοι, ὅτι ἔλαβον ὀνειδισμὸν ἐκ νεότητός μου. » Ἄνωθεν γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς παραβαίνων σου τὰς ἐντολὰς διετέλεσα. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ὁ Δεσπότης, καί φησιν·

κ'. *Εἰ* [93] *υἱὸς ἀγαπητὸς ἐμοὶ Ἐφραΐμ, εἰ παιδίον ἐντρυφῶν.* Ἀντὶ τοῦ, τρυφερὸν, καὶ ἐπίχαρι· εἰ ἐπιμένεις, φησὶ, ταύτῃ χρώμενος τῇ διαθέσει, καὶ τῆς ἐμῆς μεμνημένος κηδεμονίας, τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσεις· τὴν γὰρ ὑπόσχεσιν ἐντέθεικε τοῖς [94] ἑξῆς. « Ὅτι ἀνθ' [95] ὧν οἱ λόγοι μου ἐν αὐτῷ εἰσι, μνείᾳ [96] μνησθήσομαι αὐτοῦ ἔτι [97]. » Ἐπειδὴ μεταμελείᾳ κέχρηται, καὶ τῶν ἐμῶν ἐντολῶν μνημονεύει, τῆς παρ' ἐμοῦ τεύξεται προμηθείας. « Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἐπισκέψομαι [98] αὐτὸν, ἐλεῶν ἐλεήσω αὐτόν. » Εἶτα παρακελεύεται τοῖς τῆς μετανοίας κεχρῆσθαι φαρμάκοις.

κα'. *Στῆσον σεαυτὴν σιονείμ* [99]. Τὸ *σιονείμ* ὁ Σύρος *σημεῖα* ἡρμήνευσεν· ἀντὶ τοῦ, ἐπισημήνασθαι ἔδει, τίνας μὲν ἐκ τῆς παρανομίας ἐδρέψω καρποὺς, ποίων δέ σοι ἀγαθῶν μεταμέλεια γεγένηται πρόξενος. Διὰ τοῦτο καὶ τῇ αὐθαιρέτῳ παιδείᾳ κεχρῆσθαι παρεγγυᾷ. « Ποίησον [1] σεαυτῇ τιμωρίαν, δὸς [2] τὴν καρδίαν σου εἰς τοὺς ὤμους [3] σου. » Ἀντὶ τοῦ, Ἐπίθες σεαυτῇ [4] τὸ φορτίον τῆς μετανοίας. Ἐπίμεινον οἷς προεῖλου [5] καλῶς· τοῦτο γὰρ ἐπῆγαγεν, « Ὁδὸν ἣν [6] πεπόρευσαι. » Εἶτα παρακελεύεται αὐτῇ ἀναστρέφαι, καὶ εἰς [7] τὰς οἰκείας πόλεις ἐπανελθεῖν, καὶ μὴ καταλιπεῖν τὸ πένθος. « Ἀπόστρεψον γὰρ, φησὶν,

[o] Osee IV, 16. [p] Psal. CXVIII, 67. [q] Ibid. 71.

VARIÆ LECTIONES.

[83] παρ. Ita se habet rec. l. quam etiam Noster sequitur l. c. Sed edit. prior habebat παροιστρήσασα. [84] με. Aberat ab edit. priori. Sequens Κύριε des. apud LXX. [85] B Κύριε. [86] B οὐ καταλλαγήσομαι. [87] ὕστ. αἰχμ. μου. *Hebr.* Postquam conversus sum. [88] γν. Apud LXX sequ. με. [89] ἐκρ. ἐπὶ μ. καί. Des. apud LXX. Duplex h. l. est interpretatio. [90] B ἦλθον. [91] κ. γ ἐν. Des. apud LXX, quia iterum duplex h. l. est interpretatio. [92] Rec. lectio, ὑπέδειξα. *Hebr.* pudore suffusus sum. [93] Εἰ. Des. apud LXX. *Hebr.* Estne? [94] τοῖς. Ita B sed edit. prior hab. καὶ τά. [95] ἀνθ' — εἰσὶ. *Hebr.* ex quo locutus sum de eo. [96] B μνείαν. [97] ἔτι. Des. apud LXX. [98] ἐπισκ. αὐτ. B ἐπεσκεψάμην αὐτόν. Rec. lectio, ξοπευσα ἐπ' αὐτῷ. *Hebr.* perstrepunt viscera mea propter eum. [99] B σιωνίμ. Rec. lectio est Σιὼν, sed rectius h. l. retinetur Hebr. צִיֻּנִים, aut cum Syro vertitur *signa*. Pro σεαυτὴν in Compl. melius leg. σεαυτῇ. [1] π. σ. τιμ. *Hebr.* pone tibi columellas. Apud O' des σεαυτῇ, quod tamen Grabius addidit. [2] δὸς — ὦμ. σου. *Hebr.* appone cor tuum ad semitam (viæ in qua ambulas). Σοῦ post ὤμους additur in cod Alex. [3] ὦμ. Nisi codices, quantum scimus, omnes consentirent in hac lectione, non dubitaremus cum Bosio legere ὤμους. [4] B ἑαυτῇ. [5] B προείλω. [6] ἣν πεπ. Ita habet Ald. [7] εἰς. Abest a B.

Digitized by Google

εἰς τὰς πόλεις σου πενθοῦσα [8]. » Οὐκ ἐναντίον δὲ τῇ εὐφροσύνῃ τὸ τοιοῦτον πένθος. Χρὴ γὰρ ἡμᾶς, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύοντας, τῶν οἰκείων μεμνῆσθαι παραπτωμάτων, καὶ ταῦτα θρηνεῖν.

κβ'. *Ἕως πότε ἀποστρέψεις* [9] *θυγάτηρ ἠτιμωμένη* [10] · ὅτι [11] *ἔκτισέ σε* [12] *Κύριος εἰς σωτηρίαν, εἰς καταφύτευσιν καινὴν, ἐν τῇ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι.* Ἔδειξεν ἐνταῦθα σαφῶς καὶ τῆς ἀνακλήσεως τὴν αἰτίαν· τὴν γὰρ καινὴν καταφύτευσιν δι' αὐτῆς ἔσεσθαι προθεσπίζει· ταύτην δὲ οἱ ἐξ αὐτῆς βλαστήσαντες ἀπόστολοι τῇ οἰκουμένῃ προσήνεγκαν· καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ προφητικὸς ἔφη λόγος. « Ἐν τῇ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι. » Οὗτοι γὰρ τὰ ἔθνη περινοστήσαντες, τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς διὰ τῆς θεογνωσίας προσήνεγκαν. Εἶτα πάλιν τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀγαθὰ προαγορεύει, καὶ τὴν ἐντεῦθεν φυομένην εὐφροσύνην. Τὸ δὲ, « Σπερῶ ἐπὶ [13] τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, σπέρμα ἀνθρώπων, καὶ σπέρμα κτηνῶν, » τὸ πλῆθος σημαίνει.

κθ', λ'. *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησὶν, οὐ μὴ εἴπωσιν, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἠμωδίασαν. Ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ τοῦ φαγόντος* [14] *τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτοῦ.* Τοῦτο σαφέστερον καὶ διὰ τοῦ θεσπεσίου Ἐζεκιὴλ ὁ Δεσπότης, καὶ ἡμεῖς δὲ διὰ πλειόνων τὴν ἑρμηνείαν ἐποιησάμεθα. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὥσπερ οὐχ οἷόν τε τὸν ὄμφακα ἐσθίειν, τοῦ δὲ ἐσθίοντος [15] τοὺς ὀδόντας μὴ αἱμωδιάσαι· οὕτως οὐχ οἷόν τε τῶν πατέρων ἡμαρτηκότων, δίκας εἰσπραχθῆναι τοὺς παῖδας. Καὶ εἰς βεβαίωσιν τοῦ εἰρημένου τὰ ἐπαγόμενα τίθησιν.

λα', λβ'. *Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ διαθήσομαι* [16] *τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ* [17] *τῷ οἴκῳ Ἰούδα Διαθήκην καινήν. Οὐ κατὰ τὴν Διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν* [18] *ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ὥστε* [19] *ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι* [20] *αὐτοὶ οὐκ* [21] *ἐνέμειναν ἐν τῇ Διαθήκῃ μου, καὶ ἐγὼ* [22] *ἠμέλησα* [23] *αὐτῶν, λέγει Κύριος* [24]. Οὕτω, φησὶν, ἀδύνατόν ἐστι τοὺς παῖδας εἰσπραχθῆναι δίκας ὑπὲρ πατρῴων ἁμαρτημάτων, ὅτι καὶ τῶν πατέρων ἡμαρτηκότων τὰ μέγιστα ἀγαθὰ τοῖς παισὶν ἐπαγγέλλομαι. Πολλὰς [25] μέντοι κατ' αὐτὸ προῤῥήσεις ἡμᾶς ἐδίδαξε· πρῶτον μὲν, ὅτι εἷς ἐστι νομοθέτης τῶν δύο Διαθηκῶν· εἶτα τῆς προτέρας Διαθήκης τὸ ἀτελές· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθημεν [26] τῆς δευτέρας, τῆς προτέρας ἀρκούσης· πρὸς τούτοις, ὅτι ὁ μονογενὴς τοῦ

tiæ adversatur hujusmodi luctus : quia nos, etiam fruentes bonis, memores esse debemus propriorum delictorum, et ea deflere.

Vers. 22. *Usquequo averteris, filia despecta? quia creavit te* **548** *Dominus in salutem, in plantationem novam : circuibunt homines in salute.* Hoc loco aperte ostendit causam revocationis, cum per eam vaticinetur novam plantationem. Hanc enim mundo intulerunt, qui ex ea nati sunt, apostoli : quod non obscure dicit sermo propheticus, « circuibunt homines in salute. » Illi enim cum obambularent inter gentes, per Dei cognitionem illis salutem attulerunt. [25-2.] Deinde iterum prænuntiat bona quæ reditum sint secutura, et inde nascentem lætitiam. Illud autem, « Seminabo super domum Israel et super domum Juda, semen hominum et semen jumentorum, » multitudinem designat.

Vers. 29, 30. *In diebus illis*, ait, *non dicent : Patres comederunt uvam acerbam, et filii dentium dolore obstupuerunt. Sed unusquisque in peccato suo morietur : et comedens uvam acerbam dentium dolore obstupescet.* Clarius hoc etiam dixit Dominus per divinum Ezechielem, et nos pluribus interpretati sumus. Quod autem dicit, est ejusmodi : Quemadmodum fieri non potest, ut quis comedat uvam acerbam, et non obstupescat dentium dolore ; sic fieri nequit ut, cum patres peccaverunt, pœnæ exigantur a filiis. Et ad confirmationem dictorum subjicit quæ sequuntur.

Vers. 31, 32. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et disponam domui Israelis et* **549** *domui Judæ Testamentum novum. Non juxta Testamentum, quod disposui patribus eorum, die quo ego apprehendi manum eorum ut educerem eos e terra Ægypti : quia ipsi non permanserunt in Testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus.* Adeo, inquit, fieri non potest, ut filii luant pœnas pro peccatis parentum, ut filiis bona maxima promittam, licet patres gravissime peccaverint. Cæterum multas simul congestas prædictiones non decuit. Imprimis, unum esse legislatorem utriusque Testamenti ; deinde, imperfectionem prioris Testamenti. Non enim opus fuisset nobis posteriori, si sufficiens fuisset prius. Præterea, unigenitum Dei Verbum evangelicorum bonorum fuisse nobis largitorem :

VARIÆ LECTIONES.

[8] πενθ. Abest ab Hebr. [9] B ἀποστρέψῃς. *Hebr.* circumvagaberis. [10] ἠτ. *Hebr.* aversa, s. consumax. [11] ὅτι — ἄνθρ. *Hebr.* nam creabit Jehova novum in terra : mulier circumdabit virum ita bene Theodot. [12] σὲ et εἰς post Κύριος des. apud LXX. [13] ἐπί. Des. apud LXX, tum h. l. tum in sequ. [14] Infra, ad Baruch III, 4. leg. τῶν φαγόντων, omisso αὐτοῦ post ὀδόντες. [15] ἐθ. B hoc loco præm. μὴ, quod deinde omittit ante αἱμωδιάσαι. [16] διαθ. — Ἰούδα. Hebr. VIII, 8, est συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσρ. κ. ἐ. τ. οἶκον Ἰούδα. [17] κ. τ. οἴκῳ Ἰούδα. Des. infra, ad locum Rom. IX, 4. Sed ad Ezech. XVI. 60, des. tantum τῷ οἴκῳ, et *Hær. fab.*, l. V, c. 17, abest solum οἴκῳ. [18] ἐν — Αἰγ. Des. ad Rom. IX, 4. [19] ὥστε. Des. locis cit. nec non ad locum Rom. VII, 6. [20] ὅτι — λέγ. Κύρ. Des. infra, *Hær. fab.*, l. c. [21] οὐκ — μου. *Hebr.* irritum fecerunt fœdus meum. [22] Rec. lectio, κἀγώ. Ita quoque Hebr. VIII, 9. [23] ἠμ. αὐτ. *Hebr.* fastidio habui eos. Infra, ad Ezech. l. c. leg. ἀπωσάμην αὐτούς. [24] λ. Κύρ. Des. ad Ezech. l. c. [25] πολλ. — προῤῥ. B πολλὰ μέντοι κατὰ ταυτὸν ἡ προῤῥήσις. [26] Ex B suppl

ipsum liberasse Israelem a servitute Ægyptiorum; ipsum item esse, qui Mosen alloquens dixit : « Ego sum qui sum [r]. » Et sufficiens est hic sermo, non solum ad convincendam Judæorum improbitatem, sed etiam ad denudandam hæreticorum blasphemiam.

VERS. 33. *Quoniam hoc est Testamentum quod disponam domui Israel et domui Judæ, post dies illos, dicit Dominus : Dabo leges meas in* **550** *mentes eorum, et pectori cordis eorum inscribam eas. Et ero illis Deus : et ipsi erunt mihi populus.* Hoc rebus ipsis demonstravit nobis Deus. Cum enim sacros apostolos perduxisset in montem, non dedit eis tabulas lapideas, sed in cordibus eorum inscripsit leges divinas, et virtutis operariis beatitudines obtulit.

VERS. 34. *Non docebit ultra unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum; quia omnes me cognoscent, a pusillo usque ad magnum eorum.* Hæc autem verba sortientur effectum in futura vita. In illa enim non amplius egemus mutua disciplina, cum res manifeste appareant, et quiescant affectus, et corpora quidem incorruptibilitatem recipiant, animæ vero sint expertes mutationis. Solet porro Scriptura divina permiscere prophetias. Conjungit enim cum sermonibus de captivitate sermones de revocatione. Dominus quoque in sacris Evangeliis in unum confert sermones de Hierosolyma et sermones de consummatione. « Quia propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum non recordabor amplius. » Donat hoc gratia sacrosancti baptismatis. Nam post factam remissionem, priorum delictorum non meminit. [35] Post hæc, ubi ostendit **551** se solis et lunæ stellarumque esse opificem; et mandasse illi quidem ut constituat diem, his vero ut noctem illustrent; nutu etiam ejus mare commoveri, et tranquillitate potiri, subdidit :

VERS. 36. *Si cessaverint leges istæ coram me, dicit Dominus, et genus Israelis desierit esse gens in conspectu meo, omnibus diebus.* His adjungendum quod dictum est per Isaiam prophetam : « Si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris,

A Θεοῦ Λόγος τῶν εὐαγγελικῶν ἡμῖν ἀγαθῶν χορηγὸς ἐγένετο· αὐτὸς τὸν Ἰσραὴλ ἠλευθέρωσε τῆς Αἰγυπτίων δουλείας. Αὐτὸς τοιγαροῦν, καὶ τῷ Μωσῇ διαλεγόμενος ἔφη· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Καὶ ἱκανὸς ὁ λόγος, οὐ μόνον τὴν Ἰουδαίων διελέγξαι παρανομίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν αἱρετικὴν βλασφημίαν γυμνῶσαι.

λγ'. *Ὅτι* [27] *αὕτη ἡ Διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ* [28] *τῷ οἴκῳ Ἰούδα, μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, φησὶ* [29] *Κύριος· Διδοὺς νόμους μου ἐπὶ* [30] *διανοίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ* [31] *τοῦ στήθους τῶν καρδιῶν αὐτῶν γράψω αὐτούς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν.* Τοῦτο δι' αὐτῶν ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν πραγμάτων ἔδειξε. Τοὺς γὰρ ἱεροὺς ἀποστόλους εἰς τὸ ὄρος ἀναγαγὼν, οὐ πλάκας αὐτοῖς ἔδωκε λιθίνας, ἀλλ' ἐν ταῖς B καρδίαις αὐτῶν τοὺς θείους ἐνέγραψε νόμους, καὶ τοὺς μακαρισμοὺς προσνήνοεχε τοῖς ἐργάταις τῆς ἀρετῆς.

λδ'. *Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἔτι* [32] *ἕκαστος τὸν πλησίον* [33] *αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων· Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με, ἀπὸ μικροῦ* [34] *ἕως μεγάλου αὐτῶν.* Τῶν δὲ ῥητῶν τούτων τὸ τέλος ὁ μέλλων δέξεται βίος. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ οὐκέτι δεόμεθα τῆς παρ' ἀλλήλων διδασκαλίας, τῶν πραγμάτων ἐναργῶς φαινομένων, καὶ τῶν παθῶν πεπαυμένων, καὶ τῶν μὲν σωμάτων ἀφθάρτων, τῶν δὲ ψυχῶν γενομένων ἀτρέπτων. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ τὰς προφητείας ἀναμιγνύναι. Καὶ γὰρ τοῖς περὶ τῆς αἰχμαλωσίας λόγοις συνάπτει τοὺς περὶ τῆς ἀνακλήσεως· καὶ ὁ Κύριος δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις κατὰ ταὐτὸν τίθησι τοὺς περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοὺς περὶ τῆς συντελείας λόγους. « Ὅτι C ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀνομίαις [35] αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν [36] οὐ μὴ [37] μνησθῶ ἔτι. » Τοῦτο τοῦ παναγίου βαπτίσματος δωρεῖται ἡ χάρις· μετὰ γὰρ δὴ ἄφεσιν, τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων [38] οὐ μέμνηται. Μετὰ ταῦτα δείξας ὡς αὐτός ἐστιν ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων δημιουργὸς, καὶ ὅτι αὐτὸς προσέταξε τὸν μὲν ποιεῖν τὴν ἡμέραν, τοὺς δὲ φωτίζειν τὴν νύκτα, καὶ ὡς αὐτοῦ νεύοντος κεκίνηται ἡ θάλασσα, καὶ γαλήνης ἀπολαύει, ἐπήγαγεν·

λς'. *Ἐὰν παύσωνται οἱ νόμοι οὗτοι ἐκ* [39] *προσώπου μου* [40], *φησὶ Κύριος, καὶ τὸ γένος Ἰσραὴλ παύσεται γενέσθαι ἔθνος κατὰ πρόσωπόν* [41] *μου πάσας τὰς ἡμέρας.* Τούτοις παραθεῖναι δεῖ τὸ διὰ τοῦ Ἡσαΐου [42] τοῦ προφήτου εἰρημένον· « Ἐὰν [43] ᾖ

[r] Exod. III, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[27] Ὅτι κ. τ. λ. Infra, ad Ezech. I. c. et *Hær. fab.* I. c. ita leg. Ἀλλὰ διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας (ad Ezech. I. c. τὰς καρδίας) αὐτῶν γράψω αὐτούς. [28] καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα. Des. Hebr. VIII, 10. [29] φησί. In Epist. ad Hebr. I. c. est λέγει. [30] Loco cit. leg. εἰς τὴν διάνοιαν. [31] ἐπὶ — γράψω. Rec. lectio, ἐπὶ καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς. Ita fere in Epist. ad Hebr. I. c., ubi tamen leg. ἐπιγράψω, ut in Compl. [32] ἔτι. Exstat tantum in Compl. et apud Grab. sub asterisco. Deest autem Hebr. VIII, 11. [33] πλησ. Rec. lectio est πολίτην. Ita quoque leg. in quibusdam cod. Hebr. VIII, 11. [34] μικρ. Apud LXX et in Epist. ad Hebr. I. c. sequ. αὐτῶν. [35] ἀν. Rec. lectio est ἀδικίαις. Ita quoque Hebr. VIII, 12. [36] αὐτ. Loco cit. sequitur, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. [37] μή. Deerat in edit. priori. [38] ἁμ. Des. in B. [39] ἐκ. Rec. lectio est ἀπό. [40] μου. Abest a B. [41] Rec. lectio est πρόσωπον. [42] Ἡσ. Edit. prior habebat Ὡσηέ, sed non dubitavimus a lectione ista recedere, cum verba allata ad Isaiam pertineant, cui etiam in Epist. ad Romanos, c. IX, 27, tribuuntur. Alludit autem Noster, ut videtur, ad Osee I, 10, juxta LXX. [43] ἐὰν — Ἰσρ. Supra, p. 216, erat Ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσρ. Vide tamen loca ibid. schol. 27 allegata.

Digitized by Google

ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡσεὶ [54] ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Ἀμφότεραι τοίνυν αἱ προφητεῖαι τὸ ἀληθὲς ἔχουσιν. « Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, ἀλλ' οἱ τῷ Θεῷ πεπιστευκότες, καὶ τὸ σωτήριον δεξάμενοι κήρυγμα. » Ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησία συνέστη.

λζ'. *Τάδε* [55] *λέγει Κύριος· Ἐὰν* [56] *ὑψωθῇ ὁ οὐρανὸς εἰς τὰ μετέωρα, καὶ* [57] *ἐὰν ταπεινωθῇ ἡ γῆ εἰς τὸ ἔδαφος κάτω, καὶ ἐγὼ ἀποδοκιμῶ* [58] *τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος* [59]. Ὡς ἀδύνατον, φησὶ, ἢ ὑψηλότερον γενέσθαι τὸν οὐρανὸν, ἢ βαθυτέραν τὴν γῆν· οὕτως ἀδύνατον παντελῶς ἀπορριφῆναι τὸν Ἰσραήλ.

λη'. *Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ οἰκοδομηθήσεται πόλις τῷ Κυρίῳ, ἀπὸ* [60] *Ἀναντὴλ ἕως τῆς πύλης τῆς γωνίας.* Ὁ Σύρος οὕτως λέγει· « Ἀπὸ πύργου τῆς γωνίας Ἀνανιήλ. »

λθ'. *Καὶ* [61] *διεξελεύσεται ἔτι τὸ σχοινίον τῆς διαμετρήσεως αὐτῆς ἀπέναντι* [62] *αὐτῶν ἕως* [63] *βουνοῦ Γωρήβ.* Ὀνόματα λέγει τόπων τῶν κύκλῳ τῆς πόλεως. « Καὶ [64] περικυκλωθήσεται ἐξ ἐκλεκτῶν λίθων· » τουτέστι, μεγάλων καὶ ἰσχυρῶν.

μ'. *Καὶ* [65] *πᾶσαν τὴν κοιλάδα τῶν Φαγαρὶμ, καὶ πρὸς τὴν Σποδίαν* [67]. *Καὶ πᾶσαν* [68] *Ἀσιριμὼθ ἕως χειμάρρου Κέδρων, ἕως* [69] *τῆς γωνίας πύλης ἵππων Ἀνατολῆς, Ἁγίασμα Κυρίῳ* [70]. *Σποδίαν* καλεῖ τὸν τόπον ἔνθα ἔρριπτον τῶν θυσιῶν τὴν κόνιν· *φαγαρὶμ* δὲ τοὺς τόπους τῶν θυομένων κρεῶν· εἰρηκὼς δὲ ἄνω τὸν κύκλον [71] τῆς πόλεως, ἐν τούτοις ἔδειξε τοῦ θείου νεὼ τὸν περίβολον, « Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ἐκτίλῃ [72], καὶ οὐ μὴ καθαιρεθῇ ἕως τοῦ αἰῶνος. Τὴν τούτων τῶν λόγων ἀμφιβολίαν ἐν τοῖς πρόσθεν διέλυσε. « Πέρας [73] γὰρ, ἔφη, λαλήσω ἐπὶ ἔθνη καὶ βασιλείας τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι καὶ καταφυτεύεσθαι. » Καὶ ἐὰν στραφὲν τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ποιήσῃ πονηρὰ, οὐ μὴ ἐπαγάγω ἐπ' αὐτὸ τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐλάλησα.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

[74] Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἐπηγγείλατο ταῦτα· ἐπειδὴ δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐλύττησαν, καὶ καθ' ἑαυτῶν τὴν δίκην ἐκίνησαν, ἐντεῦθεν ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνει προφητείαν, ἧς ἐδέξατο τὴν ἐνέργειαν ἐν τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας. Οὗτος δὲ ἦν

reliquiæ salvæ fient [s]. » Ambæ igitur prophetiæ continent veritatem. Non enim « Omnes qui nati sunt ex Israele, ii sunt Israelitæ: sed qui Deo crediderunt, et prædicationem salutarem amplexi sunt [t]. » Ex quibus et per quos Ecclesia per universam terram consistit.

VERS. 37. *Hæc dicit Dominus: Si exaltatum fuerit cœlum sursum, et si terra depressa fuerit in solum deorsum, et ego reprobabo domum Israel, dicit Dominus.* Qua ratione, ait, fieri non potest, ut vel cœlum sublimius sit, vel terra inferior: ita plane impossibile est rejici Israelem.

VERS. 38. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et ædificabitur civitas Domino, ab Ananiel usque ad portam anguli.* **552** Syrus sic habet: « A turre anguli Ananiel. »

VERS. 39. *Et excurret adhuc funiculus dimensionis ejus a conspectu eorum usque ad collem Gareb.* Refert nomina locorum quæ sunt in circuitu civitatis. « Et per circuitum ædificabitur ex electis lapidibus, » id est, magnis et validis.

VERS. 40. *Et usque ad omnem convallem Phagarim et ad Spodiam. Et ad universam Asarimoth, usque ad torrentem Cedron: usque ad portam anguli equorum Orientis, erit Sanctuarium Domino.* Σποδίαν appellat locum in quem projiciebantur cineres sacrificiorum: φαγαρὶμ autem, loca sacrificandis carnibus destinata. Postquam autem supra dixit circuitum urbis, nunc divini templi ambitum demonstrat. « Et non evelletur, et non destruetur ultra in sæculum. » Ambiguitatem istorum verborum supra dissolvit. « Ad summam, inquit, loquar super gentem et regna ad ædificandum et plantandum [u]. » Quod si gens illa conversa perpetraverit mala, non adducam illi ea quæ dixi prospera.

CAPUT XXXII. (Græc. XXXIX.)

[1] Hæc igitur hoc etiam in loco pollicitus est. Sed quoniam adversus Deum **553** et Salvatorem nostrum insanierunt, et in seipsos judicium provocarunt, transit hinc ad aliam prophetiam, quam nactus est regni Sedeciæ anno decimo, qui erat

[s] Isa. x, 22; coll. Osee I, 10. [t] Rom. IX, 6. [u] Cap. XVIII, 9, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[54] ὡσεί. Supra, l. c., erat ὡς. Alibi ὡς ἡ. [55] Τάδε κ. τ. λ. Aliter apud O' leg. [56] ἐὰν μετέωρα. *Hebr.* Si mensurari potuerint cœli, sursum. [57] καὶ — κάτω. *Hebr.* aut, si pervestigari potuerint fundamenta terræ, deorsum. [58] Apud O' præm. οὐκ, sed minus bene. [59] Κύρ. Apud O' sequitur, περὶ πάντων ὧν ἐποίησαν. [60] ἀπό. Apud O' sequitur, πύργου. [61] Καὶ διεξ. κ. τ. λ. Aliter hic vers. leg. apud LXX. [62] ἔτι τὸ σχοιν. B ἔτι ἐλπὶς τὸ σχοινίον. [63] ἀπ. αὐτ. *Hebr.* e regione ejus. [64] ἕως. *Hebr.* e regione. [65] καὶ — λίθων. *Hebr.* et vertet sese versus Goah. [66] καὶ — Σποδ. Hæc ad initium vers. 40, juxta Hebr. pertinent, desumpta autem apud LXX, ex Theodot., ut videtur, desumpta. [67] Montf. in Hexapl. ad h. l. habet Σποδείαν. Idem in notis ad h. l. aliam Nostro affingit lectionem, eamdem scilicet quam h. l. habet edit. Compl. [68] Καὶ πᾶσαν κ. τ. λ. Aliter οἱ O'. [69] ἕως — ἀνατ. *Hebr.* usque ad angulum portæ equorum, versus orientem. [70] Κυρ. Apud O' præm. τῷ. [71] τ. κ. Ita ex B restitutum. Sirm. habebat τῶν κύκλῳ. [72] ἐκτ. Ita Compl. Rec. lectio est ἐκλίπῃ. [73] πέρας — ἐλάλησα. De loco illo vide supra, p. 500, schol. 15. [74] Vers. 1, et initium vers. 2, infra, ad Dan. III, 98. ita leg.: Ὁ λόγος ὁ γενόμενος παρὰ Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ δεκάτῳ Σεδεκίου βασιλέως Ἰούδα· οὗτος ἐνιαυτὸς ὀκτωκαιδέκατος τῷ Ναβουχοδονόσορ τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. Καὶ δύναμις βασιλέως Βαβυλῶνος ἐχαράκωσεν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Digitized by Google

annus decimus octavus Nabuchodonosoris regis Babylonis. [2-6] Tunc autem obsidebatur ab eo civitas, propheta vero habitabat in carcere in quem conjectus fuerat a rege Sedecia, eo quod urbem capiendam, et regem populumque in servitutem redigendum prædixerat. Ideo inquit, « habitabat in carcere. » [7-11.] Præcipitur ei nihilominus a Deo, ut emat agrum fratris sui. « Tibi enim, ait, competit emptio, tanquam cognatione propinquiori. » Venit autem ad me qui agrum vendebat, et emi, prout jussus sum, et accepi hac de re syngraphum, omnibus præsentibus, tam venditore quam testibus. Et hanc dedit Baruche, dicens Deum præcepisse ut in vase fictili reconderetur, quo perduraret in multos dies. [12-14] Istud porro Deus mandavit fieri, ut rebus quoque ipsis persuaderet populo, eos vere e captivitate revocandos esse, terramque paternam recepturos. Hoc enim ait et propheta :

VERS. 5, 6. *Hæc dicit Adonai Dominus : Hæc Hierosolyma, in medio gentium posui eam, et regiones in circuitu ejus; et dices : Mutavit justificationes meas in iniquitatem, ex gentibus quæ sunt in circuitu ejus. Quia justificationes meas repulerunt, et in legitimis meis non ambulaverunt.* Universorum Deus gentem Judæorum elegit, per quos omnes homines beneficio volebat afficere. Idcirco legem ipsis, quæ ab omnibus eos distingueret, dedit, ut hoc quoque modo illustriores fierent. Concessit etiam ad habitandum locum, orbis terrarum umbilicum, ad orientem et aquilonem Asiam habentem, ad occidentem Europam secum per mare conjunctam : ab austro Libyam. In has * enim tres quoque partes Noe filii orbem terrarum diviserunt. « Posui igitur Hierosolymam, inquit Deus, in medio gentium, » ut illæ ab hac utilitatem capiant, et omnem pietatem et verum legis cultum discant. Sed ipsa plane contraria fecit. Neque enim tantum legem sibi a me datam cum ipsis non communicavit, sed etiam illorum impietatis ipsa particeps **718** facta est.

VERS. 7, 8. *Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Propterea quod forma vestra est ex gentibus quæ sunt in circuitu vestro, et in legitimis meis non ambulastis, et justificationes meas non fecistis, sed neque secundum justificationes gentium quæ sunt in circuitu vestro fecistis. Idcirco hæc dicit Adonai*

γ', δ'. *Καὶ λήψῃ*, φησὶν, *ἐκεῖθεν ὀλίγους ἐν ἀριθμῷ, καὶ συμπεριλήψῃ αὐτοὺς τῇ ἀναβολῇ σου. Καὶ ἐκ τούτων λήψῃ ἔτι, καὶ ῥίψεις αὐτοὺς ἐν μέσῳ* [85] *τοῦ πυρὸς, καὶ κατακαύσεις αὐτοὺς ἐν πυρὶ· ἐξ αὐτοῦ* [86] *ἐξελεύσεται πῦρ εἰς* [87] *πάντα οἶκον Ἰσραήλ.* Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ὑπολειφθέντας, οὓς Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος κατέλιπε μετὰ Γοδολίου, οἳ πάλιν διαφόρως κατηναλώθησαν· νῦν μὲν ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμενοι, νῦν δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀποδιδράσκοντες, καὶ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἀφιστάμενοι. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ἡ τοῦ Ἱερεμίου προφητεία διδάσκει. Τὸ δὲ, « Ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται πῦρ εἰς πάντα οἶκον Ἰσραὴλ, » αἰνίττεται μὲν καὶ τὴν τότε γενομένην ἀγανάκτησιν τοῦ Βαβυλωνίου, καὶ τὸν ἐπενεχθέντα αὐτοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ὄλεθρον· προσημαίνει δὲ καὶ τὰς μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς γενομένας στάσεις, δι' ἃς ταῖς μυρίαις ἐκείναις περιέπεσον συμφοραῖς. Διαφερόντως δὲ προαγορεύει τὴν κατὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μανίαν, καὶ τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν γενομένην αὐτῶν πανωλεθρίαν, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διασποράν. Ταῦτα, φησὶ, ποιήσας, εἰπὲ καὶ τῆς τιμωρίας τὰς αἰτίας.

ε', ς'. *Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Αὕτη Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, καὶ τὰς κύκλῳ αὐτῆς χώρας· καὶ ἐρεῖς, ἠλλαξε* [88] *τὰ δικαιώματά μου εἰς* [89] *ἀνομίαν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς. Διότι τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο αὐτὰ* [90], *καὶ ἐν τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς.* Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ Ἰουδαίων ἐξελέξατο ἔθνος, διὰ τούτων ἅπαντας ἀνθρώπους εὐεργετῆσαι βουλόμενος· διὸ καὶ νόμον αὐτοῖς ἀπὸ πάντων αὐτοὺς διορίζοντα δέδωκεν, ἵνα κἀντεῦθεν τὸ ἐπίσημον ἔχωσιν· ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ τόπον εἰς οἰκητήριον τῆς οἰκουμένης τὰ μέσα· πρὸς ἕω μὲν γὰρ καὶ ἄρκτον τὴν Ἀσίαν εἶχον, πρὸς ἑσπέραν δὲ τὴν Εὐρώπην διὰ τῆς θαλάσσης συναπτομένην· ἀπὸ δὲ νότου τὴν Λιβύην. Εἰς ταῦτα γὰρ τρία τμήματα καὶ οἱ τοῦ Νῶε παῖδες τὴν οἰκουμένην διεῖλοντο. « Τέθεικα [91] τοίνυν τὴν Ἱερουσαλὴμ, φησὶν ὁ Θεὸς, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν, ἵν' ἐκεῖνοι τὴν ἀπὸ ταύτης ὠφέλειαν ἐλκύσωσιν, καὶ πᾶσαν εὐσέβειαν καὶ εὐνομίαν παρ' αὐτοῖς μεταμάθωσιν· αὕτη δὲ πᾶν τοὐναντίον πεποίηκεν· οὐ γὰρ μόνον αὐτοῖς τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης εὐνομίας οὐ μετέδωκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας μετέλαβε.

ζ', η'. *Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἀνθ' ὧν ἡ* [92] *μορφὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν, ἐν* [93] *τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐποιήσατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν οὐκ ἐποιήσατε* [94]. *Διὰ τοῦτο τάδε λέγει*

VARIÆ LECTIONES.

[85] Rec. lectio εἰς μέσον. [86] A et B αὐτῆς juxta rec. lect. [87] εἰς — Ἰσρ. Ita juxta Hebr. leg. etiam in Ald., sed rec. lectio est, καὶ ἐρεῖς παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ. [88] ἤλλαξε. Des. apud LXX, qui vers. 6, incipiunt a verbis illis, Καὶ ἐρεῖς. [89] εἰς κύκλῳ αὐτ. Rec. lectio est, τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς. Utraque lectio ab Hebr. recedit. [90] αὐτά. Des. apud LXX. [91] Ed. prior hab. τέθεικα. [92] ἡ—ἐθνῶν. *Hebr.* multiplicatis (scelera vestra) magis quam gentes, etc. [93] ἐν. B præm. καί. [94] B οὐ πεποιήκατε.

Digitized by Google

Ἀδωναὶ Κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, καὶ ποιήσω ἐν μέσῳ σου κρῖμα ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ γὰρ[93] τὸν τῶν ἐθνῶν ἀνεμάξασθε χαρακτῆρα, καὶ τοῖς ἐκείνων ἐπιτηδεύμασιν ἐνεφύρητε, καὶ τὰ ἐμὰ δικαιώματά τε καὶ νόμιμα διεπτύσατε, ὑπερβολῇ δὲ παρανομίας χρώμενοι ὑπερηκοντίσατε τῇ δυσσεβείᾳ τὰ ἔθνη, παρ' ὧν ταύτην ἐμάθετε· τούτου χάριν προφανῶς σοι δικάσω, τῶν ἐθνῶν θεωρούντων τὸ δικαστήριον, καὶ τῆς δίκης ἀκροωμένων· ἵν' ἐπειδὴ διὰ τῆς σῆς οὐκ ὠφελήθησαν εὐνομίας, διὰ γοῦν τῆς τιμωρίας ἐλκύσωσιν ὠφέλειαν.

Dominus : Ecce ego super te, et faciam in medio tui judicium in conspectu gentium. Quia enim gentium formam expressistis, et earum institutis perfusi mea judicia et leges aversati estis, et propter iniquitatis exsuperantiam impietate gentes ipsas vicistis, a quibus eam didicistis : hac de causa aperte judicabo te, inspectantibus judicium gentibus, et pœnas audientibus, ut quæ nullam a tua æquitate utilitatem percepere, aliquam saltem percipiant a tuo supplicio.

Θ'. Καὶ ποιήσω ἐν σοὶ ἃ οὐ πεποίηκα, καὶ οὐ μὴ ποιήσω ὅμοια αὐτοῖς ἔτι διὰ[96] πάντα τὰ βδελύγματά σου. Εἶτα διδάσκει, τίνα τὰ ἠπειλημένα.

VERS. 9. *Et faciam in te quæ non feci, et non faciam similia ipsis amplius, propter omnes abominationes tuas.* Deinde docet quænam sint ea quæ minatus est.

ι'. Διὰ τοῦτο πατέρες φάγονται τέκνα ἀναμέσον[97] σου, καὶ τέκνα φάγονται πατέρας. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ Βαβυλωνίων, καὶ ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιορκίᾳ γεγένηται, τῆς ὑπερβολῆς τοῦ λιμοῦ τὴν ἀνοσιουργίαν[98] ἐργασαμένης. « Καὶ ποιήσω ἐν σοὶ κρίματα. » Τουτέστι, δικαίως σοι δικάσω. « Καὶ διασπερῶ[99] πάντας τοὺς καταλοίπους σου εἰς πάντα ἄνεμον. » Οὐ δεῖται ἑρμηνείας λόγος[1], τῶν πραγμάτων βοώντων.

VERS. 10. *Ideo patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres.* Hoc accidit in obsidione et Babyloniorum et Romanorum, incredibili vi famis ad hoc nefarium facinus impellente. « Et faciam in te judicia. » Hoc est, justo judicio te condemnabo. « Et dispergam omnes reliquos tuos in omnem ventum » Non indiget interpretatione oratio, cum ipsæ res clament.

ια'. Διὰ τοῦτο, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος, ἢ μὴν ἀνθ' ὧν τὰ ἁγιά μου ἐμίανας ἐν πᾶσι τοῖς προσοχθίσμασί σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμασί σου, κἀγὼ ἀπώσομαί[2] σε. Ἅγια καλεῖ οὐ μόνον τὰ νόμιμα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀφορισθέντα αὐτῷ ναὸν, ὃν τῇ τῶν εἰδώλων ἐβεβήλωσαν στάσει· *προσοχθίσματα* δὲ καὶ *βδελύγματα*, τὰ εἴδωλα ὀνομάζει, *βδελύγματα* μὲν ὡς βδελυγμίας μεστὰ, *προσοχθίσματα* τὰ[3] ἀηδίας πάσης ἀνάμεστα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑπὸ τῆς Ῥεβέκκας λεγόμενον· « Προσώχθικα τῇ ψυχῇ[4] μου διὰ τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων[5], εἰ λήψεται Ἰακὼβ ὁ υἱός μου ἐξ αὐτῶν γυναῖκα, ἵνατί μοι ζῇ; » τουτέστι, Βδελύττομαι σφόδρα τὰς θυγατέρας τῶν Χαναναίων. Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Δαβὶδ, « Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· τουτέστιν, Ἐβδελυξάμην. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ παρανόμου, φησὶν ὁ αὐτὸς προφήτης· « Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε », τουτέστιν, οὐκ ἐβδελύξατο τὴν κακίαν. « Οὐ φείσεται ὀφθαλμός[6] μου, καὶ[7] οὐκ ἐλεήσω ἐγώ. » Τοσαύτη ἡ τῆς παρανομίας ὑπερβολὴ, ὅτι ὁ ἐλεήμων ἐλεεῖν οὐκ ἀνέχεται, καὶ ὁ φιλάνθρωπος τῶν κολαζομένων οὐ φείδεται. Εἶτα διηγεῖται τὰ ἤδη ἡρμηνευμένα, ὅπως λιμῷ μὲν παραδώσει τὸ τέταρτον, καὶ θανάτῳ πάλιν τὴν ἄλλην μοῖραν· εἶτα τὴν ἄλλην τῇ διὰ τοῦ πολέμου σφαγῇ, καὶ τὸ λειπόμενον τέταρτον αἰχμαλωσίᾳ, τῆς τιμωρίας πάλιν καὶ τούτοις ἀκολουθούσης. Καὶ ἐπάγει·

VERS. 11. *Idcirco, Vivo* **719** *ego, dicit Adonai Dominus, profecto, eo quod sancta mea polluisti omnibus offensionibus tuis et omnibus abominationibus tuis, etiam ego repellam te. Sancta* vocat, non solum præcepta legis, sed etiam dedicatum sibi templum, quod idolis in eo collocatis polluerunt; *offensiones* autem et *abominationes*, idola nuncupat : *abominationes* quidem, ut abominationis plena; *offensiones*, ut omni referta injucunditate. Huic simile est illud, quod a Rebecca dicitur : « Odio prosequitur anima mea filias Chananæorum : si duxerit Jacob filius meus ex ipsis uxorem, [*] quid juvat me vivere] ? » hoc est, valde abominor filias Chananæorum. Et rursus Deus per Davidem : « Ideo offensus fui generationi illi, et dixi : Semper errant corde [k], » hoc est, aversatus sum. Et de iniquo idem Propheta ait : « Malitiam autem non odivit [l], » id est, non abominatus est malitiam. « Non parcet oculus meus, et non miserebor ego. » Tanta est iniquitatis exsuperantia, ut misericors misereri minime sustineat, et clemens a pœnis reorum non abstineat [12] Deinde quæ jam interpretati sumus enarrat, quemadmodum fame quartam partem unam, et aliam morte (id est peste) ; tum aliam belli cæde consumpturus, reliquam partem quartam captivitati traditurus sit, pœnis rursus eos quoque persequentibus. Et subjicit :

i Gen. xxvii, 46. [k] Psal. xciv, 10. [l] Psal. xxxv, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[93] γάρ. B add. φησί. [96] διά. Rec. lectio κατά. [97] ἀναμ. B ἐν μέσῳ, juxta rec. lect. [98] ἀνοσ. Ita ex B emendata est lectio Sirm. ἐργασίαν. [99] Rec. lectio est, διασκορπιῶ. [1] λόγ. B præm. ὁ. [2] ἀπώσ. *Hebr.* exscindam te. [3] τά. B præm. δέ. [4] ψυχ. Rec. lectio loco cit. est, ζωῇ. [5] Χαν. Rec. lectio loco cit. est, υἱῶν Χέτ. Aliter etiam reliqua se habent loco cit. [6] ὀφθαλμ. B. præm. ὁ. [7] καί. B καίγε.

Digitized by Google

VERS. 13. *Et complebitur furor meus, et ira mea super eos,* **720** *et consolabor, et cognoscent quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum complevero iram meam super eos.* Expers affectionis Numen est, et ab ira prorsus vacuum. Utitur autem humanis nominibus, ita appellans ea quæ fiunt, cum homines puniuntur. Illud vero, « complebitur ira mea super ipsos, » idem significat ac finem habebit. Cumque experientia docti didicerint ipsi, me Deum esse ac Dominum, qui aversatus eorum scelera supplicia intuli, consolabor. Hoc enim consilio pœnas irrogavi.

VERS. 14. *Et ponam te in desertum, et in opprobrium iis, qui sunt in circuitu tuo.* Hoc quoque sufficiens est ad acerbe eam excruciandum, si finitima loca incolentes, et continenter bellantes, irrideant, et ejus illudant solitudini. « Et filias quæ sunt in circuitu tuo in conspectu omnis prætereuntis. » Filias vocat subjectas urbes et regiones.

VERS. 15. *Et eris suspirii plena, manifesta disciplina, et desolationibus, et filiæ tuæ in circuitu tuo in gentibus, quæ sunt in circuitu tuo.* Insignem, inquit, te malis faciam : ita ut omnes qui audierint et tuum et subjectarum tibi urbium pagorumque interitum, suspirent ac lugeant. « Cum fecero ego in te judicia in ira et furore, in ultione furoris et increpationibus. » Deinde vacare mendacio, quæ dicta sunt, ostendens :

VERS. 16. *Ego Dominus*, inquit, *locutus sum.* Est enim personæ declaratio sufficiens **721** ad veritatem ostendendam.

Cum misero ego sagittas meas famis super eos, et erunt in defectionem : et mittam eas, ut corrumpam vos, et famem congregabo, et conteram firmamentum panis tui. (VERS. 17.) *Et emittam in te gladium, et bestias malas, et puniam te ; et mors et sanguis transibit super te, et gladium inducam super te in circuitu : ego Dominus locutus sum.* Eadem sæpius dicit deterrere cupiens audientes, ut miserabilium malorum metu ad veram pietatem eos traducat, et ne cogatur in illis edere exemplum eorum quæ minatur. *Bestias* vero *malas*, crudelissimos Chaldæos appellavit, instar bestiarum sanguinis cupidarum invadentes, et alios occidentes, alios vivos capientes, alios bello captos in servitutem abducentes.

CAPUT VI.

VERS. 1, 2. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis, firma faciem tuam ad montes Israelis, et propheta ad eos, et dices.* Montes non

ιγ'. *Καὶ συντελεσθήσεται ὁ θυμός μου, καὶ ἡ ὀργή μου ἐπ' αὐτούς, καὶ παρακληθήσομαι, καὶ ἐπιγνώσονται* [8], *διότι ἐγὼ Κύριος λελάληκα ἐν τῷ ζήλῳ μου, ἐν τῷ συντελέσαι με τὴν ὀργήν μου ἐπ' αὐτούς.* Ἀπαθὲς τὸ Θεῖον, καὶ παντελῶς ἀόργητον, τοῖς δὲ ἀνθρωπίνοις ὀνόμασι κέχρηται, τὰς τιμωρητικὰς ἐνεργείας οὕτω προσαγορεύων. Τὸ δὲ, « Συντελεσθήσεται ἡ ὀργή μου ἐπ' αὐτούς », ἀντὶ τοῦ, πέρας λήψεται. Μαθόντων δὲ αὐτῶν διὰ τῆς πείρας, ὅτι Θεός εἰμι, καὶ Δεσπότης [9], ὅτι τὴν παρανομίαν αὐτῶν βδελυξάμενος τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγον, παρακληθήσομαι · ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ τὰς κολάσεις ἐπήγαγον.

ιδ'. *Καὶ θήσομαί σε εἰς ἔρημον, καὶ* [10] *εἰς ὄνειδος* [11] *τοῖς κύκλῳ σου.* Ἱκανὸν καὶ τοῦτο πικρῶς ἀνιᾶσαι, τὸ τοὺς ἐκ γειτόνων οἰκοῦντας, καὶ διηνεκῶς ἐκπεπολεμωμένους, ἐπιγελᾶν [12], καὶ τῇ ἐρημίᾳ ἐπενθρυφᾶν. « Καὶ τὰς θυγατέρας [13] τὰς κύκλῳ σου ἐνώπιον παντὸς διοδεύοντος. » *Θυγατέρας* καλεῖ τὰς ὑποκειμένας πόλεις καὶ κώμας.

ιε'. *Καὶ* [14] *ἔσῃ στενακτὴ, καὶ δήλη παιδείᾳ καὶ ἀφωρισμοῖς, καὶ αἱ θυγατέρες σου κύκλῳ σου ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου.* Ἐπίσημόν σε, φησὶν [15], ἐν τοῖς κακοῖς ποιήσω, ὥστε πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν ἀφανισμόν σου, καὶ τῶν ὑποκειμένων σοι πόλεων καὶ κωμῶν, στένειν καὶ ὀδύρεσθαι. « Ἐν τῷ ποιῆσαί με ἐν σοὶ κρίματα ἐν ὀργῇ καὶ ἐν θυμῷ, ἐν ἐκδικήσει θυμοῦ, καὶ ἐλέγχοις. » Εἶτα τὸ ἀψευδὲς δεικνὺς [16] τῶν εἰρημένων,

ις'. *Ἐγὼ* [17] *Κύριος*, φησὶ [18], *λελάληκα.* Ἱκανὴ γὰρ ἡ τοῦ προσώπου δήλωσις τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι.

Ἐν τῷ [19] *ἐξαποστεῖλαί με τὰς βολίδας μου τοῦ λιμοῦ ἐπ' αὐτούς, καὶ ἔσονται εἰς ἔκλειψιν· καὶ ἀποστελῶ αὐτὰς διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συντάξω, καὶ συντρίψω στήριγμα ἄρτου σου.* (ιζ') *Καὶ ἐξαποστελῶ ἐπὶ σὲ ῥομφαίαν, καὶ θηρία πονηρὰ, καὶ τιμωρήσομαί σε, καὶ θάνατος καὶ αἷμα διελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ ῥομφαίαν ἐπάξω ἐπὶ σὲ κυκλόθεν· ἐγὼ Κύριος λελάληκα.* Τὰ αὐτὰ πολλάκις λέγει, δεδίξασθαι βουλόμενος τοὺς ἀκούοντας, ἵνα τῷ φόβῳ τῶν ἀλγεινῶν εἰς εὐσέβειαν μεταβάλῃ, καὶ τῆς ἀπειλῆς μὴ ἐπαγάγῃ τὴν πεῖραν. *Θηρία* δὲ *πονηρὰ* τοὺς ὠμοτάτους Χαλδαίους ὠνόμασεν, δίκην θηρίων ὠμοβόρων ἐπιόντας, καὶ τοὺς μὲν κατασφάττοντας, τοὺς δὲ ζωγροῦντας καὶ δορυαλώτους λαμβάνοντας.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

α', β'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με λέγων · Υἱὲ ἀνθρώπου, στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὰ ὄρη Ἰσραὴλ, καὶ προφήτευσον ἐπ' αὐτὰ,*

VARIÆ LECTIONES.

[8] Rec. lectio est, ἐπιγνώσῃ. [9] Ex B suppl. [10] καὶ — κύκλῳ σου. Des. apud LXX, præter Ald. [11] ὀν. τ. κ. σου. A ὀνειδισμὸν τοῖς ἔθνεσιν τοῖς κύκλῳ σου. Ita quoque Ald. [12] B ἐπεγγελᾶν. [13] τὰς θυγατ. A best ab Hebr. [14] Aliæ sunt lectiones hujus vers. apud LXX. [15] B φησὶ. σέ. [16] δεικν. Des. in B. [17] Ἐγὼ Κύρ. λελ. Hæc juxta LXX et Hebr. pertinent ad vers. 15. [18] φησί. Des. in B. [19] ἐν τῷ, κ. τ. λ. Aliter apud LXX leg. vers. 16 et 17.

Digitized by Google

καὶ ἐρεῖς [20]. Οὐ λογικὰ τὰ ὄρη, οὔτε μὴν ἔμψυχα, ἀλλὰ καὶ ἀναίσθητα· εἰς ἔλεγχον δὲ τῶν λογικῶν τοῖς ἀψύχοις προσδιαλέγεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ τοὺς λόγους ἐποιήσατο.

A sunt ratione prædita, neque animata, quin etiam sensu carent: cum rebus tamen inanimatis colloquitur, ut ratione præditos magis coarguat. Ita etiam, regnante Jeroboamo, ad altare vir Dei verba fecit [m].

γ', ὅ. *Τὰ* [21] *ὄρη Ἰσραὴλ ἀκούσατε τὸν λόγον Ἀδωναῖ Κυρίου· τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς βουνοῖς, καὶ ταῖς ῥάπαις, καὶ ταῖς φάραγξιν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐφ' ὑμᾶς ῥομφαίαν, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τὰ ὑψηλὰ ὑμῶν. Καὶ ἀφανισθήσεται* [22] *τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται* [23] *τὰ τεμένη ὑμῶν, καὶ καταβαλῶ τραυματίας ὑμῶν ἐνώπιον τῶν εἰδώλων ὑμῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τούτοις πᾶσι τοῖς χωρίοις βωμοὺς ταῖς εἰδώλοις ἀνήγειραν, ἀναγκαίως πρωλέγει τὴν ἐσομένην τῶν πολεμίων ἔφοδον, καὶ τὰς πανταχοῦ γενησομένας σφαγὰς, καὶ τῶν εἰδωλικῶν τεμενῶν τὴν ἐκπόρθησιν.

Vers. 3, 4. *Montes Israelis, audite verbum Adonai Domini. Hæc dicit Adonai Dominus montibus, et collibus, et rupibus, et vallibus: Ecce ego adduco super vos gladium, et exterminabuntur excelsa vestra.* **722** *Et delebuntur altaria vestra, et conterentur delubra vestra, et dejiciam vulneratos vestros in conspectu idolorum vestrorum.* Cum enim in omnibus his locis aras erexissent idolis, apposite prædicit futurum hostium incursum, et cædes ubique patrandas, et templorum in quibus idola colebantur, demolitionem.

ε', ς'. *Καὶ* [24] *δώσω τὰ πτώματα υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον εἰδώλων* [25] *αὐτῶν, καὶ διασκορπιῶ τὰ ὀστᾶ ὑμῶν κύκλῳ τῶν θυσιαστηρίων ὑμῶν· ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ ὑμῶν.* Ἀπὸ τῶν ἀψύχων μετήγαγεν ἐπὶ τοὺς λογικοὺς τὸν λόγον, καὶ ἀπειλεῖ, ὅτι [26] νεκρῶν πληρώσει τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, καὶ ἀνθρωπείων ὀστέων τὰ τῶν δαιμόνων θυσιαστήρια, διδάσκων διὰ τῆς τιμωρίας, ὡς οὐδὲν ἀπώναντο τῆς τῶν δαιμόνων θεραπείας, οὐδὲ μὴν ἐπικουρίας τινὸς ἐν ταῖς ἐπενεχθείσαις συμφοραῖς παρ' ἐκείνων ἀπήλαυσαν. « Καὶ αἱ πόλεις ἐξερημωθήσονται, καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀφανισθήσονται [27], ὅπως ἐξολοθρευθῇ τε καὶ πλημμελήσῃ [28] τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται. » Τὸ δὲ *πλημμελήσῃ, ἐρημιωθήσῃ* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε. « Καὶ [29] καταπαύσῃ τὰ εἴδωλα ὑμῶν, καὶ ἐξαρθῇ τὰ τεμένη ὑμῶν, καὶ ἐξαλειφθῇ [30] τὰ ἔργα ὑμῶν. » Ἔδειξε τῆς τιμωρίας τὰς αἰτίας· ἰατρικῶς γὰρ ὁ φιλάνθρωπος κολάζει Δεσπότης, ἵνα παύσῃ τῆς ἀσεβείας τὸν δρόμον· ταῦτα γὰρ πάντα, φησὶ, ποιῶ, καὶ τὴν ἐρημίαν ἐπάξω, ἵνα σβέσω τὴν περὶ τὰ εἴδωλα μανίαν τε καὶ λύτταν.

Vers. 5, 6. *Et dabo cadavera filiorum Israelis coram idolis eorum, et dispergam ossa vestra in circuitu altarium vestrorum, in omni habitatione vestra.* Ab inanimatis ad ratione præditos convertit orationem, minaturque se cadaveribus impleturum esse idolorum delubra et humanis ossibus dæmonum aras, docens ipso supplicio, nihil eis dæmonum profuisse cultum, neque eos opem aliquam aut auxilium in calamitatibus suis ab illis accepisse. « Et urbes desolabuntur, et excelsa delebuntur, ut exterminentur et destruantur altaria vestra, et conterantur. » Pro *destruantur* Symmachus interpretatus est *desolentur*. « Et cessent idola vestra, et auferantur delubra vestra, et deleantur opera vestra. » Ostendit pœnarum causas: clemens enim Dominus ita punit, ut medici more sanitatis habeat rationem, ut comprimat impietatis licentiam. Hæc enim omnia, inquit, facio, et solitudinem inducam, ut insaniam et rabiem, qua excitati estis ad idola colenda, exstinguam.

ζ'. *Καὶ πεσοῦνται τραυματίαι ὑμῶν ἐν μέσῳ ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Ὥστε ἡ τιμωρία διδάσκαλος [31] θεογνωσίας· διὸ καὶ ὁ μακάριος ἔλεγε Δαβὶδ, « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου, »

Vers. 7. *Et cadent vulnerati vestri in* **723** *medio vestri, et cognoscetis me esse Dominum.* Quamobrem pœna divinæ cognitionis est magistra. Idcirco etiam beatus David dicebat: « Bonum mihi, quod humiliaveris me, ut discam justificationes tuas [n]. »

τ'. *Καὶ ὑπολείψομαι, τοῦ* [32] *γενέσθαι ἐξ ὑμῶν διασωζόμενον* [33] *ἐκ ῥομφαίας ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐν τῷ διασκορπισμῷ ὑμῶν ἐν ταῖς χώραις.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, « Γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος, » ἀναγκαίως δείκνυσι τοὺς ὠφεληθησομένους· οἱ [34] γὰρ ἐκ τῆς

Vers. 8. *Et relinquam aliquos, ut sit ex vobis salvatus a gladio in gentibus, in dissipatione vestra in regionibus.* Quia dixit, « cognoscetis me esse Dominum, » convenienter ostendit eos qui percepturi sint utilitatem. Nam qui ex captivitate fuerint dis-

[m] III Reg. XIII, 2. [n] Psal. CXVIII, 71.

VARIÆ LECTIONES.

[20] καὶ ἐρεῖς. Hæc ad vers. 3 pertinent juxta Hebr. et LXX. [21] Τὰ — Κυρίου. Des. in B. [22] ἀφαν. Rec. lectio συντριβήσονται. [23] συντρ. Des. apud LXX. [24] Καὶ αὐτῶν. Ita Alex. cum quo consentiunt A et B. [25] εἰδ. A et B præm. τῶν. [26] ὅτι νεκρ. πλ. B νεκρῶν πλῆρώσειν. [27] B ἀφανισθήσεται. [28] τε καὶ πλημμ. Des. apud LXX. [29] καὶ — ἔργα ὑμῶν. Aliter οἱ LXX. [30] A ἐξαλειφθῶσιν. [31] διδάσκ. In B ponitur post θεογνωσίας. [32] τοῦ. Rec. lectio ἐν τῷ. [33] Rec. lectio ἀνασωζυμένους. [34] οἱ. Ita B, sed edit. prior hab. οὐ.

Digitized by Google

spersi, ex pœnis utilitatem percipient. Idcirco subjicit :

VERS. 9. *Et recordabuntur mei salvati ex vobis, quo captivi ducti fuerint.* Utilis igitur est quæ a Deo adhibetur disciplina ; pœnitentiæ enim est mater.

Juravi enim cordi eorum fornicanti, recedenti a me, et oculis eorum fornicantibus post instituta ipsorum, fore ut plorent ante faciem suam ob mala, quæ fecerunt in omnibus abominationibus suis. (VERS. 10.) *Et cognoscent me Dominum non gratis locutum esse, ut facerem (eis) omnia mala hæc.* Sine ulla dubitatione, inquit, eos pœnitebit, quod a me deficientes idolorum cultum amplexi fuerint (hoc enim isto in loco *fornicationem* vocavit), et ipsa experientia discent se neque injuste, neque sine utilitate hujuscemodi suppliciis a me affici. Impietas enim justitiam ostendit, **724** utilitatem pœnitentia.

αἰχμαλωσίας διασπαρέντες, ἐκ τῆς τιμωρίας τὴν ὠφέλειαν καρπώσονται. Διὸ ἐπάγει·

θ'. *Καὶ μνησθήσονταί μου οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ ὑμῶν, οὗ* [35] *ἠχμαλωτεύθησαν ἐκεῖ.* Χρήσιμος τοίνυν ἡ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερομένη παιδεία· μεταμελείας γὰρ μήτηρ.

Ὁμώμοκα γὰρ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν τῇ ἐκπορνευούσῃ, τῇ ἀποστάσῃ [36] *ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν τοῖς ἐκπορνεύουσιν ὀπίσω τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, ὅτι* [37] *κλαύσονται κατὰ πρόσωπον ἑαυτῶν περὶ τῶν κακῶν, ὧν ἐποίησαν ἐν πᾶσι τοῖς βδελύγμασιν αὐτῶν.* (ι'.) *Καὶ ἐπιγνώσονται, διότι ἐγὼ Κύριος οὐκ* [38] *εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι* [39] *ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα.* Ἀναντίῤῥητος, φησὶν, ἔσται αὐτοῖς μετάμελεια, ἐφ' οἷς ἐμὲ μὲν ἐγκατέλιπον, τὴν δὲ τῶν εἰδώλων ἠγάπησαν θεραπείαν· τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα *πορνείαν* ἐκάλεσε· καὶ μαθήσονται διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, ὡς οὔτε ἀδίκως, οὔτε ἀνωφελῶς ταύταις αὐτοὺς περιέβαλον ταῖς τιμωρίαις· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον ἡ ἀσέβεια δείκνυσι, τὴν δὲ ὠφέλειαν ἡ μεταμέλεια.

VERS. 11. *Hæc dicit Adonai Dominus : Plaudito manu tua, et obstrepito pede tuo. Et dic : Euge, euge, ad omnes abominationes malorum domus Israelis, gladio, et fame, et morte cadent.* Me, inquit, declarante, et sententia decernente omnis generis supplicia, tu, plaude, et lauda sententiæ justitiam. [12, 13] Deinde iisdem rursus prædictis, eos videlicet fame, morte, et hostium cæde interituros esse, et captivos abductum iri, ac fore ut circa aras idolorum cultui dicatas pereant, et in lucis qui ab eis cultui fuerint. « Et sub quercu densa dederunt, inquit, odorem suavitatis omnibus idolis suis. » Ostendit etiam solitudinis terminos.

ια'. *Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Κρότησον τῇ χειρί σου, καὶ ψόφησον τῷ ποδί σου, καὶ εἰπόν, Εὖγε* [40], *εὖγε ἐπὶ πᾶσι τοῖς βδελύγμασι τῶν κακῶν* [41] *οἴκου Ἰσραὴλ, ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ πεσοῦνται.* Ἐμοῦ, φησὶν, ἀποφαινομένου, καὶ καταψηφιζομένου τὰς παντοδαπὰς τιμωρίας, σὺ κρότει, καὶ θαύμαζε τῆς ψήφου τὸ δίκαιον. Εἶτα πάλιν τὰ αὐτὰ προαγορεύσας, ὅπως καὶ λιμῷ, καὶ θανάτῳ, καὶ σφαγῇ πολεμίων, καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοθήσονται, καὶ ὅτι κύκλῳ τῶν εἰδωλικῶν θυσιαστηρίων σφαγήσονται, καὶ ἐν τοῖς ἄλσεσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τιμηθεῖσι. « Καὶ ὑποκάτω [42] δρυὸς [43] δασείας ἔδωκαν, φησὶν, ὀσμὴν εὐωδίας πᾶσι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. » Ὑποδείκνυσι καὶ τῆς ἐρημίας τοὺς ὅρους.

VERS. 14. *Ponam enim terram,* inquit, *in desolationem, et interitum a deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum, et cognoscent me esse Dominum.*

ιδ'. *Θήσομαι* [44] *γὰρ,* φησὶ, *τὴν γῆν εἰς ἀφανισμὸν καὶ βλεθρον ἀπὸ τῆς ἐρήμου τῆς Δεβλαθὰ ἐν πάσαις ταῖς κατοικίαις αὐτῶν, καὶ ἐπιγνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος.*

CAP. VII.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Et sciens crebras calamitatum prædictiones idoneas esse ad molliendos etiam eos qui maxime adversarii sint, rursus aliis verbis futura mala prædicit.

Καὶ εἰδὼς τὴν συνέχειαν τῶν ἀνιαρῶν προῤῥήσεων, καὶ τοὺς λίαν ἀντιτύπους ἀποχρῶσαν μαλάξαι, πάλιν ἑτέρως προλέγει τὰ λυπηρά.

VERS. 1-3. *Factus est enim sermo,* inquit, *Domini ad me dicens. Et tu, fili hominis, hæc dicit Adonai Dominus terræ Israelis : Finis venit, finis venit super quatuor alas terræ. Nunc venit finis, venietque finis* **725** *super te habitantem in terra. Quatuor alas terræ,* non orbis terrarum dicit, sed terræ Israelis, hoc est, res vestræ ad finem pervenere. Ne existimetis

α', γ'. *Ἐγένετο γὰρ,* φησὶ, *λόγος Κυρίου πρός με λέγων· Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου* [45]· *Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τῇ γῇ τοῦ Ἰσραήλ· Πέρας ἥκει, τὸ πέρας ἥκει ἐπὶ τὰς τέσσαρας πτέρυγας τῆς γῆς.* Ἥκει [46] *τὸ πέρας νῦν, καὶ ἤξει τὸ πέρας ἐπὶ σὲ τὸν* [47] *κατοικοῦντα τὴν γῆν. Τέσσαρας δὲ πτέρυγας τῆς γῆς* οὐ τῆς οἰκουμένης λέγει, ἀλλὰ

VARIÆ LECTIONES.

[35] οὗ. Apud LXX præm. ἐν τοῖς ἔθνεσιν. [36] τῇ ἀποστ. Des. in B. [37] ὅτι — βδελ. αὐτ. Aliter οἱ LXX. [38] οὐκ — ταῦτα. Hæc agnoscunt etiam A et B. [39] ποιῆσαι. A add. αὐτοῖς, ut Alex. [40] καὶ εἰπ. εὖγε. Des. in B. [41] τῶν κακῶν. Des. apud LXX. [42] ὑποκ. In edit. pr. sequebatur φησί, quod delevimus, quia post pauca recurrit. [43] δρ. δασ. Ita Ald., sed rec. lectio est δένδρου συσκίου. [44] Θήσομαι, κ. τ. λ. Aliter οἱ LXX. [45] ἀνθρώπ. Apud LXX, sequ. εἰπόν, quod tamen in Compl., imo quoque in A et B des. [46] Ἥκει κ. τ. λ. Ab Hebr. discrepat ordo hujus et sequentium vers. apud LXX, sed Noster tenet ordinem verborum et vers. textus Hebr. (quem etiam A et B sequuntur), additis tamen nonnullis quæ desunt in Hebr. [47] τὸν — γῆν. Des. in Hebr.

Digitized by Google

τῆς τοῦ Ἰσραήλ· ἀντὶ τοῦ, Τέλος τὰ καθ' ὑμᾶς ἔλαβε· μὴ γὰρ δὴ νομίσητε διαφεύξεσθαι τὰ ἠπειλημένα κακὰ, μετανοίᾳ μὴ χρώμενοι· κατὰ πάντων γὰρ ὑμῶν ὄλεθρος χωρήσει. « Καὶ ἐπαποστελῶ ἐγὼ τὸν θυμόν μου ἐπὶ σὲ, καὶ κρινῶ σε κατὰ τὰς ὁδούς σου. » Νῦν καιρὸς εἰπεῖν μετὰ τοῦ μακαρίου Παύλου· « Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· » ἀποδώσει γὰρ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἔφη· « Καὶ κρινῶ σε κατὰ τὰς ὁδούς σου. Καὶ δώσω ἐπὶ σὲ πάντα τὰ βδελύγματά σου, » ἀντὶ τοῦ, Θερίσεις ἃ ἔσπαρκας, καὶ ἀξίας τῶν ἔργων λήψῃ τὰς ἀντιδόσεις.

A enim vos ea mala posse fugere, quæ sum comminatus, nisi resipiscentes pœnitentiam agatis : nam contra vos omnes exitium procedet. « Et immittam ego furorem meum in te, et judicabo te juxta vias tuas. » Nunc tempus est cum beato Paulo dicere : « Horrendum est incidere in manus Dei viventis[o]; » reddet enim « unicuique secundum opera illius[p]. » Illud etiam hic asserit. « Et judicabo te juxta vias tuas. Et dabo super te omnes abominationes tuas, » hoc est, metes quæ sevisti, et digna factis præmia feres.

δ'. *Οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου ἐπὶ σὲ, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω.* Ὅταν γὰρ ἀμετρίᾳ περιπέσωμεν παρανομίας, καὶ εἰς ἀνήκεστον ἐλάσωμεν νόσον, ἀποκλείομεν τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον. « Διότι τὴν ὁδόν σου ἐπὶ σὲ δώσω, καὶ τὰ βδελύγματά σου ἐπὶ σὲ [48] ἔσται, καὶ γνώσῃ ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Μεγίστη τοῖς κολαζομένοις παραψυχὴ τοῦ κολάζοντος Θεοῦ ἡ ἐπίγνωσις.

VERS. 4. *Non parcet oculus meus super te, et non miserebor.* Cum enim ita deliquerimus ut iniquitatis nostræ nullus sit modus, et ad insanabilem B morbum progressi fuerimus, Dei misericordiam excludimus. « Quia viam tuam super te dabo, et abominationes tuæ super te erunt, et cognosces me esse Dominum. » Maxima consolatio iis qui puniuntur est punientis Dei cognitio.

ε'-ζ'. *Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Κακὰ μία, κακὰ ἰδοὺ ἔρχεται. Τὸ πέρας ἦκει, ἦκει τὸ πέρας· ἐξηγέρθη πρὸς σὲ, ἰδοὺ ἦκει τὸ πέρας. Ἦκει ἡ πλοκὴ [49] ἐπὶ σὲ τὸν κατοικοῦντα τὴν γῆν. Ἀῤῥητος ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀπειλεῖ τὰς τιμωρίας, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ τὰς τιμωρίας· ὅταν δὲ μὴ φοβηθῶμεν τὰς ἀπειλὰς, τῇ πείρᾳ δεχόμεθα ταύτας· ὅπερ καὶ οὗτοι πεπόνθασιν, ἀκούσαντες μὲν, ὅτι ἦκει τὸ πέρας, οὐ φοβηθέντες δὲ τὸ πέρας· καλεῖ δὲ κακίαν μίαν τὴν ἐπενεχθεῖσαν πανωλεθρίαν, πλοκὴν [50] δὲ τὰ τῆς ἁμαρτίας δεσμά· « Ταῖς γὰρ σειραῖς, φησὶ, τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται. » Καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει· « Οὐαὶ οἱ ἑπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας αὐτῶν.*

VERS. 5-7. *Hæc dicit Adonai Dominus : Afflictio una, afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis; excitata est adversus te, ecce venit finis. Venit complicatio super te habitantem in terra.* Ineffabilis Dei clementia pœnas minatur, ne pœnas inferat : cum vero non veriti fuerimus minas, tunc experiemur eas. Quod etiam istis accidit, qui, cum audissent finem venire, tamen non veriti sunt finem. Vocat autem *afflictionem unam*, **726** illatam omnibus C perniciem, et *complicationem*, vincula peccati. Catenis enim, inquit, suorum quisque peccatorum obstringitur[q]. » Et Isaias ait : « Væ iis qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo, et quasi jugi loro vitulæ iniquitates suas[r]. »

Ἐρέστηκε, φησὶν, *ὁ καιρὸς, ἤγγικεν ἡ ἡμέρα, οὐ [51] μετὰ θορύβων [52] οὐδὲ μετὰ ὠδίνων.* (η'.) *Νῦν ἐγγύθεν ἐκχεῶ τὴν ὀργήν μου ἐπὶ σέ.* Οὐκ ἔσται, φησὶν, ἀναβολὴ τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ πάρεστι καὶ ἐφέστηκεν ὁ ταύτης καιρός. Εἶτα πάλιν διηγεῖται, ὅπως τῶν οἰκείων ἀδικημάτων τίσουσι τὰς δίκας. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· « Ἡ ῥάβδος ἤνθησε, καὶ ἡ ὕβρις ἐξανέστη [53], καὶ [54] συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. » *Ῥάβδον* δὲ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν ὑπὸ τῆς παρανομίας ἀρδευθεῖσάν τε καὶ ἀνθήσασαν· *ὕβριν* δὲ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀσέβειαν προσηγόρευσεν, ᾗ ἐπὶ πλεῖστον χρώμενοι διετέλεσαν τῆς θείας καταφρονοῦντες μακροθυμίας· Ἀλλ' αὕτη, φησὶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος « ἐξανέστη, καὶ συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. » Διὸ ἐπάγει·

Venit, inquit, *tempus, appropinquavit dies, non cum perturbatione neque cum doloribus.* (VERS. 8.) *Nunc cominus effundam iram meam super te.* Non erit, inquit, pœnarum dilatio, sed adest et advenit ipsarum tempus. [9, 10] Deinde rursus narrat fore ut peccatorum suorum pœnas daturi sint. Et post pauca addit : « Virga floruit, et contumelia surrexit, [11] et conteret firmamentum iniqui. » *Virgam* vero vocavit pœnam ab iniquitate irrigatam D et efflorescentem; *contumeliam* autem impietatem erga Deum appellavit, in qua plurimum temporis degentes, divinam longanimitatem contemnere perseverarunt. Sed ipsa, inquit, in præsenti « surrexit, et conteret firmamentum iniqui. » Idcirco subjicit :

ιβ'-ιγ'. *Ὁ κτώμενος μὴ χαιρέτω, καὶ ὁ πωλῶν μὴ θρηνείτω· διότι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐ-*

VERS. 12, 13. *Qui emit, ne lætetur, et vendens ne lugeat, quia ira in omnem multitudinem ejus. Et*

[o] Hebr. x, 31. [p] Rom. II, 6. [q] Prov. v, 22. [r] Isa. v, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[48] ἐπὶ σέ. *Hebr.* in medio tui. [49] ἡ πλοκή. *Hebr.* properans. [50] B πλοκή. [51] οὐ — ὠδίν. *Hebr.* (dies) tumultus, non autem jubili montium, s. super montibus. [52] B Θορύβου. [53] ἡ ὕβρ. ἐξαν. *Hebr.* germinat superbus. Rec. lectio est ἐξανέστηκεν. [54] Καὶ — ἀνόμου. *Hebr.* Violentia assurrexit, ut sit scipio (s. fulcrum) impietatis.

Digitized by Google

emens ad vendentem non amplius revertetur, scilicet cupiens immutare contractum. Omnes enim in eadem mala incident, æque lugentes ac suspirantes. Verumtamen : « Et adhuc, inquit, in vita vivere ipsorum, quia visio ad omnem multitudinem ejus non revertetur. » **727** Tot enim, inquit, malis eos opprimentibus, tamen ipsi non desperant vivere, neque visio prophetica omnibus ipsis fide videtur digna. Oportebat autem, inquit, eos cognoscere, quod « vir in oculis vitæ suæ non roborabitur, » hoc est, non omnino spes humanas ipsæ res consequuntur, sed sæpe cum vivere aliquis speraverit, contrarium invenit finem.

τῆς. Καὶ ὁ κτώμενος πρὸς πωλοῦντα [55] οὐκέτι μὴ [56] ἐπιστρέψει. Ἀντὶ τοῦ, ἀνατρέψαι βουλόμενος τὸ συμβόλαιον · ἴσως γὰρ ἅπαντες περιπεσοῦνται κακοῖς, ὁμοίως ὀλοφυρόμενοι καὶ στένοντες · ἀλλ' ὅμως φησίν · « Ἔτι [57] ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτῶν, ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς [58] οὐκ ἀνακάμψει. » Τοσούτων γὰρ αὐτοῖς ἐπικειμένων κακῶν οὐκ ἀπαγορεύουσι, φησὶ, τὴν ζωὴν, οὐδὲ ἡ προφητικὴ ὅρασις πιστὴ πᾶσιν αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ · ἔδει δὲ, φησὶν, αὐτοὺς γνῶναι, ὅτι « Ἄνθρωπος [59] ἐν ὀφθαλμοῖς [60] ζωῆς αὐτοῦ οὐ κρατήσει. » Τουτέστιν, οὐ πάντως ταῖς ἀνθρωπίναις ἐλπίσιν ἀκολουθεῖ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐλπίσας τις πολλάκις ζήσεσθαι, ἐναντίον εὗρατο τὸ τέλος.

VERS. 14. *Canite tuba, et judicate omnia, et non est proficiscens ad bellum : quia ira mea in omnem multitudinem ejus.* Quando putatis, inquit, falsa esse quæ a me prædicuntur, tubis vestris utimini, existimate vos omnibus præstantiores esse : at certe nihil id vobis profuturum est : neque enim habebitis, qui possint prælio dimicare, siquidem omnibus communiter omnis generis infero supplicia.

ιδ'. Σαλπίσατε [61] σάλπιγγι [62], καὶ κρίνατε τὰ σύμπαντα, καὶ οὐκ ἔστι πορευόμενος εἰς πόλεμον, ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς [63] πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς. Ἐπειδὴ νομίζετε, φησὶ, ψευδῆ εἶναι τὰ παρ' ἐμοῦ προλεγόμενα, χρήσασθε ταῖς σάλπιγξι ταῖς ὑμετέραις, νομίσατε πάντων εἶναι κρείττους · ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν ὠφεληθήσεσθε · οὐχ ἕξετε γὰρ τοὺς πολεμῆσαι δυναμένους · κοινῇ γὰρ πᾶσι τὴν παντοδαπὴν ἐπιφέρω τιμωρίαν.

VERS. 15. *Bellum et gladius foris, et fames, et mors intus : qui in campo est, gladio vitam finiet : eos autem qui sunt in urbe fames et mors consumet.* Quomodo itaque bello, inquit, contendere poteritis, tot tantisque malis undique circumsepti?

ιε'. Ὁ πόλεμος, καὶ ἡ ῥομφαία [64] ἔξωθεν, καὶ ὁ λιμὸς, καὶ ὁ θάνατος ἔσωθεν. Ὁ ἐν τῷ πεδίῳ ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσει, τοὺς δὲ ἐν τῇ πόλει λιμὸς καὶ θάνατος συντελέσει. Πῶς τοίνυν, φησὶ, δυνήσεσθε πολεμεῖν, ὑπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν περιστοιχιζόμενοι ;

VERS. 16. *Et salvabuntur*, inquit, *salvati ex ipsis, et erunt in montibus sicut columbæ meditantes.* Conquerentes enim et lugentes columbis quasi sublimia meditantibus assimilabuntur : quippe suspirantibus columbarum **728** similis est vox. « Omnes, inquit, interficiam, unumquemque in iniquitatibus suis. » Non injuste inferam supplicia, sed debitas ab unoquoque repetam pœnas.

ις'. Καὶ ἀνασωθήσονται [65], φησὶν, οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῶν, καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς [66] περιστεραὶ μελετητικαί [67]. Ὀδυρόμενοι γὰρ καὶ θρηνοῦντες περιστεραῖς μελετώσαις ἀπεικασθήσονται · στένουσι [68] γὰρ ἔοικε τῶν περιστερῶν ἡ φωνή. « Πάντας [69], φησὶν, ἀποκτενῶ, ἕκαστον ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτοῦ. » Οὐκ ἀδίκως ἐπάξω [70] τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τὰς ἀξίας ἕκαστον ἀπαιτήσω δίκας.

VERS. 17. *Omnes manus dissolventur, et omnia femora polluentur humore.* Utrumque timiditatis est signum.

ιζ'. Πᾶσαι χεῖρες ἐκλυθήσονται, καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται [71] ὑγρασίᾳ. Ἑκάτερον τῆς δειλίας σημεῖον.

VERS. 18. *Et induentur saccis, et operiet eos stupor, et super omnem faciem dedecus, et super omne caput calvitium.* Quando enim viderint, inquit, malorum nubem, et nullum ex ulla parte afferri remedium, tunc animam despondentes arma bellica abjicient, et lugubrem assument habitum. Idcirco etiam sacci meminit et capitis rasi. Hæc enim consueverant eo tempore lugentes observare.

ιη'. Καὶ περιζώσονται σάκκους, καὶ καλύψει αὐτοὺς θάμβος, καὶ ἐπὶ πᾶν πρόσωπον αἰσχύνη [72], καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν [73] φαλάκρωμα. Ὅταν γὰρ, φησὶν, ἴδωσι τῶν ἐπιφερομένων κακῶν τὸ νέφος, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ἀναφαινομένην βοήθειαν, τότε ἀπαγορεύοντες ῥίψουσι μὲν τὰ πολεμικὰ ὅπλα, τὸ δὲ πένθιμον ἀναλήψονται σχῆμα· διὸ καὶ σάκκου ἐμνημόνευσε, καὶ κεφαλῆς ἐξυρημένης · ταῦτα γὰρ εἰώθασιν οἱ τηνικάδε πενθοῦντες ἐπιτηδεύειν.

VARIÆ LECTIONES.

[55] πωλ. B præm. τόν. *Hebr.* ad rem venditam. [56] μή. B præm. οὐ. [57] ἔτι — αὐτῶν. *Hebr.* etsi uterque adhuc in vita sit. [58] Editio prior habebat αὐτοῖς. [59] ἄνθρ. — κρατ. *Hebr.* vir ob iniquitatem suam in vita sua non roborabit sese. [60] ὀφθαλμ. Ita quoque A et B, sed rec. lectio est ὀφθαλμῷ. [61] Σαλπ. — σύμπ. *Hebr.* Clangant clangore, et paret sese unusquisque, sc. ad bellum. [62] σάλπ. Apud LXX, præm. ἐν, quod tamen des. etiam in A. [63] εἰς. A ἐπί. [64] καὶ ἡ ῥομφ. Rec. lectio est ἐν ῥομφαίᾳ. [65] B ἀναλωθήσονται. *Hebr.* Et evadent, qui se proripuerint ex illis. [66] ὡς π. μελ. *Hebr.* sicut columbæ vallium. [67] A μελετικαί, forte pro μελλετικαί, ut in Ald. leg. aut potius pro μελλητικαί, quæ huic loco aptissima esse videtur lectio. [68] B στενούσῃ. [69] πάντας — αὐτοῦ. *Hebr.* omnes gementes, quisquis ob iniquitatem suam. [70] B ἐπάγω. [71] μόλ. ὑγρ. *Hebr.* abibunt, s. dissolventur, instar aquæ. [72] αἰσχ. Apud LXX sequ. ἐπ' αὐτούς. [73] κεφ. Edit. prior hab. φυλακήν, ex errore, ut videtur.

Digitized by Google

ιθ'. Καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῶν ἐν ταῖς πλατείαις ἀ-
ῥιφήσεται, καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ὑπεροφθήσε-
ται [75]. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν χρημάτων
ὑπεροψίας διδάσκει. « Τὸ γὰρ ἀργύριον αὐτῶν, καὶ
τὸ χρυσίον, οὐ δύναται [78] ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ
ὀργῆς Κυρίου. » Ὁρῶντες γὰρ ἀνόνητον τοῦ ἀργυρίου
καὶ τοῦ χρυσίου τὴν κτῆσιν, περιόψονται αὐτὰ ἐρ-
ριμμένα, οὐκέτι τὴν προτέραν ποιούμενοι φυλακήν.
« Αἱ ψυχαὶ αὐτῶν οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι, καὶ αἱ κοιλίαι
αὐτῶν οὐ [76] πληρωθῶσι · διότι βάσανος [77] τῶν ἀδικιῶν
αὐτῶν ἐγένετο. Ποίαν γὰρ αὐτοῖς δύνησιν παρέξει
χρυσὸς ἢ ἄργυρος, λιμοῦ πολεμοῦντος, καὶ τῆς
σπάνεως τῶν ἀναγκαίων ἐπικειμένης, δι' ἣν κεναὶ
μὲν τροφῆς αἱ γαστέρες, αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν σιτίων
ἐφίενται, ἡ δὲ βάσανος καὶ ἡ ἐξέτασις τῶν ἀδικιῶν
αὐτῶν γίνεται; Εἶτα διδάσκει πάλιν τὰς αἰτίας τῆς
τιμωρίας.

κ'. Ἐκλεκτὰ κόσμου εἰς ὑπερηφανίαν ἔθεντο
αὐτά, καὶ εἰκόνας τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν καὶ
προσοχθισμάτων [78] ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν. Τὸν γὰρ
χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τοὺς τιμίους λίθους,
ὕλην ἔσχον ἀλαζονείας ὁμοῦ καὶ ἀσεβείας, πολυτελῆ
μὲν κόσμον ἑαυτοῖς ἐκεῖθεν κατασκευάζοντες, εἰς
εἰδώλων δὲ ἐργασίαν τὰ πλεῖστα δαπανῶντες.

Ἕνεκεν τούτου, φησὶ, δέδωκα αὐτὰ αὐτοῖς εἰς
ἀκαθαρσίαν. (κα', κβ'.) Καὶ παραδώσω αὐτὰ εἰς
χεῖρας ἀλλοτρίων τοῦ διαρπάσαι αὐτὰ, καὶ τοῖς
λοιποῖς [79] τῆς γῆς εἰς σκῦλα, καὶ βεβηλώσουσιν
αὐτά. Καὶ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ'
αὐτῶν. Λοιμοὺς δὲ τῆς γῆς τοὺς Βαβυλωνίους ἐκά-
λεσεν, ὠμοτάτους ὄντας καὶ παρανομωτάτους, καὶ
δυσσεβείᾳ πάσῃ συντεθραμμένους · Τούτοις, φησὶ,
παραδώσω ἃ κατεσκευάσατε χρυσᾶ εἴδωλα καὶ ἀρ-
γυρᾶ, καὶ ὃν ἐποιήσατε ὑμῖν αὐτοῖς [80] πολυτελῆ
κόσμον. Καὶ βεβηλώσουσιν αὐτά · τουτέστι, Τοῖς
τιμίοις ὑμῶν εἰδώλοις εἰς ἑτέραν χρήσονται κατα-
σκευήν.

Καὶ μιανοῦσι τὴν [81] ἐπισκοπήν μου, καὶ εἰσ-
ελεύσονται εἰς αὐτὰ ἀφυλάκτως [82], καὶ βεβηλώ-
σουσιν αὐτά. (κγ'.) Καὶ [83] ποιήσουσι φυρμόν.
Ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τὸν ἀφιερωμένον αὐτῷ προσαγο-
ρεύει νεών, ὅθεν ἐπισκοπεῖν ἐδόκει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ
προνοίας αὐτὸν ἀξιοῦν. Παραδώσω δὲ, φησὶν, οὐ
μόνον τὰ εἴδωλα αὐτῶν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀλλὰ καὶ
τὸν ἀφιερωμένον μοι [84] νεών, ὅθεν ἐπισκοπὴν
ἐποιούμην ὑμῶν. « Καὶ εἰσελεύσονται εἰς αὐτὸν
ἀφυλάκτως · » ἀντὶ τοῦ, οὐχ ἡγνισμένοι, οὐδὲ κεκα-
θαρμένοι κατὰ τὸν νόμον, οὐδὲ περιτομὴν δεχόμενοι
πρότερον, ἀλλὰ μετὰ τῆς ὑφαίμου σκευῆς, τὴν
πολεμικὴν περικείμενοι πανοπλίαν, ἔνδον ἀναιροῦν-
τες, καὶ αὐτῶν τῶν ἀδύτων κατατολμῶντες · τοῦτο
γὰρ παρεδήλωσεν, εἰπών, « Καὶ βεβηλώσουσιν αὐτὰ,
καὶ ποιήσουσι φυρμόν. » Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν·

A Vers. 19. *Et argentum ipsorum in plateis proji-
cietur, et aurum ipsorum contemnetur.* Deinde etiam
causam docet, cur pecuniæ contemnendæ sint.
« Argentum enim ipsorum et aurum non potest li-
berare eos die iræ Domini. » Cernentes enim inu-
tilem auri et argenti possessionem, ipsa projecta
despicient, non amplius custodientes ut prius.
« Animæ ipsorum non explebuntur, et ventres ipso-
rum non saturabuntur, quia tormentum iniquitatum
ipsorum factum est. » Quam enim utilitatem afferet
ipsis aurum aut argentum, bellante fame, et rerum
victui necessariarum urgente **729** inopia, propter
quam cibo vacui sunt ventres, et animæ cibos
expetunt, tormentum autem adest, et inquisitio
iniquitatum ipsorum fit? Tum rursus causam pœ-
narum docet.

Vers. 20. *Electa ornatus in superbiam posuerunt
ea, et imagines abominationum suarum et offensio-
num fecerunt ex eis.* Aurum enim et argentum, et
lapides pretiosos habuerunt superbiæ simul et im-
pietatis materiam, sumptuosum sibi inde ornatum
comparantes, et plurima ad conficienda idola im-
pendentes.

Propter hoc, inquit, *dedi ipsis ea in immundi-
tiam.* (Vers. 21, 22.) *Et tradam ea in manus alie-
norum, ut diripiant ea, iisque qui sunt pestes terræ
in spolia, et profanabunt ea. Et avertam faciem
meam ab eis. Pestes* autem *terræ* Babylonios voca-
C vit, crudelissimos homines et sceleratissimos, et
omni impietate obstrictos. His, inquit, tradam quæ-
cunque aurea et argentea confecistis idola, et
ornatum illum, quem vobis sumptuosum comparas-
tis. Et polluent ea, hoc est, pretiosis vestris idu-
lis ad alia conficienda utentur.

*Et inquinabunt visitationem meam, et ingredien-
tur in ea sine custodia, et polluent ea.* (Vers. 23.) *Et
facient inquinationem.* Visitationem suam dedica-
tum sibi templum nominat, unde visitare Israelem
et sua eum providentia dignari videbatur. Tradam
autem, inquit, non solum ipsorum Babyloniis, sed
etiam consecratum **730** mihi templum, ex quo
D vos visitabam. « Et ingredientur in ipsum absque
custodia, » hoc est, non lustrati, neque expiati
secundum legem, neque prius circumcisi: sed, una
cum apparatu sanguine perfuso, bellicam induti
armaturam, intus in ipsis adytis etiam audacter
occidentes. Hoc enim declaravit, cum dixerit:
« Et polluent ea, et facient inquinationem. » Tum
etiam causam addit: « Quia plena terra populis,
et civitas iniquitatum plena. » Similis est enim

VARIÆ LECTIONES.

[75] ὑπεροφθ. *Hebr.* fœditas erit. [78] A δυνήσεται. Alii, δυνηθήσεται. [76] οὐ. A et B addunt μή. [77] βασ. *Hebr.* offendiculum. [78] A. προσοχθίσματα. Ita quoque Ald. et Montf. in Hexapl. ad h. l. [79] τοῖς λοιπ. *Hebr.* impiis. [80] B ἑαυτοῖς. [81] τὴν ἐπ. μου. *Hebr.* adytum meum. [82] ἀφυλ. *Hebr.* effractores. [83] Καὶ π. φυρμ. *Hebr.* fac catenam. [84] μοι. Ex B suppl.

Digitized by Google

multitudo scelerum istorum hominum multitudini orbem terrarum incolenti.

A

Vers. 24. *Et adducam improbos gentium, et hæreditate possidebunt domos eorum, et avertam fremitum roboris eorum, et polluentur sancta ipsorum.* Et non dixit *sancta mea*, sed *sancta eorum*, hoc est, quæ ab ipsis mihi consecrata sunt : quibus ego non indigebam, sed propter curam, quam de illis habeo, ea accepi : at rursus eadem illa propter ipsorum scelera polluta et conculcata despiciam.

Vers. 25. *Propitiatio veniet, et quæres pacem, et non erit.* Precabuntur, inquit, cum mala in ipsos invaluerint, ut benevolentiam consequantur, et ab B ipsis vindicentur, sed nihil impetrabunt.

Vers. 26. *Væ super væ erit, et nuntius super nuntium.* Mala ad alia mala ipsis accedent, et tristem famam tristior alia excipiet fama. « Et quæretur visio ex propheta, et lex peribit a sacerdote, et consilium **731** a senioribus. » Hæc hodie quoque apud ipsos obtinent : neque enim sacerdotium secundum leges apud ipsos administratur, et prophetiæ donum exstinctum est.

Vers. 27. *Rex lugebit, et princeps induetur interitu, et manus populi dissolventur.* Hoc apertius nos Jeremias docet, narrans quæ Sedeciæ acciderint, et illius fugam. « Secundum vias ipsorum * faciam eis, et judiciis eorum pœnas sumam de illis, et cognoscent me esse Dominum. » Has, inquit, ab ipsis pœnas exigam, pro iis quæ in me commiserunt supplicia reposcens. Idcirco decet nos omnes, ex unoquoque eorum quæ dicta sunt utilitate percepta, non excitare contra nos improbitate scelerum ultionem, sed pœnitentiæ lacrymis peccatorum vulneribus mederi, ne exuberante sentina navigium nos in profundum demergat secundum justa Dei judicia : quem decet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

« Διότι πλήρης ἡ γῆ λαῶν[85], καὶ ἡ πόλις πλήρης ἀνομιῶν. » Ἀπεικάζεται γὰρ, φησὶ, τῆς τούτων παρανομίας τὸ πλῆθος τῷ πλήθει τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπων.

κδ'. *Καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κατακληρονομήσουσι*[86] *τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ*[87] *ἀποστρέψω τὸ φρύαγμα τῆς ἰσχύος αὐτῶν, καὶ μιανθήσονται*[88] *τὰ ἅγια αὐτῶν.* Καὶ οὐκ εἶπε, Τὰ ἁγιά μου, ἀλλὰ *Τὰ ἅγια αὐτῶν* · τουτέστι, Τὰ ὑπ' αὐτῶν ἀφιερωθέντα μοι, ὧν ἐγὼ μὲν οὐκ ἐδεόμην· διὰ δὲ τὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν κατεδεξάμην. Ἀλλὰ πάλιν ταῦτα διὰ τὴν αὐτῶν παρανομίαν μιαινόμενα καὶ πατούμενα περιόψομαι.

κε'. *Ἐξιλασμὸς*[89] *ἥξει, καὶ ζητήσεις*[90] *εἰρήνην, καὶ οὐκ ἔσται.* Δεηθήσονται δὲ, φησὶν, ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν κακῶν τυχεῖν εὐμενείας καὶ ἀπαλλαγῆς, καὶ οὐ τεύξονται.

κς'. *Οὐαὶ*[91] *ἐπὶ οὐαὶ ἔσται, καὶ ἀγγελία ἐπὶ ἀγγελίαν.* Κακὰ δὲ ἐκ κακῶν αὐτοῖς διαδέξεται, καὶ φήμη πονηρὰ, πονηρὰν διαδέξεται φήμην. « Καὶ ζητηθήσεται ὅρασις ἐκ προφήτου, καὶ νόμος ἀπολεῖται ἐξ ἱερέως, καὶ βουλὴ ἐκ πρεσβυτέρων[92] » Ταῦτα καὶ νῦν ἐστιν ἔτι καὶ σήμερον παρ' αὐτοῖς κρατοῦντα · οὔτε γὰρ ἱερωσύνη κατὰ νόμους παρ' αὐτοῖς πολιτεύεται, καὶ τῆς προφητείας ἡ χάρις ἀπέσβη.

κζ'. *Ὁ βασιλεὺς πενθήσει, καὶ ὁ ἄρχων ἐνδύσεται ἀφανισμὸν, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ λαοῦ τῆς γῆς παραλυθήσονται.* Τοῦτο σαφέστερον ἡμᾶς ὁ Ἱερεμίας διδάσκει, τὰ κατὰ τὸν Σεδεκίαν ἐξηγούμενος, καὶ τὴν ἐκείνου φυγήν. « Κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ποιήσω αὐτοῖς, καὶ κρίμασιν[93] αὐτῶν ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Ταύτας, φησὶν, αὐτοὺς εἰσπράξομαι τὰς δίκας, ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν ἀπαιτῶν τὰς εὐθύνας. Διὸ προσήκει πάντας ἡμᾶς, ἐξ ἑκάστου τῶν εἰρημένων ὄνησιν δρεπομένους, μὴ κινεῖν πονηρίᾳ[94] τὴν καθ' ἡμῶν τιμωρίαν, ἀλλὰ τοῖς τῆς μετανοίας δακρύοις θεραπεύειν τῆς ἁμαρτίας τὰ τραύματα, ἵνα μὴ ὑπέραντλον τὸ σκάφος γενόμενον ὑποβρυχίους[95] ἡμᾶς ἀπεργάσηται, κατὰ[96] δίκαια τοῦ Θεοῦ κρίματα· ᾧ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων[97]. Ἀμήν.

C

VARIÆ LECTIONES.

[85] λαῶν. *Hebr.* judicio sanguinum. Compl. κρίσεως αἱμάτων. [86] A κληρονομήσουσι, juxta rec. lect. [87] Ex B suppl. [88] B μιανθήσεται, juxta rect. lect. [89] Ἐξιλ. *Hebr.* Sollicitudo. Al. Exitium totale. [90] Rec. lect. est ζητήσει. *Hebr.* quærent. [91] Οὐαὶ — ἔσται. *Hebr.* clades super cladem veniet. [92] B πρεσβυτέρου. [93] κρ. Apud LXX præm. ἐν τοῖς. Sed ἐν des. in A. [94] πον. B præm. τῇ. [95] B ὑποβρύχιον. [96] B καὶ τά. [97] τ. αἰών. Des. in B.

Digitized by Google

ΤΟΜΟΣ Γ.

LIBER TERTIUS.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

α' *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτει, ἐν τῷ πέμπτῳ* [98] *μηνὶ, πέμπτῃ τοῦ μηνὸς, ἐγὼ ἐκαθήμην ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ οἱ πρεσβύτεροι Ἰούδα ἐκάθηντο ἐνώπιόν μου.* Δῆλός ἐστιν ὁ προφήτης σὺν τῷ Ἰεχονίᾳ τῇ αἰχμαλωσίᾳ περιπεσών· διὸ πανταχοῦ αὐτὸν ἐπισημαίνεται τὸν χρόνον. Διετέλει δὲ οἷόν τις παιδονόμος τοὺς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ῥυθμίζων, καὶ πρὸς τὸ θεῖον βούλημα ποδηγῶν· καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν εἰπών, « Οἱ πρεσβύτεροι Ἰούδα ἐκάθηντο ἐνώπιόν μου. » Εἶτα ἐπάγει· « Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Ἀδωναῖ Κυρίου. » Τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἐνέργειαν *χεῖρα Κυρίου* προσαγορεύει.

β'. *Καὶ ἰδοὺ, καὶ ἰδοὺ ὁμοίωμα ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καὶ ἕως κάτω πῦρ, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ὑπεράνω, ὡς* [99] *ὅρασις φέγγους, ὡς εἶδος ἠλέκτρου.* Ὃν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐθεάσατο, τοῦτον ὁρᾷ δίχα τῶν Χερουβίμ· ποτὲ μὲν γὰρ αὐτῷ φοβερῶς, ποτὲ δὲ ἡμέρως ἐπιφαίνεται, πάντα πρὸς τὴν χρείαν οἰκονομῶν· αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνὴ, « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Οὐ κατ' οὐσίαν ὤφθην· διὸ καὶ ὁ προφήτης ὁμοίωμα λέγει ἑωρακέναι.

γ'. *Καὶ ἐξέτεινε, φησὶν, ὁμοίωμα χειρὸς ἀνθρώπου* [1], *καὶ ἀνέλαβέ με τῆς κορυφῆς τῆς κεφαλῆς* [2] *μου, καὶ ἀνέλαβέ με Πνεῦμα ἀναμέσον τῆς γῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγέ με εἰς* [3] *Ἱερουσαλὴμ ἐν ὁράσει Θεοῦ, ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τῆς ἐσωτέρας* [4], *τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν, οὗ ἦν ἡ στήλη τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου τοῦ κτωμένου* [5]. Ἐπιστῆσαι δεῖ, ὅτι ἐν ὁράσει Θεοῦ ταῦτα ὁ προφήτης ἔφη ἑωρακέναι. Οὐ τοίνυν σωματικὴ ἦν μετάθεσις, οὐδὲ τῶν τῆς σαρκὸς ὀφθαλμῶν [6] ἡ θεωρία, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ καθήμενος μεταξὺ τῶν πρεσβυτέρων Ἰούδα, ταύτην ἅπασαν τὴν ὀπτασίαν ἑώρα· καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ταύτης διήγησιν δῆλον ποιεῖ· « Ἀνέβην γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῆς ὁράσεώς μου, » τουτέστιν, Εἰς ἐμαυτὸν [7] ἐπανῆλθον. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς χαλεπὰς τιμωρίας προλέγει, ἀναγκαίως καὶ τὰς τούτων αἰτίας διδάσκει, καὶ βλέπει ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὴν στήλην τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου· εἰδώλιον δὲ ἦν ἐκεῖ παρανόμως ἱδρυμένον· *ζῆλον*

CAPUT VIII

A

Vers. 1. *Et factum est anno sexto, quinto mense, quinto (die) mensis, ego sedebam in domo, et seniores Judæ sedebant coram me.* Perspicuum est prophetam cum Jechonia in captivitatem abductum fuisse : quare ubique tempus ipsum notat. Perseverabat autem, veluti quidam magister et præceptor puerorum, captivos instituere et ad divinam voluntatem eos adducere : quod declaravit, **732** cum dixerit, « seniores Judæ sedebant coram me. » Deinde subjicit : « Et fuit super me manus Adonai Domini. » Divini Spiritus efficaciam *manum Domini* appellat.

B

Vers. 2. *Et vidi, et ecce similitudo viri a lumbis ejus deorsum usque ignis, et a lumbis ejus superne quasi visio splendoris, quasi species electri.* Quem super cherubim contemplatus fuerat, hunc videt absque cherubim. Interdum enim ipsi formidabilis, interdum mitis apparet, omnia ut opus est dispensans. Ipsius enim dictum illud est : « Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum ; non secundum essentiam conspectus sum [8]. » Quare propheta quoque dicit se similitudinem vidisse.

C

Vers. 3. *Et extendit*, inquit, *similitudinem manus hominis, et assumpsit me in vertice capitis mei, et assumpsit me Spiritus inter terram et inter cœlum, et adduxit me Hierosolymam in visione Dei, ad vestibula portæ interioris, respicientis ad aquilonem, ubi erat columna imaginis zeli possidentis.* Animadvertendum est prophetam dixisse se hæc vidisse in visione Dei. Non igitur translatum fuit corpus, neque oculis carnis contemplatus est ; sed domi sedens inter seniores Judæ, hanc totam vidit visionem, quod post ejus enarrationem perspicuum facit. « Ascendi enim a visione mea, » inquit [1], hoc est, ad me ipsum redii. Cum enim acerbas prædicat pœnas, convenienter ipsarum quoque causas docet, et cernit in sacro **733** Dei templo columnam imaginis zeli. Erat autem idolum ibi præter legem positum, quod zelum vocat, per translationem a mulieribus sumptam quæ adulterium committunt et viros suos ad zelotypiam

[8] Osee XII, 10. [1] Ezech. XI, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[98] πέμπτῳ. Compl. ἕκτῳ, juxta Hebr. [99] ὡς — ἠλέκτρου. Ita Compl. juxta Hebr. [1] ἀνθρ. Des. apud LXX et in Hebr. [2] τ. κεφ. Des. apud LXX. [3] εἰς. Ed. prior hab. ἐν. [4] τ. ἐσωτ. Ita quoque A et B. Alii hæc omittunt. [5] τοῦ κτωμ. *Hebr* quæ zelotypiam excitabat. [6] Ex B suppl. [7] ἐμ. Ita B. Sed ed. prior hab. ἑαυτόν.

Digitized by Google

excitant. Hoe vero etiam per magnum Mosen dixit Deus : « Ipsi me ad zelum provocaverunt eo qui non erat Deus [u]. » Atque id interpretatus, subjecit : Irritaverunt me idolis suis.

Vers. 4, 5. *Et ecce ibi erat gloria Domini Dei Israelis, secundum visionem quam vidi in campo. Et dixit ad me : Fili hominis, respice oculis tuis ad aquilonem : et respexi oculis meis ad aquilonem super portam ad orientem altaris, ubi imago zeli hujus in introitu ipsius.* Jam ante diximus, prophetam doceri justas causas cur Judæi puniantur : quamobrem ipsi justus judex indicat omnia quæ illi audebant facinora.

VERS. 7. *Quia homo, homo de domo Israelis, et de proselytis qui peregrinantur in domo Israelis, qui abalienatus fuerit a me, et posuerit cogitationes suas in mente sua, et pœnam iniquitatis suæ posuerit ante faciem suam, et venerit ad prophetam, ut interroget eum in me, ego Dominus respondebo ei in eis quibus detinetur.* Hæc apertius iteravit. Omnis, inquit, quicunque se a mea cura abalienarit, et duce mala cogitatione usus fuerit, sciensque pœnam, quam ego malis comminatus sum, ea contempta accesserit ad aliquem pseudoprophetam, a me videlicet cupiens quid facto opus sit intelligere, ego, inquit, respondebo, et permittam ut propheta vocatus ea respondeat, quæ illius cogitationibus consentanea sint. Deinde dignum supplicium minatur :

η'. *Καὶ στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, καὶ θήσομαι αὐτὸν εἰς ἔρημον, καὶ εἰς ἀφανισμὸν* [98], *καὶ ἐξαρῶ αὐτὸν ἐκ μέσου τοῦ λαοῦ μου, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Καὶ δεικνὺς ὡς οὐ περὶ τῶν θείων ταῦτα λέγει προφητῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν τὸ μὲν ὄνομα ἐχόντων, τοῦ δὲ πράγματος ὄντων ἐρήμων, ἐπήγαγε·

VERS. 8. *Et firmabo faciem meam super hominem illum, et ponam eum in solitudinem, et in interitum, et auferam eum de medio populi mei, et cognoscetis me esse Dominum.* Et ostendens non de divinis prophetis hæc a se dici, sed de iis quibus est solum prophetæ nomen, et qui ab ipsa re omnino destituti sunt, subjecit :

[b] II Paral. xviii, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[89] B προηγόρευεν. [90] τάς. Des. in B. [91] A εἶπον, pro εἰπόν, ut videtur. [92] A ἐπιστρέψατε καὶ ἀποστράφητε. [93] ἀπὸ τῶν ἐπ. ὑμῶν. *Hebr.* ab idolis vestris. [94] προσηλ. A . . . κειμένων, pro προσκειμένων, ut videtur. Ita enim est in Alex. et Compl. [95] οἴκῳ. Des. apud LXX et in Hebr. [96] τὰ ἐνθυμήμ. αὐτ. *Hebr.* idola sua. Conf. vers. 4. [97] A ἔχεται. [98] θήσομαι—ἀφανισμ. *Hebr.* desolabo eum, ut sit signum, atque in proverbium abeat. Pro ἔρημον in Ald. est σημεῖον.

Digitized by Google

VERS. 9, 10. *Et propheta si erraverit, et locutus fuerit sermonem, ego Dominus errare feci prophetam illum, et extendam manum meam super ipsum, et delebo ipsum de medio populi mei Israelis. Et capient iniquitatem* **767** *ipsorum.* At non est justi judicis proprium et decipere prophetam, et in errorem inductum punire. Non igitur secundum efficaciam ait se prophetam in errorem inducturum esse, sed secundum permissionem, hoc est, cum possim ipsius statim mendacium redarguere, sustineo, et divina lenitate usus permitto, ut dolo utatur, quem voluntate, non autem necessitate exercet. Idcirco etiam par supplicium comminatur, et male interroganti, et male respondenti.

Secundum iniquitatem enim, inquit, *interroganti, sic etiam iniquitas prophetæ erit.* (VERS. 11.) *Ne erret amplius domus Israelis a me, et ne polluantur amplius in omnibus delictis suis : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, dicit Adonai Dominus.* Non sine causa, inquit, hoc illis infligam supplicium, sed ut illorum interitu populo meo benefaciam, et eum ab illorum impietate vindicem. Volo enim ipsum habere pro populo, et esse illorum Deus, omni eos cura prosequens.

VERS. 12-14. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, terra si peccaverit contra me, ut delinquat delicto, etiam extendam*[a] *manum meam super eam, et conteram ipsius firmamentum panis, et emittam in eam famem, et auferam de ea hominem et jumentum, et si fuerint tres viri ki in m dio ejus, Noachus, et Jobus, et Daniel, ipsi in justitia sua salvabantur, dicit Adonai Dominus.* Si nationem quæ peccarit, inquit, punire voluero, et fame necare, et ii qui punientur noluerint ad pœnitentiam adduci, nullam **768** veniam consequentur, ne si Noachus quidem, et Jobus, et Daniel in ipsis inventi fuerint. Verum hi certe justitiæ suæ colligent fructus, et salutem adipiscentur; sed illos ab illato supplicio minime liberabunt. Horum autem virorum mentionem fecit, siquidem his quæ dicta sunt, consentiebant ea quæ illorum tempore acciderunt. Nam et Noachus in impiorum generatione inventus haudquaquam potuit eos a diluvii exitio liberare, qui noluerunt ad pœnitentiam adduci. Et Daniel similiter, cum captivitatis tempore vigeret, alios propter ingentem ipsorum impietatem ab illatis malis haud vindicavit : ipse tamen bello captus hostibus superior evasit, et eos, a quibus in servitutem abductus erat, sibi subjectos habuit. Neque filiis Jobi parentis justitia profuit : sed ipse solus adversarii superavit insidias. [15-20.] Rursus autem aliis pluribus hæc

Θ', ι'. *Καὶ ὁ*[99] *προφήτης ἐὰν πλανηθῇ, καὶ λαλήσῃ λόγον, ἐγὼ Κύριος πεπλάνηκα αὐτὸν τὸν προφήτην ἐκεῖνον, καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀφανιῶ αὐτὸν ἐκ μέσου τοῦ λαοῦ μου Ἰσραήλ. Καὶ λήψονται*[1] *τὴν ἀδικίαν αὐτῶν.* Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴδιον τοῦ δικαίου κριτοῦ, καὶ πλανᾷν τὸν προφήτην, καὶ πλανηθέντα κολάζειν. Οὐ τοίνυν κατ' ἐνέργειαν λέγει τὸν προφήτην πλανᾷν, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν· τουτέστι, Δυνάμενος αὐτοῦ παραυτίκα ἐλέγχειν[2] τὸ ψεῦδος, ἀνέχομαι, καὶ μακροθυμῶ, καὶ συγχωρῶ[3] κεχρῆσθαι τῇ ἐξαπάτῃ· γνώμῃ γὰρ, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ ταύτην ἐπιτηδεύει. Διὸ καὶ τὴν ἴσην τιμωρίαν ἀπειλεῖ, καὶ τῷ κακῶς ἐρωτῶντι, καὶ τῷ κακῶς ἀποκρινομένῳ.

Κατὰ τὸ ἀδίκημα γὰρ, φησὶ, *τοῦ ἐπερωτῶντος, ὡσαύτως καὶ τὸ ἀδίκημα τοῦ προφήτου ἔσται,* (ια'.) *ὅπως μὴ πλανῶνται*[4] *ἔτι οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἵνα μὴ μιαίνωνται ἔτι ἐν πᾶσι τοῖς παραπτώμασιν αὐτῶν· καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Οὐ μάτην, φησὶ, ταύτην ἐκείνοις ἐπάξω τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐκείνων ὀλέθρου τὸν λαόν μου εὐεργετῶν, καὶ τῆς ἐκείνων ἀσεβείας ἐλευθερῶν. Βούλομαι γὰρ αὐτὸν ἔχειν λαὸν, καὶ εἶναι αὐτῶν θέλω Θεὸς, πᾶσαν αὐτῶν κηδεμονίαν ποιούμενος.

ιβ'-ιδ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, γῆ ἐὰν ἁμάρτῃ μοι, τοῦ παραπεσεῖν παραπτώματι, καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὴν, καὶ συντρίψω αὐτῆς στήριγμα ἄρτου, καὶ ἐξαποστελῶ ἐπ' αὐτὴν λιμὸν, καὶ ἐξαρῶ ἐξ αὐτῆς ἄνθρωπον καὶ κτῆνος*[5]· *καὶ ἐὰν ὦσιν οἱ τρεῖς ἄνδρες οὗτοι ἐν μέσῳ αὐτῆς, Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, αὐτοὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτῶν σωθήσονται, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Ἐὰν, φησὶν, ἁμαρτῆσαν ἔθνος κολάσαι βουληθῶ, καὶ λιμῷ παραδοῦναι, μετανοίᾳ δὲ χρήσασθαι μὴ βουληθῶσιν οἱ κολαζόμενοι, οὐδεμιᾶς τεύξονται συγγνώμης, οὐδὲ εἰ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ εὑρεθείεν ἐν αὐτοῖς. Ἀλλ' οὗτοι μὲν τῆς οἰκείας δικαιοσύνης τρυγήσουσι τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπολαύσονται, ἐκείνους δὲ τῆς ἐπαγομένης οὐκ ἀπαλλάξουσι τιμωρίας. Τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐμνημόνευσεν, ὡς τοῖς εἰρημένοις τῶν κατὰ τοὺς χρόνους αὐτῶν γεγονότων λίαν συμβαινόντων. Ὅ τε γὰρ Νῶε ἐν ἀσεβῶν εὑρεθεὶς γενεᾷ, οὐκ ἴσχυσε τῆς τοῦ κατακλυσμοῦ πανωλεθρίας ἀπαλλάξαι τοὺς μετανοίᾳ χρήσασθαι μὴ θελήσαντας. Καὶ ὁ Δανιὴλ ὡσαύτως, κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας γενόμενος καιρὸν, τοὺς μὲν ἄλλους διὰ τὴν πολλὴν ἀσέβειαν οὐκ ἠλευθέρωσε τῶν ἐπενεχθέντων κακῶν· αὐτὸς δὲ, καὶ δορυάλωτος γενόμενος, τῶν πολεμίων ἐκράτησε, καὶ τοὺς ἀνδραποδίσαντας ἔλαβεν ὑπηκόους. Οὐδὲ οἱ τοῦ Ἰὼβ δὲ παῖδες τῆς τοῦ πατρὸς δικαιοσύνης ἀπῶναντο, μόνος δὲ χρείτ-

VARIÆ LECTIONES.

[99] Καὶ ὁ, κ. τ. λ. Eodem modo in Compl. leg. vers. 9. [1] λήψ. *Hebr.* ferent. [2] B διελέγχειν. [3] καὶ—συγχωρ. Ita B, sed editio prior habebat καὶ συγχ. κ. μακροθ. [4] πλαν. Rec. lectio πλανᾶται. [5] Rec. lectio est κτήνη

Digitized by Google

των τῆς τοῦ πολεμήσαντος ἐπιβουλῆς ἀπεφάνθη. Διὰ πλειόνων δὲ πάλιν ἑτέρων ταῦτά φησι· Κἂν γὰρ θάνατον ἐπαγάγω τῇ γῇ ἐκείνῃ, κἂν θηρίων ἐπανάστασιν[6], κἂν πολεμίων ἔφοδον, εὑρεθήσονται δὲ οἱ τρεῖς ἄνδρες μέσοι[7] αὐτῶν, οὐδὲ τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς ἢ θυγατέρας διασῶσαι δυνήσονται, ἀλλὰ μόνοι, τεύξονται τῆς σωτηρίας. Δῆλον[8] δὲ ὅτι οἱ μετανοίας ὑπάρχοντες ἔρημοι, οὐδεμίαν ὠφέλειαν ἐκ τῶν δικαίων καρποῦνται· ὅτι γὰρ ἀκολουθεῖ τῇ μετανοίᾳ ἡ σωτηρία, μάρτυς ἡ θεία Γραφή, πανταχοῦ τοῦτο διδάσκουσα. Νινευῖται γὰρ, οὔτε τὸν Νῶε, οὔτε τὸν Ἰὼβ, οὔτε τὸν Δανιὴλ ἔχοντες, ἀλλὰ τὸν Ἰωνᾶν, οὐχ ὑπερευχόμενον, ἀλλ' ἀληθεῦσαι βουλόμενον, διὰ μετανοίας εὗραντο τὴν σωτηρίαν. Διδάσκει τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος, ὡς οὐδεμίαν ἕξουσι συγγνώμην οἱ παρανομίᾳ συζῶντες, μεταμελείᾳ[9] χρῆσθαι μὴ βουλόμενοι, καὶ[10] δικαίοις συνοικεῖν σεμνυνόμενοι. Πρὸς δὲ τούτοις, βούλεται δεῖξαι ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὅτι ὅπερ ἐπ' ἄλλου ἔθνους οὐ πεποίηκε, τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἰσραὴλ πεποίηκε.

asserit : Et si necem inferam terræ illi, et si feras contra eam exsuscitem, et si advenientium hostium impetum, inventique fuerint tres viri isti in medio ipsorum, ne filios quidem suos aut filias servare poterunt, sed soli salutem consequentur. Perspicuum est autem eos qui a pœnitentia vacui sint, nullam a justis utilitatem percepturos : siquidem pœnitentiam sequi salutem testis est divina Scriptura, hoc ubique docens. Ninivitæ enim, neque Noachum, neque Jobum, neque Danielem habentes, sed Jonam, qui non pro eis supplicabat, sed vera dicere cupiebat, ipsa pœnitentia salutem invenere. Docet igitur **769** oratio prophetica, sceleribus obstrictos nullam veniam habituros esse, quicunque resipiscere nolint, etiamsi inter justos se degere glorientur. Ad hæc ostendere vult auctor omnium rerum Deus, quod erga aliam nationem non fecit, hoc erga Israelem se fecisse. Inquit enim :

κα', κβ'. *Τάδε λέγει* γὰρ, φησὶν, *Ἀδωναῖ Κύριος· Ἐὰν δὲ καὶ τὰς τέσσαρας ἐκδικήσεις*[11] *μου τὰς πονηρὰς* (πονηρὰς δὲ τὰς χαλεπὰς λέγει), *ῥομφαίαν, καὶ λιμὸν, καὶ θηρία πονηρὰ, καὶ θάνατον ἐξαποστελῶ ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐξ αὐτῆς ἄνθρωπον καὶ κτῆνος. Καὶ ἰδοὺ ὑπολελειμμένοι ἐν αὐτῇ οἱ ἀνασωζόμενοι*[12] *ἐξ αὐτῆς, οἵτινες ἐξάξουσιν ἐξ αὐτῆς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκπορεύσονται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὄψεσθε τὰς ὁδοὺς αὐτῶν*[13]. *Θάνατον* μὲν καλεῖ τὴν αἰφνίδιον τελευτὴν, *ῥομφαίαν* δὲ τὴν σφαγὴν, *λιμὸν* δὲ δῆλον ὅτι τὴν ἔνδειαν, *θηρία πονηρὰ* τοὺς ὠμῶς ἐξανδραποδίζοντας, *πονηρὰς ἐκδικήσεις* τὰς χαλεπὰς καὶ πικράς. Ταύτας, φησὶ, τὰς τιμωρίας ἐπαγαγὼν τῷ Ἰσραὴλ, καταλιμπάνω ἀνασωζομένους ἐξ αὐτῶν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, ἵνα μάθωσιν ἅπαντες τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀσέβειαν, καὶ τὰ πονηρὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ γνῶσι τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον. Καὶ ὑμεῖς δὲ, οἱ ἐκείνων ὁμόφυλοι, οὐ κατηγορήσετε τῆς τιμωρίας· ὠμότητα, τὴν τούτων θεασάμενοι πονηρίαν. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἐπήγαγεν·

Vers. 21, 22. *Hæc dicit Adonai Dominus : Si autem et quatuor ultiones* meas malas (malas autem molestas ait), *gladium, et famem, et bestias malas, et mortem emisero super Hierosolymam, ad exterminandum ex ea hominem et jumentum. Et ecce relicti in ipsa salvati ex ea, qui educent ex ea filios et filias : ecce ipsi egredientur ad vos, et videbitis vias eorum. Mortem* quidem vocat repentinum interitum, *gladium* vero occisionem ; *famem* egestatem, ut satis apertum est ; *bestias malas* eos qui crudeliter in servitutem redigunt, *malas ultiones* acerbas et amaras. His pœnis, inquit, Israeli illatis, relinquo qui ex ipsis salventur, filios et filias, ut discant omnes ingentem illorum impietatem, et improba instituta, cognoscantque justa supplicia. Et vos item illorum tribules, conspecta istorum improbitate, haud accusabitis pœnarum crudelitatem. Idque declarans, adjecit :

Καὶ μεταμεληθήσεσθε ἐπὶ τὰ κακὰ, ἃ ἐπήγαγον ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακοῖς, οἷς[14] *ἐπήγαγον ἐπ' αὐτήν.* (κγ'.) *Καὶ παρακαλέσουσιν ὑμᾶς, διότι ὄψεσθε τὰς ὁδοὺς αὐτῶν*[15], *καὶ τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι*[16] *οὐ μάτην πεποίηκα πάντα, ὅσα ἐποίησα ἐν αὐτῇ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος.* Τούτου γὰρ[17] χάριν, φησὶν, οὐ πάντας παραδώσω πανωλεθρίᾳ, ἀλλὰ καταλείψω ἐξ αὐτῶν σωζομένους[18], ἵνα μάθωσι δι' ἐκείνων ἅπαντες τῆς ἐπενεχθείσης[19] αὐτοῖς τιμωρίας τὸ δίκαιον.

Et pœnitebit vos malorum, quæ duxi super Hierosolymam, in omnibus malis, quæ duxi super eam. (Vers. 23.) *Et consolabuntur vos,* **770** *quia videbitis vias eorum, et cogitationes eorum, et cognoscetis me non frustra fecisse omnia quæcunque feci in ipsa, dicit Adonai Dominus.* Hac enim de causa, inquit, non omnes funditus perdam ; sed relinquam ex ipsis qui salventur, per quos omnes justum fuisse illatum ipsis supplicium cognoscant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

CAPUT XV.

α'-δ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, τί ἂν γένοιτο τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου ἐκ πάντων τῶν ξύλων τῶν*

Vers. 1-4. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Et tu, fili hominis, quid fiet lignum vitis, ex omnibus lignis sarmentorum quæ sunt in lignis*

VARIÆ LECTIONES.

[6] ἐπ. Ita B pro ἐπαναστήσω, ut habebat ed. Sirm. [7] μέσοι. B præm. οὗτοι. [8] δῆλον, κ. τ. λ. In B ad marginem ascriptum est signum Θ. [9] μεταμελ. B præm. καί. [10] καί. Des. in B. [11] ἐκδ. *Hebr.* judicia. [12] Rec. lectio est ἀνασεσωσμένοι. [13] αὐτῶν. Apud LXX, sequ. καὶ τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν, quæ tamen in Ald. des. [14] ἐπὶ — οἷς. Rec. lectio πάντα τὰ κακὰ, ἃ. [15] Des. in edit. pr. [16] B διότι, juxta rec. lect. [17] γάρ. Des. in B. [18] B σωζόμενον. [19] B ἀπενεχθείσης.

Digitized by Google

silvæ? An capient ex ea lignum, ut faciant ex eo opus? an capient ex ea paxillum ut suspendant super eum omne vas? Præter id quod igni traditum est in consumptionem, annuam purgationem ejus consumit ignis, et deficit penitus. Cum semper Israelem *vineam* per prophetas nuncuparit; per Davidem enim, « Vineam, inquit, de Ægypto transtulisti [i]; » Isaias autem: « Vinea fuit dilecto meo, ait; » et Jeremias [j]: « Quomodo conversa es mihi in amaritudinem, vitis vera [k]? » Per translationem a sarmentis vitis desumptam, ostendit inutilitatem Israelis. Quemadmodum enim, inquit, præter omnia ligna ad opus minime idoneum est lignum vitis; neque enim paxillum **771** vel tenuissimum ex ea poterit aliquis * conficere, sed tantum ignis fit alimentum, et annua ipsius expurgatio in ignem projicitur: ita populus iste ad aliud nihil idoneus, quam ad interitum ac supplicium.

Annuam, inquit, *ipsius expurgationem consumit ignis, et deficit in perpetuum. Nunquid utile erit ad opus?* (VERS. 5.) *Neque etiam dum adhuc est integrum erit ad opus. Num, quando etiam illud ignis penitus consumpserit, adhuc utile erit ad opus?* Si enim, antequam in ignem conjiciatur, ad nullum opus est idoneum, nullo pacto utile esse poterit, ubi fuerit ab igne consumptum. Sic instituta comparatione eam interpretatur.

VERS. 6, 7. *Idcirco dic: Hæc dicit Adonai Dominus: Quemadmodum lignum vitis inter ligna silvæ, quod dedi igni in consumptionem: ita dedi habitantes Hierosolymæ. Et dabo faciem meam super eos.* Hoc per translationem dixit ab iis desumptam qui vultum iracundum terribilemque præ se ferunt. « De igne egredientur, inquit, et ignis comedet eos. » Quippe liberati a fame, occisione peribunt, et captivi abducentur.

Et cognoscent me esse Dominum, cum firmavero faciem meam super eos. (VERS. 8.) *Et dabo terram in desolationem, pro eo quod deliquerunt delicto, dicit Adonai Dominus.* Ipsos quidem in servitutem redigi permittam, et occisione consumi: terram vero ab ipsis cultam, desertam reddam et a cultoribus vacuam. Atque hæc **772** patientur, pœnas eorum quæ in me deliquerunt persolventes. Cum igitur quæcumque ante scripta sunt ad nostram utilitatem scripta sint, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus [k*], ne fiamus ligna, et

A κλημάτων, τῶν ὄντων ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ [20]; Εἰ [21] λήψονται ἐξ αὐτῆς [22] ξύλον, τοῦ ποιῆσαι εἰς ἐργασίαν [23]; εἰ λήψονται ἐξ αὐτῆς πάσσαλον, τοῦ κρεμάσαι ἐπ' αὐτὸν πᾶν σκεῦος; Πάρεξ δ [24] πυρὶ δέδοται εἰς ἀνάλωσιν, τὴν κατ' ἐνιαυτὸν αὐτῆς κάθαρσιν [25] ἀναλίσκει τὸ πῦρ, καὶ ἐκλείπει εἰς τέλος [26]. Ἐπειδὴ ἄμπελον ἀεὶ διὰ τῶν προφητῶν τὸν Ἰσραὴλ ὠνόμασε· διὰ μὲν γὰρ τοῦ Δαβὶδ, φησὶν, « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· » ὁ δὲ Ἡσαΐας· « Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ· » ὁ δὲ Ἱερεμίας· « Πῶς ἐστράφης μοι εἰς πικρίαν, ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή [27]; » τροπικῶς ἀπὸ τῶν κλημάτων τῆς ἀμπέλου δείκνυσι τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἄχρηστον. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, ὑπὲρ ἅπαντα τὰ ξύλα εἰς ἐργασίαν ἀνεπιτήδειον τῆς ἀμπέλου τὸ ξύλον· οὕτω

B γὰρ πάσσαλόν τις τὸν εὐτελέστατον ἐξ ἐκείνης κατασκευάσαι δύναται, ἀλλὰ μόνον τοῦ πυρὸς ὑπάρχει τροφὴ, καὶ ἡ κατ' ἐνιαυτὸν δὲ αὐτῆς κάθαρσις τῷ πυρὶ παραδίδοται· οὕτως οὗτος ὁ λαὸς εἰς ἕτερον οὐδὲν ἐπιτήδειος, ἢ εἰς ὄλεθρον καὶ τιμωρίαν.

Τὴν κατ' ἐνιαυτὸν αὐτῆς κάθαρσιν, φησὶν, *ἀναλίσκει τὸ πῦρ, καὶ ἐκλείπει εἰς τέλος. Εἰ ποιηθήσεται* [28] *εἰς ἐργασίαν;* (ε'.) *Οὐδὲ ἔτι αὐτοῦ ὄντος ὁλοκλήρου οὐκ ἔσται εἰς ἐργασίαν* [29]. *Μὴ ὅτι ἐὰν καὶ πῦρ αὐτὸ ἀναλώσῃ εἰς τέλος, εἰ ἔτι ἔσται* [30] *εἰς ἐργασίαν;* Εἰ γὰρ, πρὶν ἢ τῷ πυρὶ παραδοθῆναι, εἰς οὐδεμίαν ἐστὶν ἐπιτήδειον ἐργασίαν, σχολῇ γε ἂν χρήσιμον ἔσται μετὰ τὸ πυρὸς γενέσθαι δαπάνην· οὕτω τὴν παραβολὴν εἰρηκὼς,

C ἐπάγει τὴν ἑρμηνείαν.

ς', ζ'. *Διὰ τοῦτο εἰπὲ, Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Ὃν τρόπον τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, ὃ δέδωκα αὐτὸ τῷ πυρὶ εἰς ἀνάλωσιν, οὕτω δέδωκα τοὺς κατοικοῦντας Ἰερουσαλήμ. Καὶ δώσω τὸ πρόσωπόν μου ἐπ' αὐτούς.* Τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς εἴρηκε τῶν ὀργίλον ὑποδεικνύντων καὶ βλοσυρὸν τὸ πρόσωπον. « Ἐκ τοῦ πυρὸς ἐξελεύσονται, φησὶ, καὶ πῦρ καταφάγεται αὐτούς. » Ἀπαλλαγέντες γὰρ τοῦ λιμοῦ, παραδο-

D θήσονται τῇ σφαγῇ καὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Καὶ γνώσονται [31] *ὅτι ἐγὼ Κύριος, ἐν τῷ στηρίσαι* [32] *τὸ πρόσωπόν μου ἐπ' αὐτούς.* (η'.) *Καὶ δώσω τὴν γῆν εἰς ἀφανισμὸν, ἀνθ' ὧν παρέπεσον παραπτώματι, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Αὐτοὺς μὲν γὰρ αἰχμαλωσίᾳ καὶ σφαγῇ παραδώσω, τὴν δὲ ὑπ' αὐτῶν γεωργουμένην γῆν ἔρημον καταστήσω τῶν γεωργούντων οὐκ ὄντων. Ταῦτα δὲ πείσονται, δίκας ὧν ἐπλημμέλησαν τίνοντες. Ἐπειδὴ τοίνυν ὅσα προεγράφη, εἰς ἡμετέραν ὠφέλειαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν, μὴ γενώμεθα ξύλα, καὶ χόρτος,

[i] Psal. LXXIX, 9. [j] Isa. v, 1. [k] Jerem. II, 21. [k*] Rom. XV, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[20] τῶν — δρυμ. *Hebr.* (quid fiet) palmes, qui est inter ligna silvæ? [21] εἰ — ἐργασίαν. Des. in B. [22] Editio prior hab. αὐτοῦ. [23] πάρεξ. *Hebr.* Ecce. [24] δ. Des. in B. [25] τὴν — κάθαρσιν. *Hebr.* duas extremitates ejus. [26] καὶ — τέλος. *Hebr.* et medium ejus exustum est. [27] ἀληθ. Alii, ἀλλοτρία. Vid. supra, pag. 416. [28] εἰ ποιηθ. B μὴ χρήσιμον ἔσται, juxta rec. lect. [29] οὐδὲ — οὐκ ἔσται εἰς ἐργασίαν. Hæc in B ponuntur post illa μὴ — ἐργασίαν. Editio prior habebat οὐδέν. [30] ἔτι ἔσται. B ποιηθήσεται. [31] γνώσ. *Hebr.* cognoscetis. [32] στηρ. Apud LXX, sequ. μέ.

Digitized by Google

καὶ καλάμη, ἅπερ ἐστὶ τροφὴ τοῦ πυρός, ἀλλὰ χρυσὸς καὶ λίθοι τίμιοι, ὕλη τοῦ βασιλικοῦ διαδήματος, ἵνα Χριστῷ συμβασιλεύσωμεν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα πρέπει, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] I Cor. III, 12.

A fœnum, et stipula, quæ sunt ignis alimenta: sed aurum et lapides pretiosi, regii diadematis materia, ut cum Christo regnemus, cum quo Patrem gloria decet, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΜΟΣ Ε'.

LIBER QUINTUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

α', β'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου* [33], *διαμάρτυραι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἁμαρτίας αὐτῆς.* Ἀγαθὸς τῶν ἁμαρτημάτων ὁ ἔλεγχος, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ γινόμενος. Τοῖς γὰρ ἀναλγησίᾳ νοσοῦσιν ἐντίθησιν αἴσθησιν, καὶ εἰς μνήμην φέρει τῶν οἰκείων πλημμελημάτων. Ἀνιαρὸν μὲν γὰρ, καὶ λίαν χαλεπὸν, τὸ νοσεῖν· χαλεπώτερον δὲ πολλῷ τὸ καὶ αὐτὴν ἀγνοεῖν τὴν νόσον· οὗ χάριν, πολλάκις καὶ ἰατρῶν παῖδες τοὺς οὕτω διακειμένους, οἳ [34] αἴσθησιν τῶν παθημάτων οὐκ ἐθέλουσι [35] δέξασθαι, τὸ βαρὺ τῆς νόσου διδάσκουσιν, ἵνα αἰσθόμενοι παύσωνται μὲν ἀταξίᾳ τρέφοντες τῆς νόσου τὰς ὕλας, τοῖς δὲ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἀκολουθήσωσι νόμοις. Τοῦτο καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπὶ τῶν παρανομούντων καὶ ἀναισθήτως διακειμένων διατελεῖ ποιῶν· τῷ μὲν γὰρ ἁμαρτωλῷ διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγει· « Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου· » τῇ δὲ Ἱερουσαλὴμ διὰ Ἱερεμίου· « Γνῶθι, ὅτι εἰς Κύριον τὸν Θεόν σου ἠσέβησας· » καὶ πάλιν· « Ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρίῳ, καὶ γνῶθι τί ἐποίησας· » καὶ μυρία δὲ ἄλλα τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν. Τοῦτο τοίνυν κάνταῦθα τῷ προφήτῃ Ἰεζεκιὴλ ποιῆσαι παρακελεύεται· « Διαμάρτυραι γὰρ, φησὶ, τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας αὐτῆς. » Δεῖξον, φησὶ, τὰ τραύματα, ὑπόδειξον αὐτῆς τὰ ἕλκη, ἵνα μὴ ἀποτομίαν νομίσῃ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ μαθοῦσα ἰατρικὴν τὴν τομὴν, χάριν ὁμολογήσῃ τῷ ἰατρῷ. Εἶτα κατὰ μέρος αὐτὸς διηγεῖται τὰ πλημμελήματα.

γ'. *Καὶ ἐρεῖς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τῇ Ἱερουσαλήμ.* Πανταχοῦ [36] ὁ διπλασιασμὸς τὸ ἀληθὲς διδάσκει τῆς δεσποτείας. « Ἡ ῥίζα σου [37] καὶ ἡ γένεσίς σου ἐκ γῆς Χαναάν· ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία. » Μέγα ἐφρόνουν Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῇ συγγενείᾳ τοῦ Ἀβραάμ· διὸ καὶ τῷ Κυρίῳ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔλεγον· « Σπέρμα Ἀβραάμ

CAPUT XVI.

B

Vers. 1, 2. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, testificare Hierosolymæ peccata ipsius.* Bona est peccatorum reprehensio, et utilitatis causa adhibetur. Stupore enim laborantibus sensum affert, et in memoriam ipsis propria revocat delicta. Triste est enim et admodum molestum morbo laborare, sed longe molestius ipsum morbum non agnoscere. Qua de causa etiam medici sæpius eos qui ægrotationis sensum nolint percipere, morbi gravitatem docent, ut percepto illius sensu desinant morbo suppeditantes materiam causas suis offensionibus enutrire, sed medicæ artis legibus obsequantur. Hoc etiam auctor omnium rerum Deus erga eos, qui peccant, et ita C affecti sunt, ut sensum morbi non capiant, perpetuo facit. Peccatori enim per Davidem dicit: « Arguam te, et statuam contra faciem 773 tuam peccata tua [l]; » et ipsi Hierosolymæ per Jeremiam: « Cognosce quod in Dominum Deum tuum impie egeris [m]; » et rursus: « Vide vias tuas in polyandrio, et cognosce quid feceris [n]. » Et hujuscemodi infinita alia invenire licet. Hoc igitur hic quoque prophetæ Ezechieli faciendum præcipitur. « Testificare enim Hierosolymæ, inquit, iniquitates ejus. » Ostendito, inquit, vulnera, demonstra ulcera ipsius, ne existimet supplicium esse nimiam severitatem: sed intelligens esse ejusmodi sectionem quæ medeatur, medico agat gra- D tias. Deinde sigillatim ipse delicta narrat.

Vers. 3. *Et dices: Hæc dicit Adonai Dominus Hierosolymæ.* Ubique duplicatio veram docet dominationem. « Radix tua et generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa. » Valde gloriabantur Judæi propter cognationem Abrahami: ideo etiam Domino in sacris Evangeliis dicebant: « Semen Abrahæ sumus, et

[l] Psal. XLIX, 21. [m] Jerem. III, 13. [n] Jerem. II, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[33] Υἱὲ ἀνθρ. Des. in B. [34] οἳ. B καί. [35] B ἐθέλοντας. [36] Παντ. — δεσποτ. In plerisque τῶν LXX edit. præter Compl. et Grab.| vox Ἀδωναῖ tum h. l. tum alibi abest, quam tamen A et B fere ubique agnoscunt. [37] Ἡ ῥίζα σου. *Hebr.* loca nativitatis tuæ.

Digitized by Google

nemini servivimus unquam [o]. ▸ Hanc arrogantiam beatus quoque Joannes Baptista comprimit, cum dicit: « Genimina viperarum, quis ostendit vobis fore ut effugiatis venturam iram? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, et ne velitis dicere apud vos: Patrem habemus Abrahamum; vere enim dico vobis: Potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamo [p]. » Quemadmodum igitur divinus hic vir eos, qui ferini erant et in improbitate degebant, venenatis feris comparavit: ita hoc quoque loco Dominus **774** Deus per prophetam, Chananæam ipsorum stirpem vocat, patrem Amorrhæum, et matrem Chettæam, et omnino * generationem alienigenam. Quorum enim æmulati fuerant impietatem, eorum merito cognationem contraxerant: et propter mores simul cum isto genere sortiti sunt hæreditatem. Hoc autem satis erat ad eos admodum perterrendos, non solum propter istarum gentium quæ tunc vigebant scelera, sed etiam propter ignobilitatem, quam majoribus acceptam referebant. Siquidem Chanaan exsecrationibus obnoxius factus fuit, et ab avo Noacho ad servitutem est damnatus. Ab hoc, inquit, es oriundus, et nulla es cum Abrahamo et Semo cognatione conjunctus. Quorum enim pietatem repudiasti, eorum etiam cognationem amisisti, et illa nobilitate prorsus spoliatus es. Ita ipsis Chanaanis ignobilitate deterritis, sigillatim et eorum scelera et proprium narrat beneficium.

Vers. 4. *Non est præcisus*, inquit, *umbilicus tuus.* Hoc est, adhuc Ægyptiacum hauris alimentum. Et « generationem ipsius » vocat exitum ex Ægypto. Asserunt autem medici fetum in utero matris velut quamdam radicem habere umbilicum, per quem aiunt eum nutriri et augeri. Cum igitur obstetrices partem illam umbilici, quæ propendet apud infantem, incidere consueverint, figurate et per translationem ait: « Umbilicus tuus non est præcisus, » hoc est, hodie quoque ab utero materno, id est, Ægypto, impietatis attrahis alimentum. « Et aqua non es lota in salutem. » **775** Hoc itidem dictum est per translationem ab infantibus petitam, qui post partum abluuntur, et abstergunturet a sanguine ex utero contracto liberantur. Tu igitur, inquit, ab his non es liberata, sed adhuc hodie quoque materni uteri signa geris. « Neque sale salita es, et fasciis non es involuta. » Non accepisti, inquit, doctrinæ sales, neque allatas tibi per legis disciplinam fascias, quæ adhibentur in-

ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. » Ταύτην τὴν ἀλαζονείαν καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς καταλύει, λέγων· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· ἀμὴν [38] γὰρ λέγω ὑμῖν· Δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » Ὥσπερ τοίνυν ὁ θεσπέσιος οὗτος ἀνὴρ, θηριώδεις ὄντας αὐτοὺς καὶ πονηρίᾳ συζῶντας, τοῖς ἰοβόλοις θηρίοις ἀπείκασεν, οὕτω κἀνταῦθα ὁ Δεσπότης Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Χαναναίαν αὐτῶν τὴν ῥίζαν καλεῖ, τὸν δὲ πατέρα Ἀμορῥαῖον, καὶ τὴν μητέρα Χετταίαν, καὶ ἁπλῶς τὴν γένεσιν ἀλλόφυλον· ὧν γὰρ ἐζήλωσαν τὴν ἀσέβειαν, τούτων εἰκότως ἐδέξαντο τὴν συγγένειαν, ἀπὸ τοῦ τρόπου τῷ γένει τούτῳ συγκληρωθέντες. Ἱκανὸν δὲ ἦν λίαν αὐτοὺς πλῆξαι, οὐ μόνον διὰ τὴν τηνικαῦτα παρανομίαν τούτων αὐτῶν τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἄνωθεν δυσγένειαν. Ἀραῒς γὰρ ὁ Χαναὰν ὑπεβλήθη, καὶ δουλείαν ὑπὸ τοῦ προπάτορος Νῶε κατεδικάσθη. Τούτου, φησὶν, ὑπάρχεις ἀπόγονος, καὶ οὐδεμίαν ἔχεις πρὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Σὴμ συγγένειαν· ὧν γὰρ ἠρνήθης τὴν εὐσέβειαν, τούτων ἀπώλεσας καὶ αὐτὴν τὴν συγγένειαν, καὶ τῆς εὐγενείας ἐκείνης παντελῶς ἐγυμνώθης. Οὕτω πλήξας αὐτοὺς τῇ τοῦ Χαναὰν δυσγενείᾳ, κατὰ μέρος καὶ τὴν αὐτῶν παρανομίαν, καὶ τὴν εἰκείαν διηγεῖται εὐεργεσίαν [39].

δ'. *Οὐκ ἐτμήθη*, φησὶν, *ὁ ὀμφαλός* [40] *σου* [41]. Τουτέστιν [42], Ἔτι τὴν Αἰγυπτιακὴν ἕλκεις τροφήν. « Γέννησιν δὲ αὐτῆς » καλεῖ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον. Φασὶ δὲ ἰατρῶν παῖδες τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ οἱόν τινα ῥίζαν ἔχειν τὸν ὀμφαλὸν, καὶ δι' ἐκείνου τρέφεσθαί τε καὶ αὐξάνεσθαι· ἐπειδὴ τοίνυν αἱ μαῖαι κόπτειν εἰώθασι τοῦ βρέφους τὸ προκύπτον τοῦ ὀμφαλοῦ, τροπικῶς ἐκ μεταφορᾶς φησιν· « Ὁ ὀμφαλός σου οὐ περιετμήθη· » ἀντὶ τοῦ, Ἔτι καὶ σήμερον ἕλκεις ἀπὸ τῆς μητρῴας μήτρας, τουτέστι τῆς Αἰγύπτου, τὴν τῆς ἀσεβείας τροφήν. « Καὶ ἐν ὕδατι οὐκ ἐλούσθης εἰς σωτηρίαν [43]. » Καὶ τοῦτο ἴσως [44], [45] ἐκ μεταφορᾶς τῶν βρεφῶν, τῶν μετὰ τὸν τόκον λουομένων, καὶ ἀπορρύπτομένων, καὶ τοῦ μητρῴου αἵματος ἀπαλλαττομένων. Σὺ οὖν, φησὶ, τούτων οὐκ ἀπηλλάγης, ἀλλ' ἔτι καὶ σήμερον φέρεις τῆς μητρῴας νηδύος τὰ σημεῖα. « Οὐδὲ ἁλὶ ἡλίσθης, καὶ σπαργάνοις [46] οὐκ ἐσπαργανώθης. » Οὐκ ἐδέξω, φησὶ, τῆς διδασκαλίας τοὺς ἅλας, οὐ τὰ προσενεχθέντα σοι διὰ τοῦ νόμου σπάργανα, ἃ τοῖς βρέφεσι

[o] Joan. VIII, 33. [p] Luc. III, 7, 8; coll. Matth. III, 7-9.

VARIÆ LECTIONES.

[38] ἀμήν. Des. utroque loco cit. [39] Quæ h. l. desunt, supra, pag. 7, in Præf. ad Cant. cantic. ita leg.: Καὶ ἡ γένεσίς σου ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης. Postrema exstant etiam tom. I, pag. 1093. [40] Οὐκ ἐτμ. ὁ ὀμφ. σου. Ita Compl. juxta Hebr., sed rec. lectio est οὐκ ἔδησας τοὺς μαστούς σου. [41] σου. Supra, pag. 7, loco cit., sequitur καὶ οὐκ ἔδησαν τοὺς μαστούς σου, quæ des. tom. I loco cit. Huic lectioni inhæret Noster in Præf. ad Cant. cantic. pag. 10 et 11. [42] Τουτέστι, κ. τ. λ. Eamdem interpretationem vide supra, pag. 11 et 12, necnon tom. I, loco cit. [43] εἰς σωτ. Ita Compl. et Grab., sed in Hebr. est: in aspectu meo. [44]-[45] ἴσ. Des. in B. [46] σπαργ. Supra, pag. 8, præm. ἐν.

Digitized by Google

προσφέρεται, ἵνα, εἴ τι ἂν τῶν μελῶν ἐν ταῖς ὠδῖσι τοῦ εὐθέος παρατραπῇ, διευθύνηται, καὶ τὸ προσῆκον ἀπολαμβάνῃ σχῆμα.

ε'. *Οὐδὲ ἐφείσατο ἐπὶ* [47] *σοὶ ὁ ὀφθαλμός μου τοῦ ποιῆσαί σοι ἓν ἐκ πάντων τούτων, τοῦ* [48] *παθεῖν τι ἐπὶ σοί· καὶ ἀπερρίφης ἀπὸ* [49] *προσώπου τοῦ πεδίου τῇ σκολιότητι τῆς ψυχῆς σου, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης.* Εὐθὺς γάρ, φησὶ, καὶ παραχρῆμα τεχθεῖσα, καὶ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγεῖσα, καὶ τὴν ἰσότητα τοῦ νόμου παιδευθεῖσα παρ' ἐμοῦ [50], παρετράπης, τὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένα ἀεὶ ἀγαπήσασα. *Πεδίον* γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἰσότητα προηγόρευσεν. Ἐγὼ δὲ, φησὶν, ἐν μὲν τῇ Αἰγύπτῳ, οὐδένα [51] σοι προσήνεγκα νόμον, οὐδὲ τῶν ἐντολῶν τοὺς ἅλας, οὐδὲ τὴν τοῦ ὀμφαλοῦ περιτομὴν, οὐδὲ τὴν διὰ τῶν σπαργάνων διάρθρωσιν τῶν μελῶν· μετὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, παντοδαπῆς σε ἐπιμελείας ἠξίωσα. Διὸ ἐπάγει·

ς', ζ'. *Καὶ διῆλθον ἐπὶ σὲ, καὶ εἶδόν* [53] *σε περιφυρμένην ἐν τῷ αἵματι* [53]· *καὶ εἶπόν σοι, Ἐν* [54] *τῷ αἵματι ζῶσῃ* [55], *καὶ* [56] *εἶπόν σοι· Σὺν τῷ αἵματί σου ζωή· Πληθύνου ἀθῴως* [57], *καθὼς τὴν ἀνατολήν* [58] *τοῦ ἀγροῦ δέδωκά σε.* Θεασάμενος γάρ σε τῷ τῆς εἰδωλολατρείας αἵματι πεφυρμένην, καὶ τὰ αἵματα τῶν θυσιῶν ἀσπαζομένην, συνεχώρησά σοι θύειν, οὐκ εἰδώλοις, ἀλλ' ἐμοί. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Σὺν τῷ αἵματί σου ζωή· πληθύνου ἀθῴως· » τουτέστι, Μὴ παρανόμως, ἀλλ' ἐννόμως· μὴ δαίμοσιν, ἀλλὰ Θεῷ θύουσα· τοῦτο γὰρ ποιοῦσα ὄψιν ἀρούρας εὐθαλοῦς βλαστήσεις, καὶ παντοδαποῖς κοσμηθήσῃ καρποῖς. « Καὶ ἐπληθύνθης καὶ ἐμεγαλύνθης [59], καὶ [59*] εἰσῆλθες εἰς πόλεις πόλεων. » Ἠκολούθησε, φησὶ, τῇ ἐμῇ εὐλογίᾳ τὸ ἔργον· ἐγὼ μὲν γὰρ εἶπον· Ὡς τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἀγροῦ δέδωκά σε· σὺ δὲ δεξαμένη τὴν εὐλογίαν, καὶ πλῆθος ἐκτήσω, καὶ μέγεθος· ἐπίσημός τε καὶ περιφανὴς ἀπεφάνθης, καὶ τὰς μεγίστας τῶν πόλεων ἔσχες ὑποχειρίους. Οὕτω συντόμως δείξας αὐτὴν [60] τὴν γένεσιν [61] καὶ τὴν ἐπίδοσιν, πάλιν ἐξηγεῖται τὴν κατὰ μέρος αὔξησιν. « Οἱ μαστοί σου, φησὶν, ἀνωρθώθησαν, καὶ ἡ θρὶξ σου ἀνέτειλε. » Τροπικῶς ἅπαντα ἐκ μεταφορᾶς τῶν παιδίων λέγει, τὴν πλείονα διάθεσιν διὰ τούτων ἐπιδεικνύς. *Μαστοὺς* δὲ καλεῖ τοῦ λογικοῦ τὴν διάκρισιν (τὴν γὰρ καρδίαν οἱ μαστοὶ συγκαλύπτουσι), *τρίχας* δὲ τὸν ἀπὸ τελειότητος γινόμενον κόσμον. « Σὺ δὲ ἦσθα [62], φησὶ, γυμνὴ, καὶ ἀσχημονοῦσα [63]. » Οὐδέπω γὰρ ἐδέξω τοῦ νόμου τὸ κάλυμμα

fantibus, ut si aliquod ex membris in ipso partu a recto positu deflexerit, restituatur, decentemque formam suscipiat.

Vers. 5. *Neque pepercit super te oculus meus, ut facerem tibi unum ex omnibus istis, ut paterer aliquid tui causa : et projecta es a superficie campi, pravitate animæ tuæ, die quo nata es.* Statim enim et evestigio, inquit, nata, et ab Ægypto liberata, et a me legis æqualitatem edocta, perversa es *, obliqua semper et depravata amplexa. *Campum* enim hoc loco æqualitatem nuncupavit. Ego autem, inquit, in Ægypto quidem nullam tibi legem attuli, neque mandatorum sales, neque umbilici sectionem, neque membrorum per fascias reformationem. Postea vero quam inde profecta es, omni te curatione dignam censui. Ideo subjicit :

Vers. 6, 7. *Et transivi prope te, et vidi te mistam in sanguine, et dixi tibi : In sanguine (tuo) vives, et* 776 *dixi tibi : Cum sanguine tuo vita, Multiplicare innocenter, sicut ortum agri dedi te.* Conspicatus enim te idololatriæ sanguine inquinatam, et sacrificiorum sanguinem amplexantem, concessi tibi ut sacrificares, non idolis, sed mihi. Quod declaravit cum dixit : « Cum sanguine tuo vita, multiplicare innocenter, » hoc est, non præter, sed juxta legem, non dæmonibus, sed Deo sacrificans : hoc enim faciens instar terræ virentis germinabis, omnisque generis fructibus exornaberis. « Et multiplicata es, et magnificata es, et ingressa es in urbes urbium. » Meam, inquit, benedictionem secutum est opus. Ego enim dixi : Ut ortum agri dedi te, tuque, accepta benedictione, simul et multitudinem et magnitudinem adepta es, conspicuaque et illustris facta, maximas urbes tibi subditas habuisti. Ita breviter et ortu et incremento ipsius enarrato, rursus partium narrat incrementum. « Ubera tua, inquit, erecta sunt, et capillus tuus exortus est. » Omnia per translationem a pueris desumptam exponit, per hæc ampliorem ostendens affectionem. Et *ubera* vocat rationalis animæ partis judicium (cor enim ubera cooperiunt) : *capillos* vero ornatum illum, qui ab ætatis maturitate proficiscitur. « Tu autem eras, inquit, nuda, et ignominiæ plena. » Nondum enim acceperas legis tegumentum.

VARIÆ LECTIONES

[47] ἐπὶ — μου. Supra, pag. 8, erat, ὁ ὀφθαλμὸς ἐπὶ σοί. [48] τοῦ — σοί. *Hebr.* ntque misererer tui. [49] ἀπό. Supra, pag. 8, ἐπί. [50] παρ' ἐμ. In B ponitur ante παιδευθεῖσα. [51] B οὐδ' ἕνα. [53] εἶδ. Supra, pag. 422, leg. εὗρον. [53] αἵμ. Sequitur σου, supra, pag. 8 et 422, necnon tom. I, pag. 176. [54] Ἐν — ζώσῃ. Supra, pag. 8, leg. ἐκ τοῦ αἵματός σου ζωή. Sed tom. I, pag. 176, ἐν τῷ αἵματί σου ζωή. [55] ζώσῃ. B σου, ζῆσον. [56] καὶ — ζωή. Des. apud LXX, sed repetuntur etiam in Hebr. [57] ἀθ. Des. apud LXX et in Hebr. [58] τ. ἀνατ. Supra, pag. 8, erat ἡ ἀνατολή, juxta rec. lect. *Hebr.* sicut germen. [59] καὶ ἐμ. Deerat in editione priori. [59*] καὶ — πόλεων. *Hebr.* et pervenisti ad summum ornatum. Theod. εἰς κόσμον τῶν κόσμων. Montf. in Hexapl. ad h. l. aliam Nostro tribuit interpretationem, quæ hæc est, καὶ ἠκμασας καὶ ἦλθες εἰς ὥραν καλλωπισμοῦ. Sed eadem quæ h. l. exstat lectio, obvia fuit supra, pag. 8. [60] B αὐτῆς. [61] B γέννησιν. [62] Supra, pag. 8, ἦς. [63] ἀσχημονοῦσα. *Hebr.* retecta.

Digitized by Google

VERS. 8. *Et transivi prope te, et vidi te, et ecce tempus tuum erat,* 777 *et tempus divertentium, et expandi alas meas super te, et operui ignominiam tuam, et juravi tibi, et inii fœdus tecum, dicit Adonai Dominus.* Cum enim conspexissem te de reliquo idoneam, quæ mecum per legem societatem ineres, expandi quasi quasdam alas salutarium præceptorum doctrinam, et cooperui iniquitatis nuditatem. Et hoc connubium etiam dotalis libellus est [A] secutus. « Inii enim, inquit, tecum fœdus. » Et quia opus erat ut libello adhiberetur jusjurandum, ne hoc quidem facere recusavi : sed quamvis fide dignus essem vel verbo tantum promittens, tamen jusjurandum quoque verbo adhibui. Hoc autem intelligere facile est volenti legis Scripturas percurrere. Inveniet enim in beati Mosis cantico ipsum [B] omnium rerum auctorem Deum ita dicentem : « Levabo versus cœlum manum meam, et jurabo dextera mea, et dicam : Vivo ego in sæculum [q]. » — « Et facta es mihi, » inquit. Hoc est, conjuncta es mihi, et nuptiæ peractæ sunt.

η'. *Καὶ διῆλθον διὰ σοῦ, καὶ εἶδόν σε· καὶ ἰδοὺ ὁ καιρός σου, καὶ καιρὸς καταλυόντων* [64]· *καὶ διεπέτασα τὰς πτέρυγάς μου ἐπὶ σὲ* [65], *καὶ ἐκάλυψα τὴν ἀσχημοσύνην σου, καὶ ὤμοσά σοι, καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος.* Θεασάμενος γάρ σε ἐπιτηδείαν λοιπὸν εἰς τὸ δέξασθαι τὴν διὰ τοῦ νόμου πρὸς ἐμὲ κοινωνίαν, ἐξέτεινα μὲν οἷόν τινας πτέρυγας τῶν σωτηρίων ἐντολῶν τὴν διδασκαλίαν, καὶ συνεκάλυψα τὴν τῆς ἀνομίας γυμνότητα· τῷ δὲ συνοικεσίῳ καὶ προικῷον παρηκολούθησε γραμματεῖον. « Εἰσῆλθον γάρ, φησὶν, ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ ὅρκον ἐντεθῆναι τῷ γραμματείῳ, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι παρῃτησάμην· ἀλλ' ἀξιόχρεως ὢν καὶ λόγῳ μόνον ὑπισχνούμενος, καὶ ὅρκον τῷ λόγῳ προστέθεικα. Ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν τῷ βουλομένῳ τοῖς τοῦ νόμου γράμμασιν ἐντυχεῖν· εὑρήσει γὰρ καὶ ἐν τῇ τοῦ μακαρίου Μωσέως [66] ᾠδῇ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν λέγοντα· « Ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, καὶ ἐρῶ· Ζῶ ἐγὼ εἰς τὸν αἰῶνα. » « Καὶ ἐγένου μοι, » φησί. Τουτέστι, Συνήφθης μοι, καὶ ὁ γάμος ἀπετελέσθη.

VERS. 9, 10. *Et lavi te aqua, et ablui sanguinem tuum, et unxi te oleo. Et indui te varia, et calceavi te hyacintho, et cinxi te bysso, et circumdedi te subtilibus ex crinibus contextis.* Sigillatim sua enarravit beneficia. Primum enim *aqua*, inquit, doctrinæ *lavi te*, et lustrationes, et aspergilla adhibui. Deinde « unxi te oleo. » Sacerdotii formas hic recenset. Sacerdotes 778 enim oleo sancto ungebantur, ipsique byssina induebantur, et hyacinthina veste. Innuit etiam divitias, quæ illius providentia accesserunt ipsi populo, tam respectu spiritus quam corporis. « Et circumdedi te trichapto. » [C] Hoc erat rete e capillis confectum, quod mulierum capitibus circumponebatur. Per translationem igitur, decorem ipsis sua multifaria cura impositum declaravit. Innuit autem, ut ego arbitror, tabernaculum ex pellibus cilicinis confectum [r]; in quo et sacrificia pro peccato et pro perfectione offerebantur, et revelationes divinæ ex propitiatorio fiebant, Deo cum principe sacerdotum colloquente.

θ', ι'. *Καὶ ἔλουσά σε ἐν* [67] *ὕδατι, καὶ ἔπλυνα* [68] *τὸ αἷμά σου, καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ. Καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα, καὶ ὑπέδυσά* [69] *σε ὑάκινθον, καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ, καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ* [70]. Κατὰ μέρος τὰς οἰκείας διῆλθεν εὐεργεσίας· πρῶτον μὲν γάρ, φησὶ, τῷ τῆς διδασκαλίας *ἀπέπλυνα ὕδατι* [71] καὶ ἁγισμοὺς δὲ καὶ περιῤῥαντήρια προσενήνοχα. Ἔπειτα « ἔχρισά σε ἐλαίῳ. » Τὰ τῆς ἱερωσύνης λοιπὸν ἐνταῦθα διεξέρχεται εἴδη. Οἱ ἱερεῖς γὰρ τῷ ἐλαίῳ τῷ ἁγίῳ ἐχρίοντο· αὐτοὶ δὲ καὶ τὴν βυσσίνην καὶ τὴν ὑακινθίνην ἐσθῆτα περιεβάλοντο. Αἰνίττεται δὲ καὶ τὸν αὐτῷ τῷ λαῷ γενόμενον πλοῦτον, καὶ σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν, διὰ τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. « Καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ. » Πλέγμά [72] ἐστι τοῦτο ἀπὸ τριχῶν κατεσκευασμένον, ταῖς τῶν γυναικῶν περιτιθέμενον κεφαλαῖς. Τροπικῶς τοίνυν τὴν ἐπιτεθεῖσαν αὐτοῖς εὐπρέπειαν διὰ τῆς παντοδαπῆς παρεδήλωσεν ἐπιμελείας. Αἰνίττεται δὲ, ὡς οἶμαι, καὶ τὴν σκηνὴν ἀπὸ δέρρεων τριχίνων κατεσκευασμένην, ἐν ᾗ καὶ αἱ περὶ ἁμαρτίας προσεφέροντο θυσίαι, καὶ αἱ περὶ τελειώσεως, ἀποκαλύψεις τε θεῖαι ἐγίνοντο ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου, τῷ ἀρχιερεῖ τοῦ Θεοῦ προσδιαλεγομένου.

VERS. 11, 12. *Et ornavi te ornamento, et dedi armillas circa manus tuas, et monile circa collum tuum. Et dedi inaurem circa nasum tuum, et rotulas circa aures tuas, et coronam gloriationis super caput tuum.* Et unumquodque horum tropice decet intelligere. « Armillas manibus impositas, » eam virtutem, quæ ad agendum nos excitat; « monile collo [D]

ια', ιβ'. *Καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ, καὶ περιέθηκα ψέλλια περὶ τὰς χεῖράς σου, καὶ κάθεμα ἐπὶ* [73] *τράχηλόν σου. Καὶ ἔδωκα ἐνώτιον ἐπὶ τὸν μυκτῆρά σου, καὶ τροχίσκους ἐπὶ τὰ ὦτα* [74] *σου, καὶ στέφανον καυχήσεως ἐπὶ τῆς κεφαλῆς* [75] *σου.* Ἕκαστον [76] δὲ τούτων τροπικῶς προσήκει νοεῖν. « Ψέλλια μὲν ταῖς χερσὶ περιτιθέμενα, » τὴν πρακτικὴν ἀρετήν·

[q] Deut. XXXII, 40. [r] Exod. XXVI, 7, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[64] καταλ. *Hebr.* amorum. [65] σέ. Supra, p. 8, σοί. [66] B. Μωϋσέως. [67] ἐν. Des. supra, p. 8. [68] Rec. lect. est ἀπέπλυνα. [69] Supra, p. 8, ἐνέδησα. [70] Rec. lect. τριχαπτῷ. [71] B ἐπέπλυνα, ascripta tamen lectione nostra. [72] πλέγμα — κεφαλαῖς. Aliter ab Orig. et in Scholiis antiquis ad h. l. explicatur vox ista. [73] ἐπί. Supra, l. c. περὶ τόν. Sic quoque deinde post ἐνώτιον. [74] Supra, l. c. τὴν κεφαλήν. [75] Supra, l. c. τὴν κεφαλήν. [76] ἕκαστον — νοεῖν. Vid. supra, p. 14.

Digitized by Google

περιδέρραιον [77] δὲ τῷ τραχήλῳ περιτιθέμενον, τὸν τοῦ νόμου ζυγόν· ἐνώτιον δὲ τῷ μυκτῆρι ἐμβαλόμενον, τὴν διὰ τῶν ἐντολῶν τῆς κακίας ἀνατροπήν, χαλινοῦ δίκην προσφερομένην ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταύρων, οἳ τὸν σιδηροῦν χαλινὸν ταῖς ῥισὶ δέχονται, καὶ δι' ἐκείνου τῇδε κἀκεῖσε περιάγονται. Ὅτι δὲ καὶ βουσὶν ἀπείκασεν αὐτῶν τὴν θρασύτητα, μάρτυς ὁ προφήτης Ὡσηὲ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγων· « Ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παροίστρησεν Ἐφραΐμ. » Ἐνώτια δὲ τοῖς ὠσὶ προσφερόμενα τὴν ἀγαθὴν λέγει διδασκαλίαν, κόσμον ταῖς ἀκοαῖς διὰ τῆς εὐπειθείας προσφέρουσαν· *στέφανον* δὲ τῇ κεφαλῇ ἐπιτιθέμενον, τὴν ἐκ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῆς εὐνομίας, καὶ ἐξ ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν προσφερομένην εὐφημίαν.

ιγ'. *Καὶ ἐκοσμήθης χρυσίῳ, καὶ ἀργυρίῳ, καὶ τὰ περιβόλαιά σου βύσσινα, καὶ τρίχαπτα* [78], *καὶ ποικίλα.* Καὶ τούτων δὲ ἕκαστον δυνατὸν οὕτω νοῆσαι· κἀκεῖνο δὲ προσήκει προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὅτι οὐ πνευματικὰ μόνον διὰ τῶν εἰρημένων αἰνίττεται, ἀλλὰ καὶ τὴν σωματικὴν εὐπραξίαν σημαίνει. Εὐθὺς μὲν γὰρ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου ἐχρήσαντο παρὰ τῶν Αἰγυπτίων σκεύῃ ἀργυρᾷ καὶ χρυσᾷ, καὶ ἐσκύλευσαν τοὺς Αἰγυπτίους, τῆς βιαίας ἐργασίας δίκαιον ἀπαιτοῦντες μισθόν. Καὶ μέντοι καὶ τῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων ἐθνῶν πάντα τὸν πλοῦτον ἐλῃΐσαντο. Σημαίνει τοίνυν, πρὸς τοῖς πνευματικοῖς, καὶ τὴν σωματικὴν περιουσίαν Διὸ ἐπάγει· « Σεμίδαλιν, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ἔφαγες. » Πάντων, φησὶ, τῶν ἐκ γῆς ἀπήλαυσας ἀγαθῶν. Καὶ ἐγένου καλὴ σφόδρα, σφόδρα [79]. Εἶχες τὸν νόμον πληροῦσα τὴν ἀπὸ τῆς εὐνομίας εὐπρέπειαν. « Καὶ κατευθύνθης εἰς βασιλείαν [80]. » Οὕτω, φησὶν, ηὐξήθης, ὡς φοβερὰ γενέσθαι πᾶσι τοῖς ἐκ γειτόνων, καὶ βασιλικῆς ἀπολαύειν τιμῆς. Τοῦτο γὰρ ἠνίξατο, δι' ὧν ἐπήγαγεν.

ιδ'. *Καὶ ἐξῆλθέ σοι* [81] *ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν* [82] *τῷ κάλλει σου.* Ἐπίσημος γὰρ ἐγένου, καὶ πολυθρύλλητος παντοχοῦ. Εἶτα καὶ τὴν τούτου αἰτίαν φησί [83]· « Διότι συντετελεσμένον ἦν ἐνεύπρεπείᾳ [84], ἣ ἔταξα ἐπὶ σὲ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. » Ἐγὼ γάρ σοι τῆς εὐπρεπείας ταύτης ἐγενόμην αἴτιος, ἐντολαῖς καὶ νόμοις ἰδίοις κατακοσμήσας.

ιε'. *Καὶ ἐπεποίθεις ἐν τῷ κάλλει σου.* Αὕτη τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, τὸ καταλιπεῖν μὲν τὴν θείαν ἐλπίδα, τοῖς δὲ οἰκείοις ἐναβρύνεσθαι κατορθώμασι. « Καὶ ἐπόρνευσας ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐξέχεας τὴν πορνείαν σου ἐπὶ πάντα πάροδον· αὐτῷ ἐγίνετο [85], καὶ οὐκ ἔσται [86]. » Ὀνομαστοτάτη, φησὶ, γενομένη, καὶ μέγα διὰ τοῦτο φρονήσασα, ἐμοῦ μὲν ἀπέστης, εἰς ἐσχάτην δὲ ἀκολασίαν ἐξώκειλας, οὐχ ἕνα ἐραστὴν, οὐδὲ δύο δεχομένη, ἀλλὰ πάντα τὸν διὰ σοῦ παρελθεῖν

circumpositum, » legis jugum : « inaurem naso injectam, » a vitiis dehortationem, quæ fit per mandata freni instar adhibita, translatione a tauris desumpta, qui ferreum annulum naribus excipiunt, quo huc atque illuc circumducuntur. Et bobus eorum audaciam comparari, **779** * testis quoque est Oseas propheta qui ex persona Domini loquens, ait : « Sicut juvenca œstro percita insanivit Ephraim [a]. » Per *inaures* vero auribus adhibitas bonam significat doctrinam, ornamentum auribus per obedientiam imponentem *coronam;* vero capiti impositam, eam dicit gloriam, quæ pietate, et cultu legis, atque adeo ex omnibus bonis comparata sit.

VERS. 13. *Et ornata es auro et argento, et amicimenta tua byssina, et subtilia ex crinibus contexta, et varia.* Et unumquodque horum ita potest intelligi. Et illud ad ea quæ dicta sunt addere opus est, non solum spiritualia innui per ea quæ dicta sunt, sed etiam beneficia ad corpus pertinentia significari. Statim enim ex Ægypto abeuntes vasa argentea et aurea mutuati Ægyptios spoliarunt, justam violenti operis repetentes mercedem. Insuper earum quoque gentium, quæ Palæstinam incolebant, omnes facultates deprædati sunt. Significat itaque, præter spiritualia bona, eorum quoque quæ ad corpus pertinent abundantiam. Idcirco subjicit : « Similam, mel, et oleum comedisti. » Omnibus, inquit, terræ bonis potita es ad fruendum. « Et valde, valde pulchra facta es. » Observans legem adepta es decorem ab ipsius legis cultu profectum. « Et directa es in regnum. » Ita, inquit, aucta es in regnum, ut formidabilis facta sis omnibus finitimis, et regium honorem perceperis. Hoc enim innuit his quæ subjecit :

VERS. 14. *Et exivit tibi nomen in pulchritudine tua in gentibus.* **780** Illustris enim facta es, et celebris ubique. Deinde etiam hujusce rei causam declarat : « Quia completum erat in decore, quem posui super te, dicit Adonai Dominus. » Ego enim tibi decoris istius auctor eram, qui propriis præceptis et legibus te instruxeram.

VERS. 15. *Et confisa es in pulchritudine tua.* Hoc est malorum initium, spem divinam abjecisse, suisque prosperis gloriari successibus. « Et fornicata es in nomine tuo, et effudisti fornicationem tuam super omnem transeuntem; ipsi fiebat, et non erit. » Cum nobilissima facta esses, inquit, et idcirco maxime gloriareris, a me defecisti ; in extremam autem lasciviam delapsa es, non unum aut alterum excipiens amatorem, sed omnes qui per te transire

[a] Osee IV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[77] περιδ. Mallem legere κάθεμα. [78] Alii τριχαπτά. [79] σφ. Non repetitum supra, p. 8. [80] καὶ — βασ. Hæc exstant tantum in ed. Compl. et Grab., des. autem supra, p. 8. *Hebr.* et prospera fuisti in regno. [81] Supra, l. c. σου, juxta rec. lect. [82] ἐν. Supra, l. c. ἐπί. [83] φησί. Des. in B. [84] εὐπρ. Apud LXX, sequ. ἐν τῇ ὡραιότητι. [85] αὐτ. ἐγ. Ita Compl. juxta Hebr. [86] κ. οὐκ ἔσται. Des. apud LXX, nec immerito, cum duplex sit interpretatio.

Digitized by Google

cupierunt, et cum unoquoque * ipsorum præter legem habebas consuetudinem. Hoc enim declaravit cum dixit : « Ipsi fiebat, et non erit; » id est cum aliis conjuncta es, ad quos nihil attinebas : siquidem mihi a principio teipsam dedicasti. Et *fornicationem* hic idolorum cultum vocat : et *omnem transeuntem*, diversas dæmonum insidias.

A ἐθελήσαντα· καὶ συνεγίνου ἑκάστῳ παρανόμως δεχομένη τὴν συνουσίαν. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Αὐτῷ ἐγίνετο, καὶ οὐκ ἔσται· » τουτέστι, Συνήπτου ἑτέροις, οὐδαμόθεν αὐτοῖς ἁρμόττουσα· ἐμοὶ γὰρ σαυτὴν ἐξ ἀρχῆς ἀνατέθεικας. *Πορνείαν* δὲ ἐνταῦθα τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ· *πάντα* δὲ *πάροδον*, τὰς διαφόρους τῶν δαιμόνων ἐπιβουλάς.

Vers. 16. *Et sumpsisti de vestimentis tuis, et fecisti tibiipsi idola consuta, et fornicata es super eis : et non ingredieris, quæ non erunt, neque fient.* Nova, inquit, et incredibilia tua idololatriæ instituta. Non enim aliorum tantum æmulata es mala, sed ipsa etiam alia excogitasti, idolorum imaginibus e vestibus confectis, diisque nuncupatis, **781** cum præsertim talia omnia tibi per legem interdixissem.

ις'. *Καὶ ἔλαβες ἐκ τῶν ἱματίων σου, καὶ ἐποίησας σεαυτῇ εἴδωλα ῥαπτὰ, καὶ ἐξεπόρνευσας ἐπ' αὐτὰ, καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃς, ἃ οὐκ ἔσται* [87], *οὐδὲ μὴ γένηται.* Καινὰ, φησὶ, καὶ παράδοξά σου τὰ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπιτηδεύματα. Οὐ γὰρ μόνα τὰ τῶν ἄλλων ἐζήλωσας κακὰ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἕτερα ἐπενόησας, ἐξ ἱματίων εἰδώλων εἰκόνας κατασκευάσασα, καὶ θεοὺς ἀναγορεύσασα, καὶ ταῦτα ἐμοῦ σοι διὰ τοῦ νόμου τὰ τοιαῦτα [88] ἀπαγορεύσαντος. B

Vers. 17. *Et sumpsisti vasa tua splendida ex argento meo, et ex auro meo, ex iis quæ dedi tibi, et fecisti tibi imagines masculorum, et fornicata es cum eis.* A me, inquit, argentum et aurum accipiens, deosque ex meis donis fabricans, meo cultui eos prætulisti. *Imagines* autem *masculorum* appellavit, quia *fornicationem* idololatriam per translationem nominat.

ιζ'. *Καὶ ἔλαβες τὰ σκεύη τῆς καυχήσεώς σου ἐκ τοῦ ἀργυρίου μου καὶ ἐκ τοῦ χρυσίου μου, ἐξ ὧν δέδωκά* [89] *σοι, καὶ ἐποίησας σεαυτῇ εἰκόνας ἀῤῥενικὰς, καὶ ἐπόρνευσας ἐν αὐταῖς.* Παρ' ἐμοῦ, φησὶ, τὸν ἄργυρον, καὶ τὸν χρυσὸν λαμβάνουσα, θεοὺς ἐκ τῶν ἐμῶν κατασκευάζεις δωρεῶν, καὶ τούτους τῆς ἐμῆς προείλου θεραπείας. *Εἰκόνας* δὲ *ἀῤῥενικὰς* ὠνόμασεν, ἐπειδὴ *πορνείαν* τὴν εἰδωλολατρείαν τροπικῶς [90] ὀνομάζει.

Vers. 18, 19. *Et sumpsisti*, inquit, *vestimentum tuum varium, et induisti ea, et oleum meum, et thymiama meum posuisti ante faciem eorum. Et panes quos dedi tibi : similam, et mel, et oleum (quibus) cibavi te, ea posuisti ante faciem ipsorum in odorem suavitatis.* Quæ a me, inquit, accepisti bona, hæc adulteris illis dæmonibus offerebas, aliis eos instruens et adornans, aliis libamina et sacrificia peragens.

ιη', ιθ'. *Καὶ ἔλαβες*, φησὶ, *τὸν ἱματισμόν σου τὸν ποικίλον, καὶ περιέβαλες αὐτὰ* [91], *καὶ τὸ ἔλαιόν μου καὶ τὸ θυμίαμά μου ἔθηκας πρὸ προσώπου αὐτῶν. Καὶ τοὺς ἄρτους, οὓς ἔδωκά σοι, σεμίδαλιν καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ἐψώμισά σε, καὶ ἔθηκας αὐτὰ πρὸ προσώπου αὐτῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.* Ἃ παρ' ἐμοῦ, φησὶν, ἐλάμβανες ἀγαθὰ, ταῦτα τοῖς μοιχοῖς ἐκείνοις προσέφερες δαίμοσι, τοῖς μὲν αὐτοὺς κατακοσμοῦσα, καὶ καταποικίλλουσα, τοῖς δὲ τὰς θυσίας καὶ τὰς σπονδὰς ἐπιτελοῦσα. C

Et factum est, dicit Adonai Dominus. (Vers. 20.) *Et sumpsisti filios tuos, et filias tuas, quas genuisti, et sacrificasti eis in consumptionem.* Deinde reprehensio est per ironiam. « Quasi parum fornicata esses. » Ex quibus apertum est, et maxime perspicuum, *fornicationem* hic idolorum cultum ab eo vocari.

Καὶ ἐγένετο, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος. (κ') *Καὶ ἔλαβες τοὺς υἱούς σου καὶ τὰς θυγατέρας σου, ἃς* [92] *ἐγέννησας, καὶ ἔθυσας αὐτοῖς εἰς ἀνάλωσιν* [93]. Εἶτα κατ' εἰρωνείαν ὁ ἔλεγχος. « Ὡς μικρὰ ἐξεπόρνευσας [94]. » Ἐξ ὧν δῆλον, καὶ λίαν σαφὲς, ὅτι *πορνείαν* ἐνταῦθα τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν καλεῖ.

Vers. 21, 22. *Et jugulasti*, inquit, *filios tuos, et dedisti eos, ut expiares eos ipsis.* **782** *Hoc præter omnem fornicationem tuam, et abominationes tuas.* Omnium enim revera et improbissimum, et maxime detestabile, injusta filiorum cædes, quam insani illi, ut expiatio fieret, perpetrabant, utque liberationem a malis, ut stulte opinabantur, sibi conciliarent. « Et non meministi diei * infantiæ tuæ, quando eras nuda, et ignominiosa, et inquinata sanguine tuo, et vixisti. » Non revocasti,

κα', κβ'. *Καὶ ἔσφαξας*, φησὶ, *τὰ τέκνα σου* [95] *καὶ ἔδωκας αὐτὰ ἐν τῷ ἀποτροπιάζεσθαί* [96] *σε αὐτὰ αὐτοῖς. Τοῦτο παρὰ πᾶσαν τὴν πορνείαν καὶ τὰ βδελύγματά σου.* Πάντων γὰρ τῷ ὄντι καὶ μυσαρώτατον, καὶ μιαρώτατον, ἡ ἄδικος τῶν παίδων σφαγὴ, ἣν ἐπετέλουν οἱ μεμηνότες ἀποτροπιαζόμενοι, καὶ κακῶν ἀπαλλαγὴν, ὡς ἀνοήτως ὑπελάμβανον, σφίσιν αὐτοῖς μηχανώμενοι. « Καὶ οὐκ ἐμνήσθης τῆς ἡμέρας τῆς νηπιότητός σου, ὅτε ἦσθα γυμνὴ, καὶ ἀσχημονοῦσα, καὶ πεφυρμένη ἐν τῷ αἵματί σου, καὶ D

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἃ οὐκ ἔσται. Hæc itidem ex gemina interp. orta sunt, et des. apud LXX. [88] τοιαῦτα. B. add. πάντα. [89] B ἔδωκα, juxta rect. lect. [90] τρ. Ex B suppl. [91] αὐτά. Ita quoque A et B juxta Alex. Alii αὐτάς. [92] ἃς — ἀναλ. Supra, t. I, p. 85 et p. 337, erat, οὓς ἐγέννησάς μοι, καὶ προσήνεγκας αὐτοὺς τοῖς ἐρασταῖς σου. Infra, *Gr. Aff. Curat.* serm. 7, leg. ἃς ἐγ. μοι, καὶ προσήγαγες αὐτοὺς τοῖς ἐρ. σου. [93] εἰς ἀν. *Hebr.* ad comedendum. [94] ὡς μ. ἐξεπ. *Hebr.* an minus est illud fornicationibus tuis? [95] σου *Hebr.* meos. [96] ἐν τῷ ἀποτρ. *Hebr.* cum traduceres.

Digitized by Google

ἔζησας [96]. Οὐκ ἔλαβες, φησὶν, εἰς νοῦν τὰ πρότερα, ὅπως σε γυμνὴν οὖσαν, καὶ πάσης προνοίας ἐστερημένην καὶ τῷ εἰδωλικῷ αἵματι πεφοινιγμένην, λαβὼν ἀπέλουσά τε καὶ ζωῆς καὶ πάσης κηδεμονίας ἀπολαῦσαι πεποίηκα.

κγ'. *Καὶ ἐγένετο μετὰ πάσας τὰς ἀδικίας* [96*] *σου, Οὐαὶ* [97], *οὐαί σοι, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Καρπὸν δέ φησι τῆς ἀγνώμονος γνώμης ταύτης δρέπῃ θρῆνον καὶ ὀδυρμόν. Εἶτα πλατύτερον αὐτῆς διέξεισι τὴν ἀσέβειαν.

η'. *Ἐν τῷ τιθέναι αὐτοὺς τὸ πρόθυρόν μου, φησὶν, ἐν τοῖς προθύροις αὐτῶν, καὶ τὰς φλιάς μου ἐχομένας τῶν φλιῶν αὐτῶν, καὶ ἔδωκαν τὸν τοῖχόν μου, ὡς συνεχόμενον ἐμοῦ καὶ αὐτῶν, καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ ὄνομά μου*[55] *τὸ ἅγιον ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν, ἃς*[56] *ἐποίουν.* Διὰ πάντων διδάσκει ὡς οὐδὲ αὐτοῖς ἱερὸς[57] καὶ ὁ θεῖος νεὼς ἐνομίζετο, ὡς πάντα ἐν ἐκείνῳ δρᾶν, ἃ ἐν[58] ταῖς οἰκίαις ἐποίουν. Οὗ χάριν φησί· « Καὶ συνετέλεσα[59] αὐτοὺς ἐν τῷ θυμῷ μου, καὶ ἐν φόνῳ[60]. » Δίκας αὐτοὺς, φησὶ, τῆς παρανομίας ἐπραξάμην, καὶ σφαγῇ αὐτοὺς παρέδωκα. Εἶτα παραινεῖ καταλιπεῖν αὐτοὺς τὴν προτέραν ὁδὸν, καὶ τῆς ἀσεβείας ἀπαλλαγῆναι, καὶ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν· καὶ ὑπισχνεῖται, τούτων γιγνομένων, κατασκηνοῦν ἐν μέσῳ αὐτῶν εἰς[61] τὸν αἰῶνα. Καὶ ἔτυχον ἂν τῶν ὑποσχέσεων, εἰ παραγενόμενον πρὸς αὐτοὺς τὸν Δεσπότην ἐδέξαντο· ἐπειδὴ δὲ ἰδόντες αὐτὸν ἔφασαν πρὸς ἀλλήλους· « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία[62], » ἐκείνους μὲν ἐκ τοῦ

C Vers. 8. *Cum ponerent ipsi vestibulum meum*, inquit, *in vestibulis suis, et postes meos juxta postes suos ; et dederunt parietem meum quasi connexum inter se et me, et profanarunt nomen meum sanctum iniquitatibus suis, quas faciebant.* His omnibus docet ne ipsis quidem sacrum et divinum visum fuisse templum, ita ut omnia in eo facerent, quæ domi facere consueverunt. Quare, « Et consumpsi eos, inquit, in ira mea, et in cæde. » Pœnas, inquit, scelerum ab ipsis exegi, eosque occidi. [9] Deinde admonet, ut ipsi relicta pristina via ab impietate deficiant, et ipsi, inquam, et duces ipsorum : ac pollicetur, si hæc fiant, se in medio ipsorum in perpetuum habitaturum esse. Et hæc promissa consecuti essent, **1030** si Dominum, qui ad ipsos D venit, excepissent : sed quia, cum vidissent ipsum, dixerunt inter se : « Hic est hæres, venite, occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus[j] ; » illos quidem de vinea dejectos in orbem terrarum dissipavit, vineam vero tradidit aliis agricolis, quibus-

[g] Exod. xxv, 40. [h] Joan. xiv, 2, 3. [i] Matth. xxiii, 38. [j] Matth. xxi, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[48] B αὐτῶν. [49] πάλιν. Loco cit. præcedunt nonnulla. Aliæ quoque lectiones sunt loco cit. [50] ἡγουμ. *Hebr.* reges. [51] παρ. A φόνοις. [52] αὐτ. Des. in A. [53] ἐν μ. αὐτ. *Hebr.* excelsis suis. [54] περὶ. B ἐπὶ. [55] μου. In A ponitur post ἅγιον. [56] A αἷς. [57] ὡς οὐδὲ αὐτοῖς ἱερός. B ὡς οὐδεμίαν ἔσχον τῶν ἁγίων καὶ βεβήλων διαφοράν, ἀλλὰ κοινὸς αὐτοῖς. [58] ἐν. B præm. καί. [59] συνετ. A ἐξέτριψα. [60] καὶ ἐν φόνῳ. Des. in Hebr. [61] εἰς. Des. in B. [62] ἡμ. ἔστ. ἡ κληρ. Rec. lectio loco cit. est κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

Digitized by Google

cum in perpetuum habitat, in tempore ab ipsis fructum percipiens. [10–15] Deinde præcipit prophetæ, ut populo ostendat templi ædificium, ut propter beneficii magnitudinem et spem restitutionis in pristinum statum, pudore suffusi delinquere desinant, et ab * impietate deficiant. Non solum autem leviter adumbrare, et populo describere templi ædificationem jussus est, sed etiam illius cæremonias et consuetudines ostendere, ut ipsorum observatione Dominum colant. Asserit item, se contemplatum esse etiam thymiamatum altare, cujus altitudo duorum cubitorum, longitudo unius, et latitudo ejusdem mensuræ erat. Et duo se altaria conspexisse ait, non æqualis mensuræ, sed alterum majus, alterum minus. Commodum vero fuerit ut inquiramus, cur, cum beatus Moses unum propitiatorium secundum divinum præceptum fecerit, hic propheta duo contempletur. Arbitror autem, id quod breve est majoris esse figuram. Figura enim erat antiquum illud Novi Testamenti, et propitiatorium illud nostri propitiatorii : Christus autem propitiatio nostra est, sicut ait divus Apostolus, « Quem proposuit Deus propitiationem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ **1031** suæ [k]. » Ait item, inter duo altaria cubitos quatuor esse divinis Evangeliis numero æquales : inter legem enim et sperata bona, Evangeliorum gratia hominibus data est.

VERS. 16. *Et Ariel*, inquit, *cubitorum duodecim longitudine, et latitudine totidem. Ariel* vero Hebræorum lingua *montem Dei* significat, vel secundum aliam interpretationem, *lumen Dei*. Sic autem, ut ego arbitror, vocat altaris basin. Atque hic numerus cubitorum cum sacris apostolis consentit, qui bases et crepidines divinæ gratiæ fuerunt, et Ecclesiæ fundamentum et crepido. « Tu enim es Petrus, inquit, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, » dixit Dominus [l]. Et rursus : « Vos estis lux mundi [m]. » [17] Et ipsum propitiatorium duobus cubitis asserit majus esse quam Ariel, et longitudine, et latitudine. Neque enim sola divinitate, sed etiam assumpta humanitate, infinito intervallo major est servis Dominus. [18 27] Deinde prophetæ imperat auctor omnium rerum Deus, ut sacrificiorum leges edoceat sacerdotes, et quemadmodum oporteat pro peccato vitulum et afferre, et sacrificare, et ubi oporteat desistere : et quemadmodum item altaris cornua circum aspergenda sint, et propitiatorii anguli, deinde pro peccato hædi ab omni macula liberi offerendi ; et rursus quomodo eodem modo sanguine * altare perfundendum sit. Et ita, inquit,

A ἀμπελῶνος ἐκβαλὼν εἰς τὴν οἰκουμένην διέσπειρε, τὸν δὲ ἀμπελῶνα ἐξέδοτο ἄλλοις γεωργοῖς, μεθ' ὧν εἰς τὸν αἰῶνα κατασκηνοῖ, εἰς καιρὸν παρ' αὐτῶν τοὺς καρποὺς κομιζόμενος. Εἶτα παρακελεύεται τῷ προφήτῃ δεῖξαι τῷ λαῷ τοῦ νεὼ τὴν οἰκοδομίαν, ἵνα διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς ἐλπίδος τῆς ἀνακλήσεως ἐντραπέντες, τοῦ πλημμελεῖν καὶ δυσσεβεῖν παύσωνται. Οὐ μόνον δὲ σκαριφεῦσαι καὶ διαγράψαι τὴν οἰκοδομίαν τῷ λαῷ προσετάχθη, ἀλλὰ καὶ τούτου καὶ [63] δικαιώματα καὶ τὰ νόμιμα ὑποδεῖξαι, ἵνα τῇ τούτων φυλακῇ θεραπεύσωσι [64] τὸν Δεσπότην. Λέγει δὲ τεθεᾶσθαι καὶ τὸ τῶν θυμιαμάτων θυσιαστήριον, τὸ μὲν ὕψος δύο πήχεων, τὸ δὲ μῆκος πήχεως, ἰσόμετρον [65] δὲ εὖρος. Λέγει καὶ δύο τεθεᾶσθαι ἱλαστήρια, οὐκ [66] ἰσόμετρα, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ

B δὲ μεῖζον. Ἀναγκαῖον ζητῆσαι, τί δήποτε τοῦ μακαρίου Μωσέως ἓν ἱλαστήριον κατὰ τὴν θείαν ἐντολὴν πεποιηκότος, ἐνταῦθα δύο θεωρεῖ ὁ προφήτης. Ἡγοῦμαι δὲ ὡς τὸ βραχὺ τύπος τοῦ μείζονος· τύπος γὰρ ἡ Παλαιὰ τῆς Νέας Διαθήκης, καὶ τὸ ἱλαστήριον ἐκεῖνο τοῦ ἡμετέρου ἱλαστηρίου· Χριστὸς δέ ἐστι τὸ ἡμέτερον ἱλαστήριον, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, « Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον [67] ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. » Λέγει δὲ καὶ μεταξὺ τῶν δύο ἱλαστηρίων πήχεις εἶναι τέσσαρας, τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἰσαρίθμους· μεταξὺ γὰρ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν, τῶν Εὐαγγελίων ἡ χάρις τοῖς ἀνθρώποις ἐδόθη.

ις'. *Καὶ τὸ Ἀριὴλ, φησὶ, πηχῶν δώδεκα τὸ μῆ-*
C *κος* [68] *καὶ* [69] *τὸ πλάτος ἰσόμετρον.* Τὸ δὲ *Ἀριὴλ* σημαίνει τῇ Ἑβραίων φωνῇ *ὄρος Θεοῦ*, ἢ κατ' ἄλλην ἑρμηνείαν, *φῶς Θεοῦ*· καλεῖ δὲ οὕτως, ὡς ἡγοῦμαι, τοῦ ἱλαστηρίου τὴν βάσιν. Συμβαίνει δὲ καὶ οὗτος τῶν πήχεων ὁ ἀριθμὸς τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις, οἱ βάσεις καὶ ἐπιβάσεις τῆς θείας ἐγένοντο χάριτος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὑποβάθρα καὶ κρηπίς· « Σὺ γὰρ εἶ Πέτρος, φησὶ, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, » ὁ Κύριος ἔφη. Καὶ πάλιν· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Αὐτὸ δὲ τὸ ἱλαστήριον δύο πήχεσι λέγει μεῖζον εἶναι τοῦ Ἀριὴλ, καὶ κατὰ τὸ μῆκος, καὶ κατὰ τὸ εὖρος· οὐ γὰρ μόνῃ τῇ θεότητι, ἀλλὰ καὶ τῇ προσληφθείσῃ ἀνθρωπότητι, ἀπείρῳ τῷ μέτρῳ μείζων ὁ Δεσπότης τῶν δούλων. Εἶτα παρακελεύεται τῷ προφήτῃ ὁ τῶν

D ὅλων Θεὸς, τοὺς περὶ τῶν θυσιῶν νόμους διδάξαι τοὺς ἱερέας, καὶ ὅπως δεῖ τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας μόσχον καὶ προσαγαγεῖν, καὶ θῦσαι, καὶ ἔνθα προσήκει καταπαῦσαι, καὶ ὅπως δεῖ περιῤῥᾶναι τοῦ τε θυσιαστηρίου τὰ κέρατα, καὶ τοῦ ἱλαστηρίου τὰς γωνίας· εἶτα τοὺς περὶ ἁμαρτίας ἐρίφους μώμου παντὸς ἐλευθέρους ὄντας προσαγαγεῖν· καὶ πάλιν ὡσαύτως τῷ αἵματι περιῤῥᾶναι τὸ θυσιαστήριον. Οὕτω δὲ, φησὶ,

[k] Rom. III, 25. [l] Matth. XVI, 18. [m] Matth. V, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[63] καὶ, B τά. [64] B θεραπεύωσι. [65] B ἰσόπλευρον, ascripta tamen lectione altera. [66] οὐκ. B καὶ. [67] ἱλαστ. Loco cit. sequitur διὰ τῆς πίστεως, quæ etiam exstant infra, in textu loci citati. [68] A μήκους. [69] καὶ — ἰσόμ. A ἐπὶ πήχεις δώδεκα πλάτους.

Digitized by Google

τούτων γινομένων, καὶ τοῦ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἱλασμοῦ πληρωθέντος, προσοίσουσι μόσχον καὶ πρόβατον, μώμου καὶ αὐτὰ ἀπηλλαγμένα, καὶ μετὰ ἁλῶν τὴν θυσίαν [70] ἐπιτελέσουσιν. Μήνυμα δὲ οἱ ἅλες λογισμοῦ, καὶ διακρίσεως, καὶ φρονήματος εὐσεβοῦς· οὐχ ἁπλῶς γὰρ, οὔτε ὡς ἔθει δουλεύοντες, ταῦτα ποιήσουσιν, ἀλλὰ μετά τινος λόγου καὶ σκοποῦ εὐσεβεῖν προαιρουμένου. Ποιήσουσι δὲ, φησὶν, ἑπτὰ ἡμέρας τὰς τοιάσδε θυσίας· ἀπὸ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ ἐπέκεινα, τοιάσδε θυσίας [71], ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διεξίω.

A cum hæc facta fuerint, et absoluta propitiatio pro peccato, **1032** afferent vitulum et ovem, ipsos quoque omnis maculæ expertes, et cum sale sacrificium peragent. *Sal* autem rationem et judicium designat, et piam opinionem. Neque enim simpliciter, aut consuetudini inservientes, hæc facient : sed quadam cum ratione et consilio, quod recte agere instituerit. Et facient, inquit, per septem dies hujuscemodi sacrificia ; a die vero octavo et ultra, talia offerent sacrificia, ne singula percurram.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Ὑπέδειξε δέ μοι καὶ τὴν πύλην, τὴν πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένην, κεκλεισμένην, καὶ παρηγγύησε διηνεκῶς ταύτην κεκλεῖσθαι, καὶ ἀπονεμηθῆναι αὐτῷ τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ· οὐκ ἐπειδὴ θύρας ἔχρῃζεν εἰσιέναι βουλόμενος ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τοῖς πᾶσι παριστάμενος. Πῶς γὰρ ἂν καὶ εἰσῆλθε ταύτης κεκλεισμένης, εἴπερ εἰσιέναι διὰ θυρῶν ἐπεφύκει; Ἀλλὰ ταῖς ἀσθενεστέραις συγκατιὼν ἀκοαῖς ταῦτα διατυποῖ. Εἰκὸς δὲ [72] διὰ τούτων ἡμῖν αἰνίττεσθαι καὶ τὴν Παρθενικὴν μήτραν, δι' ἧς οὔτε εἰσελήλυθέ τις, οὔτε ἐξελήλυθεν, ἢ μόνος αὐτὸς ὁ Δεσπότης. Προσέταξε δὲ παρὰ τὴν [73] θύραν καὶ τὸν ἡγούμενον, τουτέστι τὸν ἀρχιερέα, τῆς τροφῆς ἀπολαύειν, παριέναι δὲ διὰ τοῦ προπυλαίου, καὶ ἀπιόντα, καὶ ἀνιόντα [74]· τοῦτο γὰρ ἐκάλεσεν *αἰλάμ*. Οὕτω δὲ τούτων καὶ λαληθέντων καὶ δειχθέντων, πάλιν ὁρᾷ τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν ἐν τῇ πύλῃ τῇ πρὸς βορρᾶν, καὶ εἰπεῖν κελεύεται τῷ παραπικραίνοντι λαῷ, ἢ προσεριστῇ καὶ φιλονείκῳ· οὕτως γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ ἡρμηνεύκασιν· ἀρκεσθῆναι τῇ προτέρᾳ παρανομίᾳ, ἣν τολμῶντες διετέλεσαν, ἀλλοφύλους καὶ ἀπεριτμήτους εἰς τὸν θεῖον εἰσάγοντες νεών· τὸ δὲ μέγιστον τῶν ἐγκλημάτων, ὅτι οὐ μόνον τὴν σάρκα ἀπερίτμητον εἶχον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς σαρκὸς τὴν διάνοιαν· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι τῆς μὲν καρδίας ἡ περιτομὴ δικαιοσύνης κατόρθωσις, ἡ δὲ τῆς σαρκὸς περιτομὴ τῆς κατὰ διάνοιαν περιτομῆς σημεῖόν ἐστι καὶ σφραγίς. Παρεγγυᾷ τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τοὺς μὲν καὶ κατὰ ψυχὴν ἀπεριτμήτους, καὶ κατὰ σῶμα ἀλλογενεῖς καὶ ἀλλοφύλους πόρρωθεν τῶν θείων μεῖναι περιβόλων, τοὺς δὲ Λευΐτας κοινωνήσαντας τῇ τοῦ λαοῦ παρανομίᾳ, καὶ τῶν εἰδώλων τὴν θεραπείαν ἀσπασαμένους, τῆς οἰκείας τάξεως ἀποστῆναι, καὶ μήτε πυλωρεῖν, μήτε σφάττειν τὴν ὁλοκαύτωσιν, καὶ τὴν περὶ ἁμαρτίας θυσίαν, μήτε μὴν πελάζειν τοῖς ἱεροῖς, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀσεβείας λαβεῖν καρπὸν τὴν ἀτιμίαν· μόνον δὲ τοῦ Σαδοὺκ τὸ γένος ἐπὶ τῆς πατρῴας μεῖναι εὐσεβείας, καὶ ἱερουργεῖν, καὶ φυλάττειν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πληροῦν. Προσήκει δὲ αὐτοὺς, φησὶ, τοῖς μὲν ἐξ ἐρίων ὑφάσμασι μηδαμῶς κεχρῆσθαι, ἐσθήματα δὲ λινᾶ περιβάλλεσθαι μόνα, κατὰ τὸν τῆς ἱερουργίας καιρὸν, καὶ κίδαριν δὲ ἕκαστος τῇ κεφαλῇ περιτιθέτω, καὶ διαζώματα δὲ ἔνδοθεν

CAPUT XLIV.

[1,2] Ostendit autem mihi quoque portam ad orientem conversam clausam, præcepitque hanc continenter claudi, et attribui ipsi auctori omnium B rerum Domino, non quod porta indigeret, cum ingredi vellet, qui ubique interest et omnibus adest. Quomodo enim hac clausa ingressus esset, si per portas ingredi consuevisset? Verum imbecillioribus auribus sese accommodans hæc designat. Et verisimile est, per hæc nobis Virginalem uterum indicari, per quem neque ingressus, neque egressus est quisquam alius, quam solus ipse Dominus. [3] Præcepit item, apud hanc ipsam portam ducem quoque, hoc est, principem sacerdotum, cibo vesci, et per vestibulum transire et abeuntem et accedentem : hoc enim vocavit *ælam*. [4-8] Ita his narratis et ostensis, rursus intuetur Domini gloriam in porta ad aquilonem sita, et dicere jubetur exacerbanti populo, vel litigioso et contentioso (ita C **1033** enim et alii interpretati sunt), ut contenti sint pristinis facinoribus, quæ patrare ausi essent, alienigenas et incircumcisos in sacrum Dei templum introducentes : et quod maximum criminum est, quia non solum carnem incircumcisam habebant, sed etiam amplius carne mentem ipsam. Ita ut perspicuum sit, cordis circumcisionem justitiæ perfectionem esse : carnis vero circumcisionem, ejus circumcisionis quæ mentis est, indicium esse et signaculum. [9-16] Præcipit igitur auctor omnium rerum Deus, eos qui animo incircumcisi erant, et corpore alienigenæ et peregrini, procul a divinis septis morari, Levitas autem, qui scelerum populi participes fuere, et idolorum cultum amplexi, ab ordine suo removeri, D neque janitorum officio fungi, neque holocaustum jugulare, aut sacrificium pro peccato, neque insuper sacris appropinquare, sed impietatis suæ fructum ignominiam percipere ; genus vero Sadoci, quod patriam pietatem servavit, duntaxat ministrare, et custodiam tenere, et alia omnia sacerdotum munera obire. [17-25] Et decet ipsos, inquit, vestibus e lanis contextis nequaquam uti, sed lineis tantum vestimentis indui tempore ministerii, et unumquemque capiti imponere cidarim, et subligaculis intus se præcingere, atque exeuntes ad

VARIÆ LECTIONES.

[70] Θυτ. B θείαν, in margine θυσίαν. [71] θυσ. Des. in B. [72] δέ. Des. in B. [73] τήν. B præm. ταύτην. [74] B ἐπανιόντα.

Digitized by Google

populum, vestes cultui dedicatas exuere, et aliis indutos extra portas egredi. Neque enim fas est, a sacerdotio alienum sacerdotalibus vestibus indutum appropinquare. Capita quoque non radent, quod facere consueverant idolorum sacerdotes : « Et comas suas non nudabunt. » Hebræus vero **1034** et Syrus *non nutrient* dixere. Neque enim radi ipsos, inquit, oportet, neque comas nutrire, sed tonsuræ mediocritatem observare. Hoc enim significavit, cum dixit : « Cooperientes cooperient capita sua. » Oportet item ipsos eo tempore, quo sacerdotio fungendum est, a vini potu abstinere : ac, si velint uxorem ducere, neque viduam, neque repudiatam mulierem ducere, sed virginem. Quod si etiam aliqua fuerit sacerdotis uxor vidua relicta, et voluerit aliquis eam ducere, ne tales quidem nuptiæ a lege interdicentur : siquidem inviolatum manet sacerdotii genus, si quæ sacerdoti copulata fuit sacerdoti rursus conjungatur. Quos rursus oportet etiam populum erudire, et communium sacrorumque discrimen docere. Ipsi etiam causas ad cædes pertinentes judicent, et alias lites dissolvant, semper id quod justum est, præferentes. Et celebritates secundum legem peragant, et Sabbata quiete et aliis rebus honorent. « Et ad animam hominis non ingredientur, ut polluantur, » hoc est, ad cadaver (sic enim et Hebræus, et Syrus dixit), « sed ad solum patrem et matrem, inquit, filium et filiam, fratrem et sororem nondum nuptam. » [26-31] Deinde præcipit, quomodo immundus emundandus sit, ut ita possit ad obeundum munus accedere : non quia revera * exsecrandum esset mortuos inspicere (si enim vere hoc læsisset, læsisset etiam mortui patris, aut matris, aut fratris aspectus) : sed per hæc ostendere vult, majori observantia dignum apud Judæos, qui parva extollere didicerant, esse sacerdotem. Deinde præcipit **1035** sacerdotem quoque pro seipso offerre in sancta ingressurum : neque partem accipere cum filiis Israelis in distributione terræ. « Ego enim hæreditas, inquit, ipsorum, et possessio eorum. » Mihi enim oblata primogenita, et primitias, ipsis ad fruendum dedi, et partes a sacrificiis ablatas rursus eis attribui. Ego enim nulla re indigeo.

A περικείσθω· ἐξιόντες δὲ πρὸς τὸν λαὸν, τὰς μὲν λειτουργικὰς ἀποδυέσθωσαν στολὰς, ἑτέρας δὲ ἀμπεχόμενοι τὰς πύλας ἐξίτωσαν· οὔτε γὰρ θέμις τὸν τῆς ἱερωσύνης ἀλλότριον ταῖς ἱερατικαῖς πελάζειν στολαῖς. Καὶ τὰς κεφαλὰς δὲ οὐ ξυρήσονται, τοῦτο γὰρ ἔθος ἦν ποιεῖν τοῖς τῶν εἰδώλων ἱερεῦσι· « Καὶ τὰς κόμας αὐτῶν οὐ ψιλώσουσιν. » Ὁ δὲ Ἑβραῖος, καὶ ὁ Σύρος, *οὐ θρέψουσιν* ἔφασαν. Οὔτε γὰρ ξυρεῖσθαι αὐτοὺς, φησὶ, προσήκει, οὔτε κόμας τρέφειν, ἀλλὰ μεσότητα κουρᾶς ἀγαπῆσαι· τοῦτο γὰρ ἐσήμηνεν εἰρηκώς· « Καλύπτοντες καλύψουσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. » Δεῖ δὲ αὐτοὺς κατὰ τὸν ἱερουργίας[78] καιρὸν οἰνοποσίας ἀπέχεσθαι· γάμῳ δὲ βουλομένους ὁμιλεῖν, μήτε χήραν, μήτε ἐκβεβλημένην γυναῖκα λαμβάνειν, ἀλλὰ παρθένον. Εἰ δὲ καὶ ἱερέως τις γενομένη γυνὴ χηρεύσειε, καὶ βουληθείη τις αὐτὴν γῆμαι, οὐδὲ ὁ τοιοῦτος γάμος παράνομος· ἀνέπαφον γὰρ τῆς ἱερωσύνης μένει τὸ γένος, τῇ ἱερεῖ συναφθείσης τῷ ἱερεῖ πάλιν συναπτομένης. Χρὴ δὲ τούτους πάλιν καὶ τὸν λαὸν ἐκπαιδεύειν τῶν τε κοινῶν καὶ τῶν ἱερῶν τὸ διάφορον. Αὐτοὶ δὲ καὶ ταῖς φονικαῖς δικασάτωσαν δίκαις, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ἀμφιβολίας λυέτωσαν, πανταχοῦ τιμῶντες τὸ δίκαιον. Καὶ τὰς ἑορτὰς δὲ κατὰ τὸν νόμον ἐπιτελείτωσαν, καὶ τὰ Σάββατα τῇ ἀργίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις τιμάτωσαν. « Καὶ ἐπὶ ψυχὴν ἀνθρώπου οὐκ εἰσελεύσονται τοῦ μιανθῆναι, » τουτέστιν ἐπὶ νεκρῷ· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος ἔφη· « ἀλλ' ἐπὶ μόνῳ, φησὶ, πατρὶ καὶ μητρὶ, υἱῷ καὶ θυγατρὶ, ἀδελφῷ καὶ ἀδελφῇ μηδέπω γημαμένῃ. » Εἶτα παρεγγυᾷ[76], πῶς δεῖ τὸν ἀκάθαρτον καθαρθῆναι, καὶ οὕτω τῇ ἱερουργίᾳ πελάσαι· οὐκ ἐπειδὴ τῷ ὄντι μυσαρὸν ἦν τὸ τοὺς τεθνεῶτας ὁρᾶν· εἰ γὰρ ἀληθῶς ἐλωβᾶτο, ἐλυμήνατο ἂν καὶ ἡ τοῦ τεθνεῶτος πατρὸς, ἢ μητρὸς, ἢ ἀδελφοῦ θέα· ἀλλὰ διὰ τούτων αἰδεσιμώτερον παρὰ τοῖς τὰ μικρὰ σεμνύνειν μεμαθηκόσιν Ἰουδαίοις τὸν ἱερέα εἶναι βουλόμενος. Εἶτα παρακελεύεται καὶ τὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ θυσίαν προσενεγκεῖν τὸν ἱερέα μέλλοντα εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι· καὶ μερίδα μὴ λαβεῖν μετὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐν τῇ διανομῇ τῆς γῆς. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἡ κληρονομία αὐτῶν καὶ κατάσχεσις αὐτῶν. » Τὰ γὰρ ἐμοὶ προσφερόμενα πρωτότοκα, καὶ τὰς ἀπαρχὰς αὐτοῖς εἰς ἀπόλαυσιν δίδωμι, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀφοριζόμενα πάλιν αὐτοῖς ἀπένειμα. Ἐγὼ γὰρ ἀνενδεής.

B

C

D

CAPUT XLV.

[1-8] Jubet autem quoque terram quamdam in suburbanis definiri sacerdotibus, ab oriente sole ad occasum, decem millia cubitorum, et ab aquilone ad meridiem viginti quinque millia : ut, inquit, habentes ipsi decimas, et primitias, et primogenita, et sacrificiorum separatas partes, et a terra consolationem, id quod justum est amplectantur, nec amplius concupiscant, neque populo nocent, eo fruentes quo contenti esse queant. Idcirco subjecit :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Κελεύει δὲ καὶ γῆν τινα ἀφορισθῆναι προάστειον τοῖς ἱερεῦσι· ἀπὸ μὲν ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς ἑσπέραν, δέκα χιλιάδας πήχεων· ἀπὸ δὲ ἄρκτου πρὸς μεσημβρίαν εἴκοσι καὶ πέντε χιλιάδας, ὥστε, φησὶν, ἔχοντας αὐτοὺς τὰς δεκάτας, καὶ τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τὰ πρωτότοκα, καὶ τῶν θυσιῶν τὰς ἀφωρισμένας μοίρας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς παραψυχὴν, στέργειν τὸ δίκαιον, καὶ τοῦ πλείονος μὴ ἐφίεσθαι, μηδὲ ἀδικεῖν τὸν λαὸν, τῆς αὐταρκείας ἀπολαύοντας. Διὸ ἐπήγαγεν·

VARIÆ LECTIONES.

[78] ἱερ. B præm. τῆς [76] παρ. — ἀκαθ. B τὴν . . . αν (ἀκαθαρσίαν, ut videtur) ἐννόμως.

Digitized by Google

θ'. Ἱκανούσθω ὑμῖν, οἱ ἡγούμενοι τοῦ Ἰσραήλ· ἀδικίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἀπορρίψατε[77], καὶ κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ποιήσατε, καὶ[78] ἐξάρατε καταδυναστείαν ἀπὸ τοῦ λαοῦ[79], λέγει Ἀδωναὶ Κύριος. Εἶτα περὶ ζυγῶν, καὶ σταθμῶν, καὶ μέτρων νομοθετεῖ, καὶ λέγει καὶ ταῦτα ἰσότητι καὶ τῷ δικαίῳ τιμᾶσθαι, καὶ παρακελεύεται εἰσόδου καὶ ἐξόδου ἓν εἶναι μέτρον. Καὶ διδάσκει ἡμᾶς τὸν μὲν κόρον ἔχειν γομὸρ δέκα, ἕκαστον δὲ γομὸρ χοινικας δέκα, ὡς εἶναι τὸν κόρον χοινίκων ἑκατόν. Καὶ τὸ ὑφὶ δὲ λέγει ἰσόμετρον εἶναι τῷ χοίνικι. Καὶ τὴν μνᾶν παρακελεύεται ἔχειν σίκλους πεντήκοντα, ἕκαστον δὲ σίκλον ὀβολοὺς εἴκοσι· καὶ τὰς δέκα δὲ τοῦ ἐλαίου κοτύλας γομὸρ καλεῖ, ὅπερ ἔφη δέκατον εἶναι τοῦ κόρου. Κελεύει δὲ καὶ τὴν ἀπαρχὴν τὴν προσφερομένην ἀπό τε πυρῶν, καὶ κριθῶν, τὸ ἕκτον ἔχειν τοῦ γομὸρ, τὸ καλούμενον παρ' ἡμῖν ἡμιμέδιμνον· τριάκοντα γὰρ μεδίμνων ὄντος τοῦ κόρου, τοῦ δὲ γομὸρ δέκατον κληθέντος τοῦ κόρου, ἀνάγκη τριῶν εἶναι μεδίμνων τὸ γομὸρ, τῶν δὲ τριῶν μεδίμνων τὸ ἕκτον ἡμιμέδιμνόν ἐστι. Προσέταξε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν δέκα κοτυλῶν μίαν κοτύλην προσφέρεσθαι, καὶ τῶν προβάτων δὲ ὡσαύτως τὰς δεκάτας. Ταῦτα δὲ πάντα, φησὶ, δώσει ὁ λαὸς τῷ ἀφηγουμένῳ εἰς τὴν χρείαν τῶν θυσιῶν, ὡς κἂν ταῖς ἑορταῖς καὶ[80] ταῖς νουμηνίαις, κἂν τοῖς Σάββασιν ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἱερουργίας πληροῦσθαι, καὶ ἱλάσκεσθαι τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. Εἶτα διδάσκει, τίνα προσήκει ποιεῖν τῇ νουμηνίᾳ τοῦ δεκάτου μηνὸς, καὶ τίνα τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, καὶ τίνα πάλιν τῷ ἑβδόμῳ μηνί. Τὴν δὲ προσφερομένην σεμίδαλιν *θυσίαν* καλεῖ· « Καὶ θυσίαν γὰρ, φησὶ, πέμμα[81] τῷ μόσχῳ, καὶ πέμμα τῷ κριῷ ποιήσεις, καὶ ἐλαίου τὸ ἓν τῷ πέμματι. » Τὸ[82] δὲ ἓν παρὰ τῷ Σύρῳ ἡμίναν εὗρον.

VERS. 9. *Sufficiat vobis, duces Israelis : injustitiam et vexationem projicite, et judicium ac justitiam facite, et auferte oppressionem a populo, dicit Adonai Dominus.* [10-12] Deinde de stateris, et ponderibus, et mensuris præcipit, quæ secundum æqualitatem et justitiam ait esse observanda : jubetque introitus et exitus unam esse mensuram. Et docet nos, corum continere gomor decem, et unumquodque gomor chœnicas decem, ut sit corus chœnicum centum. Et ephi dicit eamdem habere mensuram, quam chœnix ; et minam præcipit quinquaginta siclos continere, et unumquemque siclum obolos viginti. Et decem olei cotylas **1036** item gomor vocat, quam decimam esse dixerat cori partem. [13-15] Jubet etiam primitias oblatas frumenti et hordei sextam gomor partem continere, quæ apud nos semimedimnus nuncupatur. Cum enim corus triginta sit medimnorum, gomor vero dicatur decima pars cori, necesse est gomor trium esse medimnorum : trium autem medimnorum sexta pars semimedimnus est. Jussit item de decem cotylis unam cotylam offerri, et ovium itidem decimas. [16, 17] Hæc autem omnia dabit, inquit, populus duci ad sacrificiorum usum, ut in celebritatibus, et neomeniis, et Sabbatis, ab ipso sacrum munus obeatur, et pro populo Deus placetur. [18-25] Præterea docet, quænam facere conveniat neomenia decimi mensis, quæ quarta decima, et quæ rursus septimo mense. Oblatam autem siliginem *sacrificium* vocat. « Sacrificium enim, inquit, coctionem vitulo, et coctionem arieti facies, et olei hin coctioni. » Hin vero iuxta Syrum heminam esse comperi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΣ'.

Κελεύει δὲ καὶ τὴν πύλην τὴν πρὸς ἀνατολὰς βλέπουσαν ἐν ταῖς ἓξ τῆς ἑβδομάδος ἡμέραις κεκλεῖσθαι, ἐν δὲ τῷ Σαββάτῳ διὰ πάσης ἀνοίγυσθαι τῆς ἡμέρας. Τῶν δὲ, φησὶν, ἱερέων τὰς ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως προσφερόντων θυσίας, αὐτὸς ἐπὶ τῆς πύλης στήσεται ταύτης, καὶ τῆς θυσίας προσφερομένης, ἐστὼς ἐπὶ τοῦ προθύρου προσκυνήσει, καὶ οὕτως ἐξελεύσεται· καὶ πᾶς δὲ ὁ λαὸς πρὸ ταύτης τῆς θύρας ἐστὼς προσοίσει τῷ Θεῷ τὴν προσκύνησιν, ἔν τε τοῖς Σάββασι, καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις· τὸ δὲ ὁλοκαύτωμα τῶν Σαββάτων ὁ ἀρχιερεὺς προσοίσει. Αὐτὸν γὰρ καλεῖ *ἀφηγούμενον*. Λέγει δὲ καὶ τῶν ἱερέων[83] τὸν ἀριθμόν· ὡσαύτως δὲ καὶ τίνα δεῖ ἐν ταῖς νουμηνίαις προσφέρειν διδάσκει. Τὸ δὲ μανὰ τὴν τῆς σεμιδάλεως θυσίαν ἀποκαλεῖ· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύρος ἡρμήνευσε. Παρακελεύεται δὲ καὶ τοὺς εἰσιόντας εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ἐξωτέραν αὐλὴν, εἰ μὲν ἀπὸ τῆς πύλης τῆς πρὸς βορρᾶν εἰσέλθοιεν, διὰ τῆς πρὸς μεσημβρίαν ὁρώσης ἐξιέναι· εἰ δὲ ἐντεῦθεν

CAPUT XLVI.

[1-3] Jubet quoque portam, quæ respicit ad orientem, sex hebdomadis diebus claudi, Sabbato vero per totum diem apertam patere. Et sacerdotibus, inquit, pro principe sacerdotum sacrificia offerentibus, ipse super hac porta stabit, et cum sacrificium offeretur, stans in vestibulo adorabit, et ita egredietur : et omnis populus ante hanc portam stans **1037** Deo cultum exhibebit in Sabbatis et neomeniis, et holocaustum Sabbatorum offeret princeps sacerdotum : ipsum enim *ducem* vocat. [4-7] Recenset etiam sacerdotum numerum, et similiter, quæ neomeniis offerenda sint, docet. Manaa vero similaginis *sacrificium* nuncupat : ita enim Syrus quoque interpretatus est. [8-10] Præcipitque eos, qui ingressi fuerint ad adorandum Deum in exteriorem aulam, si a porta quæ est ad aquilonem ingrediantur, per eam quæ est ad meridiem, exire : quod si per hanc ingressi fuerint, per alteram exire, ut ordine ingressi et egressi sine ulla perturbatione Deum

VARIÆ LECTIONES.

[77] ἀπ. A ἀφέλεσθε. [78] καὶ. Des. in A. [79] λαοῦ. A add. μου. [80] B κἀν. [81] πέμμα. *Hebr.* Epha. [82] τὸ (editio prior hab. τῷ) δὲ — εὗρον. Vid. supra, pag. 714, ad cap. IV, 11, et Montf. in Hexapl. ad h. l. [83] Leg. esse puto ἱερῶν.

Digitized by Google

adorent, utque sacerdotum princeps, dum hæc fiunt, intersit, ut majori verecundia cultus exhibeatur. [12] Et omni populo Sabbatis et aliis celebritatibus portam aperiri jussit, quæ est ad orientem : principi vero sacerdotum, voluntarium sacrificium ex abundanti offerre Deo volenti, quocunque die voluerit sacrificium peragere, liceat, inquit, portam aperire. Simile enim erit, inquit, oblatum ab ipso sacrificium Sabbatorum sacrificio. [16-18] Et ex definita ipsi terra, si cui liliorum tradere voluerit, ipsius, inquit, qui accepit, perpetuum jus obtineat : quod si servo data fuerit, illius dominio potiatur usque ad remissionis annum : et anno illo, qui hebdomadicus appellatur, principi sacerdotum reddet hæreditatem. Soli enim sacerdotali generi hæc hæreditas dedicata est. Non enim decet, paterna hæreditate **1038** privatis filiis et spoliatis, ad injurias populi procedere, alia rursus sacerdotibus pro compensatione definita terra. Sit igitur definitæ sacerdotibus terræ hæres genus. [19-24] Et ostendit, inquit, mihi alium locum situm ad occasum, et aquilonis exedris propinquum, quem dixit ad coquendum sacerdotibus destinari, ut pro ignorantia et peccato ibi coquant, et manaa ibi coquant. Neque enim fas est, inquit, quæ semel separata sunt et sanctificata, ea communia facere extra ferendo. Et vidi alias aulas illa breviores, circa maximam aulam sitas, et unaquæque habebat longitudine cubitos triginta, latitudine quadraginta : apud quas ædificatæ domus erant, quas *exedras* vocavit, in quibus populi sacrificia coqui præcepit.

A τὴν εἴσοδον ποιήσαντο, διὰ τῆς ἑτέρας ποιεῖσθαι τὴν ἔξοδον, ὥστε κατὰ τάξιν αὐτοὺς εἰσιόντας καὶ ἐξιόντας θορύβου δίχα παντὸς προσφέρειν τῷ Θεῷ τὴν προσκύνησιν· παρέστω δὲ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς, τούτων γινομένων, ὥστε μετὰ πλείονος αἰδοῦς γενέσθαι τὴν προσκύνησιν. Καὶ παντὶ μὲν τῷ λαῷ ἐν τοῖς Σάββασι καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, ἀνοίγνυσθαι προσέταξε τὴν πρὸς ἕω θύραν· τῷ δὲ ἀρχιερεῖ γνωμικὴν θυσίαν ἐκ περιουσίας προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ βουλομένῳ, καθ' ἣν ἂν βούλοιτο ἡμέραν τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν, ἀνοίγειν, φησὶν, ἐξέστω τὴν θύραν. Ὁμοία γὰρ, φησὶ, ἔστω ἡ παρ' αὐτοῦ προσφερομένη θυσία τῇ τῶν Σαββάτων θυσίᾳ. Ἐκ τῆς δὲ ἀφωρισμένης αὐτῷ γῆς εἴ τινι τῶν υἱέων δοῦναι βουληθείη, διηνεκῶς, φησὶ, τούτου τὴν δεσποτείαν ὁ λαμβάνων ἐχέτω· B εἰ δὲ οἰκέτῃ δοθείη, ἐχέτω ὁ οἰκέτης τὴν δεσποτείαν μέχρι τοῦ ἔτους τῆς ἀφέσεως, καὶ τῷ καλουμένῳ ἑβδομαδικῷ ἔτει ἀποδώσει τῷ ἀρχιερεῖ τὴν κληρονομίαν· μόνῳ γὰρ τῷ ἱερατικῷ γένει οὗτος ὁ κλῆρος ἀφώρισται. Οὐ γὰρ προσήκει τῆς πατρῴας κληρονομίας τῶν υἱέων στερηθέντων καὶ γυμνωθέντων, εἰς τὸν λαὸν χωρῆσαι τὴν ἀδικίαν, ἄλλης πάλιν τοῖς ἱερεῦσιν ἀφοριζομένης εἰς παραμυθίαν γῆς· ἔστω τοίνυν τῆς ἀφωρισμένης τοῖς ἱερεῦσι γῆς κληρονόμον τὸ γένος. Ἔδειξε δέ μοι, φησὶ, καὶ ἕτερον τόπον πρὸς δυσμαῖς κείμενον, ταῖς ἀρκτῴαις ἐξέδραις πελάζοντα, καὶ ἔφη τοῦτον εἰς ἔψησιν ἀφορίζεσθαι τοῖς ἱερεῦσιν, ὥστε τὰ περὶ ἀγνοίας καὶ ἁμαρτίας αὐτόθι ἑψεῖν, κἀκεῖ τὸ μαναὰ πέπτειν [84]. Οὔτε γὰρ θέμις, φησὶ, τὰ C ἅπαξ ἀφορισθέντα καὶ ἁγιασθέντα κοινὰ ποιεῖν τῷ ἔξω κομίζειν. Εἶδον δὲ καὶ ἑτέρας αὐλὰς ἐκείνης βραχυτέρας, κύκλῳ τῆς μεγίστης διακειμένας αὐλῆς· εἶχε δὲ ἑκάστη τὸ μὲν μῆκος πήχεις τριάκοντα, τὸ δὲ εὖρος τεσσαράκοντα· ᾠκοδόμηντο δὲ παρ' αὐτὰς καὶ οἶκοι, ἃς *ἐξέδρας* ἐκάλεσεν, ἐν οἷς ἕψεσθαι παρηγγύησε τὰ τοῦ λαοῦ θύματα.

CAPUT XLVII.

VERS. 1-3. *Et inde me rursus assumens introduxit ad vestibula domus, et ecce aqua egrediebatur e subdiali loco domus, ad orientem, quia facies domus respiciebat ad orientem, et aqua descendebat ab angulo domus dextero ab austro ad altare.* Ita ea quæ ad sacrificia pertinent, edoctus, postquam didicit offerenda esse sacrificia pro peccato secundum figuram, docetur animarum veram expiationem ex aqua et spiritu fieri. Videt autem hanc aquam a portis domus exeuntem, et per altare D transeuntem, per partes magis aquilonares ad orientem procedere. Ex Judæis enim salus ad gentes pervenit, et Christus ex **1039** Davide secundum carnem ex virginali utero, veluti ex quibusdam divinis vestibulis apparens, per aquam et spiritum regenerationem orbi terrarum est impertitus. Hæc item beatus Isaias vaticinatur, dicens : « Erit die illo, sicut fluvius qui fertur gloriosus in terra sitiente [n]. » Et beatus Zacharias prædicta salutari

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

α'. Ἐκεῖθέν με πάλιν λαβὼν εἰσήγαγεν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τοῦ οἴκου, καὶ ἰδοὺ ὕδωρ ἐξεπορεύετο ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου κατὰ ἀνατολὰς, ὅτι τὸ πρόσωπον τοῦ οἴκου ἀπέβλεπεν κατὰ ἀνατολὰς, καὶ τὸ ὕδωρ κατέβαινεν ἀπὸ τοῦ κλίτους τοῦ οἴκου [85] τοῦ δεξιοῦ ἀπὸ νότου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Οὕτω τὰ περὶ τῶν θυσιῶν διδαχθεὶς, καὶ μαθὼν, ὅπως τὰ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν τυπικῶς δεῖ προσφέρειν θύματα, διδάσκεται τῶν ψυχῶν τὴν ἀληθινὴν κάθαρσιν, τὴν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος γινομένην. Βλέπει δὲ τοῦτο ὕδωρ ἀπὸ τῶν θυρῶν τοῦ οἴκου ἐξιὸν, καὶ διὰ τοῦ θυσιαστηρίου διιὸν, καὶ διὰ τῶν βορειοτέρων μερῶν ἐπὶ τὰ ἔξω χωροῦν. Ἐκ γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσι, καὶ ὁ ἐκ Δαβὶδ κατὰ τὴν σάρκα Χριστὸς, ἐκ τῆς παρθενικῆς νηδύος, οἷον ἀπό τινων θείων προθύρων ἀναφανεὶς, τὴν δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν τῇ οἰκουμένῃ δεδώρηται. Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας προθεσπίζει, λέγων· « Ἔσται [86] ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς πο-

[n] Zach. XIV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[84] B πέττειν. [85] τοῦ οἴκου. Des. in A. [86] ἔστω — διϊόντι. Ad Isa. LII, 2, hæc retulit Sirm., sed respicere videntur ad Isa. XLVI, 5; coll. XXXV, 6.

Digitized by Google

ταμὸς φερόμενος ἔνδοξος ἐν γῇ διψώσῃ. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ζαχαρίας προαγορεύσας τὸ σωτήριον πάθος, καὶ τὸ ἐπιγενόμενον σκότος · « Οὐχ ἡμέρα γὰρ, φησὶ, καὶ οὐ νὺξ, καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ · οὔτε γὰρ, φησὶ, πλήρης ἡμέρα, οὔτε πλήρης νὺξ, μεσούσης γὰρ τῆς ἡμέρας σκότος ἐγένετο · » ἐπήγαγεν · « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἱερουσαλὴμ · τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην. » Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὰ ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια, δι' ὧν ἡ οἰκουμένη πᾶσα νοεῖται. Λέγει δὲ καὶ τῆς ἀναβλύσεως τὸν καιρόν. « Ἐν θέρει, φησὶ, καὶ ἔαρι ἔσται οὕτως. » Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρίτιδί φησιν · « Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' [87] ἔσται τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, πηγὴ ὕδατος ζῶντος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ ἑτέρωθι · « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω · ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. » Τοῦτο τὸ ὕδωρ ὁ θεσπέσιος εἶδεν Ἰεζεκιὴλ προκύψαν μὲν ἐκ τῶν προθύρων τοῦ οἴκου · διὰ γὰρ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν τὰ ἡμέτερα ἀγαθὰ προεῤῥέθη · καὶ ἐλθὸν δὲ διὰ τοῦ θυσιαστηρίου · παρόδῳ γὰρ μόνῃ διὰ τῶν Ἰουδαίων ἐχρήσατο · ἐπειδὴ δὲ ἀπιστήσαντες δοῦναι τῆς πίστεως τοὺς καρποὺς οὐκ ἠθέλησαν, ἐχώρησεν εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὸν μέγιστον καὶ κάλλιστον τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρδεύει παράδεισον. Εἶτα λέγει τεθεωρηκέναι τινὰ μετρήσαντα χιλίους ἐν τῷ μέτρῳ, καὶ διελθεῖν μέχρις ἀστραγάλων · πάλιν δὲ τὴν αὐτὴν μετρῆσαι ποσότητα, καὶ διελθεῖν ἕως γονάτων · τρὶς δὲ τὸ μέτρον ἐπενεγκεῖν, καὶ διελθεῖν ἕως ὀσφύος · ἐπειδὴ δὲ τὸν τέταρτον ἐπλήρωσεν ἀριθμὸν, Χειμάῤῥους, φησὶν, ἐγένετο μέγιστος, ὃν οὐχ οἷον διελθεῖν, ὅτι ἐκβράζον τὸ ὕδωρ, ὡς ῥοῖζος χειμάῤῥου, ὃν οὐ διαβήσεταί τις. Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς διὰ τούτων, ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα ὀλίγους τῇ σωτηρίᾳ προσάξει · εἶτα τούτους διπλασιάσει, καὶ τριπλασιάσει · μετὰ δὲ ταῦτα πληρώσει τὴν οἰκουμένην, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν · « Πληρωθήσεται [88] ἡ σύμπασα γῆ [89] τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. » Ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει, ὡς τετράκις ἐμέτρησε, καὶ τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἰσάριθμον τὸ μέτρον προσήνεγκεν. Ἡγοῦμαι δὲ τὸ τέταρτον μέτρον τοῦ θεσπεσίου Ἰωάννου παραδηλοῦν τὸ Εὐαγγέλιον, θεολογίαν ἔχον ἄβατον ἀνθρώποις καὶ ἀνυπέρβατον. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο νοῦς ἐπέκεινα τοῦ *Ἐν ἀρχῇ*; τίς δ' ἂν ὑπερβαίη τὸ *Ἦν*; Διὸ καὶ ἐκβράζον τὸ ὕδωρ, ὡς ῥοῖζος χειμάῤῥου, ὃν οὐ διαβήσεταί τις, ἔφη ἐξιέναι. Εὐθὺς δὲ, φησὶ, καὶ παραχρῆμα ὑπέδειξέ μοι παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ὕδατος δένδρα παντοδαπὸς βρύοντα καρπούς. Ἐν ἑκατέρᾳ δὲ ὄχθῃ ταῦτα ἦν τὰ δένδρα · οὐ γὰρ

passione, et ea quæ accidit obscuritate : « Non dies enim, inquit, et non nox, et dies ille notus Domino. Neque enim plenus dies, inquit, neque plena nox : medio enim die tenebræ ortæ sunt [o]. » Deinde sic pergit : « Die illo egredietur aqua viva de Hierosolyma, dimidium ejus in mare novissimum, et dimidium ejus in mare primum. » Et per hæc declarat ortum et occasum, quibus totus terrarum orbis intelligitur. Commemorat etiam scaturiendi tempus. « In æstate, inquit, et in vere sic erit. » Hoc etiam Samaritanæ dixit Dominus : « Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed erit aqua, quam ego dabo ei, fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam [p]. » Et alio loco : « Si quis sitit veniat ad me et bibat : qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus profluent aquæ vivæ [q]. » Hanc aquam divinus Ezechiel vidit, profluentem a vestibulis domus (per legem enim et prophetas prædicta fuere nostra bona) et transeuntem per altare, quia per Judæos duntaxat transiit : qui ubi non credentes **1040** fidei fructus reddere noluerunt, transiit ad gentes, et maximum atque pulcherrimum Ecclesiarum irrigat paradisum. [3-5] Ait deinde se conspexisse quemdam, qui mensus sit mille in mensura, et transierit usque ad talos : eumque rursus eamdem dimensum esse quantitatem, et transiisse usque ad genua : et tertio adhibita eadem mensura, transiisse usque ad lumbos. At ubi quartum implevit numerum, torrens, inquit, factus est maximus, qui pertransiri non posset, quia ebulliebat aqua ut impetus torrentis, quem non pertransibit aliquis. Docuitque nos per hæc, fore ut initio evangelicum præconium paucos ad salutem adducat, deinde eos duplicet ac triplicet, ac postea totum impleat orbem terrarum, secundum prophetiam illam : « Replebitur universa terra cognitione Domini, sicut aquæ multæ quæ operiunt maria [r]. » Et animadvertere operæ pretium est, quater illum dimensum fuisse, et divinis Evangeliis æqualem numero mensuram adhibuisse. Existimo vero quartam mensuram divini Joannis Evangelium indicare, quod theologiam continet inaccessam, et quam hominibus transcendere minime liceat. Quæ enim mens ultra illud *In principio* penetrare, et quæ illud *erat* transcendere poterit? quare ebullientem aquam, quasi torrentis fluctum, quem nemo pertransire queat, dixit exiisse. [6, 7] Et statim, inquit, atque e vestigio ostendit mihi apud ripam aquæ arbores omnis generis producentes fructus. Et in utraque ripa hæ arbores erant : neque enim fidem tantum in Deum, sed etiam actionem secundum Deum hæc aqua, ut

[o] Zach. XIV, 8. [p] Joan. IV, 14. [q] Joan. VII, 37, 38. [r] Isa. II, 9 ; Habac. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἀλλ' — αἰών. Aliter loco cit. leg. [88] πλήρ. Supra, pag. 252, erat ἐνεπλήσθη. Infra, ad Dan. II, 34, 35, leg ἐπληρώθη. [89] γῆ. Des. in B.

Digitized by Google

homines producerent, **1041** effecit. [8] Et dixit, inquit, ad me: Aqua fluminis quæ egreditur in Galilæam ad orientem, et descendit ad incultam, ac venit usque ad mare, ad aquam ostii maris. Et hæc licet nobis accurate in historia invenire. Nam primo in Galilæam salutare præconium cucurrit, inde ad incultam et a pietate vacuam gentium regionem, pervenit etiam ad mare fluctuans, barbarorum nationes. Subjicitque, se aquas sanctificaturum esse. Efficiet enim, ut Græcæ et fabulosæ doctrinæ divino præconio ministrent, utque morbosæ aquæ illæ per has aquas sanctificatæ salutem suppeditent.

A μόνον τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ Θεὸν πρᾶξιν τοῦτο τὸ ὕδωρ βλαστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους πεποίηκε. Καὶ εἶπε, φησὶ, πρός με· Τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τὸ ἐκπορευόμενον εἰς τὴν Γαλιλαίαν[90] τὴν πρὸς ἀνατολὰς, καὶ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ἀοίκητον[91], καὶ ἐρχόμενον ἕως ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἐπὶ τὸ ὕδωρ τῆς διεκβολῆς τῆς θαλάσσης. Καὶ ταῦτα δὲ ἔστιν ἀκριβῶς ἐπὶ τῆς ἱστορίας εὑρεῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰς τὴν Γαλιλαίαν τὸ σωτήριον ἔδραμε κήρυγμα· ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ τὴν ἀοίκητον καὶ εὐσεβείας ἔρημον τῶν ἐθνῶν χώραν. Ἔφθασε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κυμαίνουσαν, τῶν βαρβάρων τὰ γένη· ἐπάγει δὲ ὅτι καὶ ἀγιάσει τὰ ὕδατα· τὰς γὰρ Ἑλληνικὰς καὶ μυθικὰς διδασκαλίας ὑπηρετεῖσθαι παρασκευάσει τῷ θείῳ κηρύγματι, καὶ τὰ νοσώδη ἐκεῖνα ὕδατα διὰ τούτων τῶν ὑδάτων ἁγιαζόμενα ὑγιείας ἔσται παρεκτικά.

Vers. 9. *Et erit, omnis anima animalium ebullientium, super omnia ad quæ advenerit fluvius, vivet.* Omnis enim, quicunque salutaribus aquis fruetur, salutem consequetur. Et asserit, plenam piscium hanc aquam futuram, et piscatores multos habituram esse. Multi enim per has aquas ad salutem quasi ex piscatione capientur: et multi etiam sunt, quibus hujus venandæ prædæ munus committetur. [10] Illud vero, « ab Engaddi usque ad Enaglim, » significat ortam ex tentationibus et afflictionibus lætitiam. *Engaddi* enim oculorum tentationem designat; *Enaglim* vero, oculum vituli ad sacrificium oblati, et peccatum solventis, vel sub jugum tracti, cui colendæ terræ munus imponatur. **1042** *Exsiccatio* autem *sagenarum*, non solum frequentiam, sed etiam studium et curam significat. Non enim desistent piscari, inquit, sed ibi requiescent: quietem enim *sagenarum exsiccationem* vocavit; quandoquidem cessantes piscari piscatores sagenas explicare et exsiccare consueverunt. « Seorsim apud se, inquit, erit, » hoc est, ab impietate remota, anima quæ salvatur: et copiam piscium asserit non fluvio similem fuisse, sed maximo mari. Neque enim pristino populo æqualis numero novus populus, sed gentium mari comparatus, et orbem terrarum complens. His subjicit:

θ'. *Καὶ ἔσται, πᾶσα ψυχὴ*[92] *τῶν ζώων τῶν ἐκ-* B *ζεόντων ἐπὶ*[93] *πάντα ἐφ' ἃ*[94] *ἐπέλθῃ ἐκεῖ ὁ ποταμὸς, ζήσεται.* Πᾶς γὰρ, φησὶ, τῶν σωτηρίων ὑδάτων ἀπολαύων τῆς σωτηρίας τεύξεται. Λέγει δὲ καὶ ἰχθύων πλῆρες τοῦτο γενήσεσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ ἁλιέας ἕξειν πολλούς· πολλοὶ γὰρ οἱ διὰ τῶν ὑδάτων τούτων εἰς σωτηρίαν θηρώμενοι, πολλοὶ δὲ καὶ οἱ τὴν ἄγραν ταύτην θηρεύειν πεπιστευμένοι. Τὸ δὲ, « ἀπὸ Ἠγγαδδὶ[95] ἕως Ἠναγλὶμ, » σημαίνει τὴν ἀπὸ πειρασμῶν καὶ θλίψεων εὐφροσύνην. Τὸ γὰρ *Ἠγγαδδὶ* ὀφθαλμῶν πειρατήριον[96] σημαίνει· τὸ δὲ *Ἠναγλὶμ* ὀφθαλμὸν μόσχου εἰς θυσίαν προσφερομένου, καὶ τὴν ἁμαρτίαν λύοντος, ἢ ὑπὸ ζυγὸν ἑλκομένου, καὶ γεωργίαν πιστευομένου. Τὸ *ψυγμὸς σαγηνῶν* δὲ σημαίνει τῶν ἁλιέων οὐ μόνον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιμελές. Οὐ γὰρ ἀποστήσονται, C φησὶ, τοῦ ἁλιεύειν, ἀλλ' ἐκεῖ διαναπαύσονται· τὴν γὰρ ἀνάπαυλαν *ψυγμὸν σαγηνῶν* ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ τοῦ ἁλιεύειν παυόμενοι ἁλιεῖς ἁπλοῦν τὰς σαγήνας καὶ ξηραίνειν εἰώθασι. « Καθ' ἑαυτὴν ἔσται, » φησὶ, τουτέστι, τῆς ἀσεβείας κεχωρισμένη ἡ σωζομένη ψυχή· λέγει δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἰχθύων οὐ ποταμῷ ἐοικέναι, ἀλλὰ τῇ μεγίστῃ θαλάσσῃ. Οὔτε γὰρ τῷ προτέρῳ λαῷ ἰσάριθμος ὁ νέος λαὸς, ἀλλὰ τῇ τῶν ἐθνῶν θαλάττῃ ἀπεικασμένος, καὶ τὴν οἰκουμένην πληρῶν. Τούτοις ἐπάγει·

Vers. 11. *Et in exitu ejus, et in conversione ejus, et in elatione ejus, lacunæ ejus* [a] *non sanabuntur, in sales tradentur.* Et hoc in præsenti videmus accidisse, qui in multitudinem aucti, in segnitiem lapsi sumus. Et consentanea Dominus quoque prædixit. « Cum enim abundaverit, inquit, iniquitas, refrigescet charitas multorum [a]. » Eos igitur qui in superficie versantur, et prædicatione duntaxat instructos, quales nostrum plurimi, *lacunas* vocat: etenim lacunæ non profundam, sed in superficie

ια'. *Καὶ*[97] *ἐν τῇ διεκβολῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ἐπιστροφῇ*[98] *αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ὑπεράρσει αὐτοῦ, τὰ τενάγη αὐτοῦ οὐ μὴ ἰαθῇ*[99]*, εἰς ἅλας δοθήσεται.* Καὶ τοῦτο ὁρῶμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος γεγενημέ- D νον· αὐξηθέντες γὰρ εἰς πλῆθος εἰς ῥᾳθυμίαν ἐξωκείλαμεν. Συνῳδὰ δὲ καὶ ὁ Δεσπότης προηγόρευσε· « Ὅταν[1] γὰρ, φησὶ, πληθυνθῇ ἡ ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. » Τοὺς τοίνυν ἐπιπολαίους, καὶ τὸ κήρυγμα μόνον περικειμένους, ὁποῖοι ἡμῶν οἱ πλεῖστοι, *τενάγη* ἀποκαλεῖ· καὶ γὰρ τὰ τενάγη

[a] Matth. XXIV, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[90] Γαλιλ. Gelilah alii rectius appellative de tractu (orientali) explicant. [91] ἀοίκ. A Ἀραβίαν. *Hebr.* planitiem. [92] ψυχὴ — ἐκζ. *Hebr.* omnis anima viva reptilium. [93] ἐπὶ — ποτ. *Hebr.* quocunque venerint flumina. [94] ἃ. In A et B sequ. ἂν. [95] A Αἰνγαδεῖν, et deinde Ἐναγαλλείμ. [96] B ὀφθαλμὸν πειρατηρίου. [97] Καὶ — δοθήσ. *Hebr* Sed loca cœnosa ejus et paludes ejus, et quæ non sanabuntur, soli relinquentur. [98] A ἀποστροφῇ. [99] ἰαθῇ. A ἁγιάσωσι. [1] ὅταν — ἀνομία. Aliter loco cit. leg.

Digitized by Google

οὐ βαθέα, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς ἔχει τὸ ὕδωρ. Τοὺς οὕτω τοίνυν διακειμένους λέγει θεραπείας μὴ τυγχάνειν. Ἀλλὰ καὶ οὕτω, φησίν, οὐκ ἄχρηστοι τοῖς λοιποῖς· παιδευόμενοι γὰρ πρόφασις τῆς ἄλλης ὠφελείας γενήσονται. Οὗ χάριν, ἔφη « εἰς ἅλας δοθήσεται. » Ἀρτύειν γὰρ οἱδέ πως ἡμᾶς, καὶ ὠφελείας πληροῦν, οὐ μόνον ὁ διδάσκαλος [2] λόγος, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπιφερομένη τῆς ἁμαρτίας τιμωρία. Οὕτω τὰ κατὰ τοὺς ῥᾳθύμους προαγορεύσας, πάλιν τῶν σπουδαίων καὶ τῶν ἁγίων τοὺς καρποὺς διηγεῖται, καὶ ὅτι οὐδὲν ἄκαρπον παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ πάντα βρώσιμα. Πρὸς δὲ τῷ καρπῷ, φησί·

ιβ'. *Καὶ* [3] *τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, οὐδὲ* [4] *μὴ παλαιωθῇ ἐπ'* [5] *αὐτοῦ, οὐδ' οὐ μὴ ἐκλείπῃ ὁ καρπὸς αὐτοῦ* [6] *τῆς καινότητος αὐτοῦ* [7] *εἰς* [8] *τοὺς μῆνας αὐτοῦ· πρωτοβολήσει, διότι τὰ ὕδατα αὐτῶν ἐκ τῶν ἁγίων ταῦτα ἐκπορεύεται, καὶ ἔσται ὁ καρπὸς αὐτῶν εἰς βρῶσιν, καὶ ἡ ἀνάδοσις* [9] *αὐτῶν εἰς ὑγίειαν.* Ταῦτα, φησὶ, τὰ δένδρα πάντα ἐδώδιμον οἴσει καρπὸν τοῦτον [10] διηνεκῶς. Οὐ γὰρ ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἀλλὰ κατὰ μῆνα· οὐ γὰρ ἐν ἑορταῖς εὐσεβοῦσιν οἱ ἅγιοι, διηνεκῶς δὲ τὴν τῶν θείων νόμων ἐκπληροῦσι φυλακήν. Ἀλλὰ καὶ « Τὰ φύλλα, φησὶν, οὐκ ἀπορρυήσεται ἀπ' αὐτῶν. » Ἔχουσι γὰρ τῇ τῆς ἀρετῆς ἐργασίᾳ τὴν θυμηδίαν ἀκολουθοῦσαν. « Ὁ δὲ καρπὸς αὐτῶν ὅλος εἰς βρῶσιν. » Θαυμάζειν γὰρ εἰώθαμεν τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητάς. « Καὶ ἡ ἀνάδοσις αὐτῶν εἰς ὑγίειαν. » Λογιζόμενοι γὰρ ὅσον ἀγαθὸν ἡ κατὰ Θεὸν ζωὴ, τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπούμεθα, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν ὑγιείας τυγχάνομεν. Ἐντεῦθεν διδάσκεται ὁ προφήτης, τίνα τὰ ὅρια τοῦ Ἰσραὴλ. Ἀπὸ βορρᾶ μέν φησι τὴν ὁδὸν εἶναι τὴν Ἡμὰθ ἀναμέσον τῶν ὁρίων Δαμασκοῦ. *Ἡμὰθ* δὲ τὴν Ἐπιφάνειαν καλοῦσί τινες δὲ τὴν Ἐμίσαν. Καὶ γὰρ ἡ θεία Γραφὴ δύο οἶδεν ὁμωνύμους· λέγει γάρ· « Εἰς Ἡμὰθ τὴν μεγάλην. » Ἀπὸ ἀνατολῶν δὲ λέγει τὸν Ἰορδάνην ὅριον, καὶ τὸν πρὸς ἀνατολὰς φοινικῶνα· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας, ἕως ὑδάτων ἀντιλογίας· οὕτω γὰρ τὸ Μαριμὼθ ὁ Σύρος ἡρμήνευσεν· ἀπὸ δύσεως δὲ τὴν θάλασσαν ὅριον εἶναι. Ταύτην δὲ προσέταξεν οὐ μόνον τοῖς ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ γένος κατάγουσι διανεμηθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς προσηλύτοις, τοῖς παροικοῦσιν ἐν μέσῳ αὐτῶν, Οἵτινες, φησὶν, ἐγέννησαν υἱοὺς ἐν μέσῳ ὑμῶν. « Καὶ οἱ ἑκάστη, φησὶ, φυλῇ συνοικοῦντες προσήλυτοι μετὰ τῆς αὐτῆς φυλῆς τὴν κληρονομίαν λαβέτωσαν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Εἶτα κελεύει πρώτην μὲν λαβεῖν τὴν φυλὴν Δᾶν ἀπὸ βορρᾶ, δευτέραν τὴν Ἀσὴρ, τρίτην τὴν Νεφθαλεὶμ, τετάρτην τὴν Μανασσὴ, πέμπτην τὴν Ἐφραΐμ, ἕκτην τὴν Ῥουβὴν, ἑβδόμην τὴν Ἰούδα· εἶτα τὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἀφορισθεῖσαν, πέντε μὲν καὶ εἴκοσι χιλιάδων τὸ εὖρος, δέκα δὲ χιλιάδων τὸ μῆκος· κελεύει δὲ τούτου [11] τὸν κλῆρον περὶ αὐτὴν τεθῆναι

continent aquam. Eos igitur qui ita affecti sunt asserit minime consequi remedium. Sed et sic etiam isti, ait, reliquis non inutiles : castigati enim utilitatis aliis causa erunt. Quamobrem « in sales dabuntur » dixit. Instruere enim nos quodammodo, et utilitate implere consuevit, non solum oratio docens, sed etiam illatum pro peccato supplicium. **1043** Ita, iis prædictis quæ ad segnes attinent, rursus studiosorum sanctorumque fructus commemorat, et nihil apud ipsos esse infructuosum, sed omnia ejusmodi quæ comedi possint. Præter fructum autem, inquit,

VERS. 12. *Etiam folium ejus non defluet, neque inveterascet super eo, neque deficiet fructus ejus, novitatis ejus, in menses ejus : primitiva afferet, quia aquæ eorum de sanctis egrediuntur, et erit fructus earum in cibum, et germinatio earum ad sanitatem.* Hæ, inquit, arbores omnes ad esum utilem producent fructum, atque hunc in perpetuum. Non enim semel in anno, sed quovis mense, neque in celebritatibus tantum pie vivunt sancti, sed continenter divinas leges observant. Quin etiam « Folia, inquit, non defluent ab ipsis. » Habent enim virtutis exercitationi congruentem animi lætitiam, et « Fructus ipsarum totus in cibum. » Admirari enim consuevimus virtutis athletas. « Et germinatio earum ad sanitatem. » Reputantes enim quantum sit bonum vita secundum Dei voluntatem composita, hinc utilitatem percipimus, et sanitatem quæ est secundum Deum consequimur. [13-20.] Deinceps edocetur propheta, quinam sint fines Israelis. Ab aquilone ait viam esse Emath per fines Damasci. *Emath* autem Epiphaniam vocant, et quidam Emisam. Etenim divina Scriptura duas novit ejusdem nominis; dicit enim : « Ad Emath magnam. » Et ab ortu ait Jordanem finem, et palmetum quod est ad orientem : a meridie **1044** vero, usque [*] ad aquas contradictionis; sic enim Marimoth Syrus interpretatus est : ab occasu vero, mare finem esse. [21-23] Et hanc præcepit non solum iis qui ab Israele genus ducerent, distribui, sed etiam proselytis inter eos habitantibus : qui filios, inquit, in vobis genuerint. « Et unaquaque in tribu, inquit, habitantes proselyti cum tribu hæreditatem capiant. »

CAPUT XLVIII.

[1-7] Deinde præcipit ut primam capiat tribus Dan ab aquilone, alteram Aser, tertiam Nephthalim, quartam Manasse, quintam Ephraim, sextam Ruben, septimam Juda; [8-11] tum eam quæ sacerdotibus attributa est, quinque et viginti millium latitudinem, decem millium longitudinem habere; jubetque hujus hæreditatem circa ipsam urbem

VARIÆ LECTIONES.

[2] B διδασκαλικός. [3] καὶ — ἀπορρ. Des. in A. [4] οὐδὲ — αὐτοῦ. Gemina est interpretatio. [5] B ἀπ'. [6] αὐτ. Des. in A. [7] τῆς καιν. αὐτ. Des. in A. [8] εἰς — πρωτοβ. *Hebr.* mensibus suis maturescet sc. fructus ejus. [9] A ἀνάβασις. *Hebr.* folium ejus. [10] τοῦτ. B præm. οἴσει δέ. [11] B τοῦτον.

Digitized by Google

poni. « Erit enim sanctificatio mea, inquit, in medio ipsorum, sacerdotibus sanctificatis filii Sadoci, custodientibus custodias domus. » [12-17] Præterea quingentos rursus templi cubitos dividit per medium urbis. [18] Cum vero ædificabitur urbs, inquit, hujus terræ fructus attribuantur ædificantibus. [23-27] Deinde post hunc hæreditatem capere jubet Benjaminem, et post illum Simeonem, tum Issacharem, deinde Zabulonem, postremo Gad. [31-34] Ait autem portas fore urbi duodecim, in unaquaque parte tres, omnemque circuitum decem et octo millium cubitorum dixit.

1045 VERS. 35. *Nomen autem urbis*, inquit, *ex quo facta fuerit, erit nomen ejus.* Non quod alterum post ædificationem nomen acceperit (Hierosolyma enim etiam post Zorobabelem vocata fuit), sed insignem eam denuo futuram esse per hæc indicavit. Siquidem consuevit divina Scriptura *nomen* ipsam gloriam vocare : sicut idem quoque propheta ad Hierosolymam ex persona Dei dixit : « Et fuit tibi nomen. » Hæc urbis ædificatio post reditum e Babylone a Zorobabele primo facta est, multo tempore templi exstructione consumpto propter finitimorum bellum : mœnia vero erexit Neemias, post absolutam templi ædificationem interjectis annis octoginta. Et Machabæis item florentibus multa cum felicitate renovatum est : et post illos rursus Herodes illud nobilius effecit. At fabulosis narrationibus gaudens Apolinarius, et a vetulis fabellas enarrantibus nihil differens, aliam quoque nobis pollicetur Hierosolymæ ædificationem, et cultum juxta Judæorum legem institutum, et præter legis observationem, in Dominum fidem; deinde rursus ecclesias mutuo sibi adversantes, eam quæ ex gentibus constet extra legem viventem, et quæ ex Judæis, secundum legem rempublicam suam administrantem. Neque cognovit vir sapientissimus divinarum sententiarum veritatem. Nam de Judæis dixit : « Malos male perdet, et vineam locabit aliis agricolis, qui reddent ei suo **1046** tempore fructum [t]. » Et iterum : « Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me : veniet alius in suo nomine, et illum suscipietis [u]. » De templo vero ait primum quidem : « Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur [v]. » Deinde : « Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta [x]. » Et Isaias quoque exclamat : « Impiorum civitas in æternum non ædificabitur [y]. » Et : « Domus Israel cecidit, non amplius resur-

τὴν πόλιν. « Ἔσται γὰρ τὸ ἁγίασμά μου [12] ἐν μέσῳ αὐτῶν, τοῖς ἱερεῦσι τοῖς ἡγιασμένοις [13] υἱοῖς Σαδοὺκ, τοῖς φυλάσσουσι τὰς φυλακὰς τοῦ οἴκου. » Εἶτα πεντακοσίους πάλιν τοὺς τοῦ ναοῦ πήχεις διαιρεῖ κατὰ μέσον τῆς πόλεως. Ἐν δὲ τῷ, φησὶν, οἰκοδομεῖσθαι τὴν πόλιν, οἱ ταύτης τῆς γῆς καρποὶ ἀφορισθήτωσαν τοῖς τὴν οἰκοδομίαν ἐργαζομένοις. Εἶτα μετὰ τοῦτον, τὸν κλῆρον κελεύει λαβεῖν τὸν Βενιαμὶν, μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν Συμεὼν, εἶτα τὸν Ἰσσάχαρ [14], καὶ τὸν Ζαβουλὼν μετὰ τοῦτον, τὸν δὲ Γὰδ τελευταῖον. Λέγει δὲ καὶ πύλας τῇ πόλει γενήσεσθαι δυοκαίδεκα, ἐν ἑκάστῳ τμήματι τρεῖς· ἅπαντα δὲ τὸν κύκλον ὀκτωκαίδεκα χιλιάδων ἔφη [15] πήχεων.

imaginem tuam deosque tuos adorare recusamus. **1112** Cum talibus tibi certamen est animis : quacunque volueris ratione contende, neque honoribus delinies, neque minis deterrebis : omnium enim nobis Deus noster et amabilissimus est, et maxime formidabilis. Quid hisce verbis sublimius ? Illis apostolicum dictum illud convenit accommodare : « Quid enim orémus, sicut oportet, nescimus [f]. » [19, 20.] Sed ferox et insanissimus tyrannus furore plenus, ita ut vultu etiam præ se ferret animi perturbationem, amplius accendi fornacem præcepit, compedibusque vinciri sanctos viros imperavit : et ut nulla interponeretur pœnæ mora, dum vestis et calceamenta detrahuntur, una cum ipsis in pyram eos conjici jussit, hoc est, cum sarabaris suis, et tiaris, et tibialibus. *Sarabara* autem sunt Persicorum indumentorum genera, *tiaræ* autem capitum tegumenta, *tibialia* vero ea dicit, quæ anaxyrides vocantur, vel coriaceas extrinsecus, vel ex corio confecta calceamenta. [21, 22] Ita vincti sancti viri in ignem conjecti sunt. Et ille quidem celeritatis ac brevitatis causa ipsos ita comburi præcepit : divina vero gratia aliud hinc moliebatur mysterium. Nam circumjecta ipsis ferrea vincula usitato more ignis natura dissolvit : indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum essent, integra et illæsa conservavit, sanctorum quoque virorum accusatores, et impii imperii ministros, qui foris astabant, flamma consumpsit, ipsis vero **1113** sanctis appropinquare non potuit : verum iis, qui intus erant, terga præbens, contra proprios adoratores procedebat, quasi pœnas ab ipsis pro Domini cultoribus exigens. Tanta autem intus pietatis præcones Deum colentes securitate fruebantur, ut per ignitos carbones, quasi per quasdam rosas incederent.

Vers. 23. « Deambulabant, » inquit, in medio flammæ, laudantes Deum, et benedicentes Domino. » Hæc item præstantissimæ illorum philosophiæ apertum dant indicium : neque enim petebant, inquit, a molestiis liberari, sed laudibus eum celebrabant, qui ita res illorum moderatus, eosque hac pulchra confessione dignatus fuerat. Licet autem videre recentibus prisca similia. Etenim beati apostoli Petrus et Joannes, a Pharisæorum cohorte flagris cæsi, exierunt gaudentes, quia digni habiti fuerant pro nomine Jesu contumeliam pati [g]. Et beatissimus Paulus ac Silas, post plagas illas in Philippis sibi a magistratibus inflictas, in carcere degentes, et compedibus devincti, circa mediam noctem, « Orantes, ait, laudabant Deum [h]. » Ita etiam beati isti adolescentes in fornace tripudian-

τὴν προσκύνησιν. Πρὸς τοιαύτας σοι ψυχὰς ἡ παράταξις· ὃν ἂν ἐθέλῃς τρόπον ἀνταγωνίζου, οὔτε καταθέλξεις τιμῶν, οὔτε καταπλήξεις ἀπειλῶν· πάντων γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς [79] ἐρασμιώτατός τε καὶ φοβερώτατος. Τί τούτων ὑψηλότερον τῶν ῥημάτων; Τούτοις τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνην ἐφαρμόσαι προσήκει φωνήν· « Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. » Ἀλλ' ὁ θηριώδης [80] καὶ μανικώτατος τύραννος, ἔμπλεως θυμοῦ γενόμενος, ὡς καὶ δηλῶσαι τῷ προσώπῳ τὴν τῆς ψυχῆς ταραχήν, ἐπιπλεῖστον μὲν ἐκκαυθῆναι τὴν κάμινον παρενεγγύησε· πεδηθῆναι δὲ τοὺς ἁγίους ἄνδρας [81] παρεκελεύσατο, καὶ ὥστε μηδεμίαν γενέσθαι τῆς τιμωρίας ἀναβολήν, τῆς ἐσθῆτος καὶ τῶν ὑποδημάτων ἀφαιρουμένων, σὺν αὐτοῖς τούτοις τῇ πυρᾷ παραδοθῆναι προσέταξε· τουτέστι, σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν, καὶ τιάραις, καὶ περικνημῖσι. Σαράβαρα δέ ἐστι Περσικῶν περιβολαίων εἴδη· τιάραι δὲ τῶν κεφαλῶν τὰ καλύμματα· περικνημῖδας δὲ τὰς καλουμένας ἀναξυρίδας λέγει, ἢ τὰς σκυτίνας τὰς ἔξωθεν, ἢ τὰ σκύτινα ὑποδήματα [82]. Οὕτω πεδηθέντες οἱ ἅγιοι ἄνδρες παρεδόθησαν τῷ πυρί [83]· καὶ ὁ μὲν τάχους χάριν καὶ συντομίας οὕτως αὐτοὺς κατακαυθῆναι προσέταξεν· ἡ δὲ θεία χάρις ἕτερον ἐντεῦθεν ὠκονόμει μυστήριον. Τὰ μὲν γὰρ ἐπιβληθέντα αὐτοῖς ἐκ σιδήρου δεσμὰ συνήθως ἡ τοῦ πυρὸς διέλυσε φύσις· εὑρηστὰ δὲ ὄντα λίαν τὰ περιβόλαια ἀκήρατα διεφύλαξε· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν κατηγόρους, καὶ τῷ δυσσεβοῦς προστάγματος διακόνους, ἐκτὸς ἑστῶτας ἡ φλὸξ κατηνάλωσεν· αὐτοῖς δὲ τοῖς ἁγίοις προσπελάζειν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ τοῖς ἔνδον τὰ νῶτα παρέχουσα [84], κατὰ τῶν οἰκείων ἐχώρει προσκυνητῶν, ὥσπερ δίκας αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν τοῦ Δεσπότου θεραπόντων εἰσπραττομένη. Τοσαύτης δὲ ἔνδον οἱ τῆς εὐσεβείας κήρυκες ἀδείας καὶ θεραπείας ἀπήλαυον, ὅτι τῶν ἀνθράκων οἷόν τινων ἐπιβαίνοντες ῥόδων.

κγ'. « Περιεπάτουν, φησὶν, ἐν μέσῳ τῆς φλογὸς ὑμνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ εὐλογοῦντες τὸν Κύριον. » Καὶ ταῦτα δὲ ἔμφασιν τῆς ἄκρας αὐτῶν ἔχει φιλοσοφίας· οὔτε γὰρ ᾔτουν, φησὶ, τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν, ἀλλ' ὕμνουν τὸν οὕτω τὰ κατ' αὐτοὺς πρυτανεύσαντα, καὶ τῆς καλῆς ταύτης αὐτοὺς ἀφορολογίας ἀξιώσαντα. Ἔστι δὲ ἰδεῖν ἐοικότα τοῖς νέοις τὰ παλαιά· καὶ γὰρ οἱ μακάριοι ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ὑπὸ τῆς τῶν Φαρισαίων αἰκισθέντες συμμορίας, ἐξῆλθον χαίροντες, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ [85] ἀτιμασθῆναι· καὶ ὁ θειότατος δὲ Παῦλος σὺν τῷ Σίλᾳ, μετὰ τὰς αἰκίας ἐκείνας τὰς ἐν Φιλίπποις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν αὐτοῖς προσενεχθείσας, δεσμωτήριον οἰκοῦντες, καὶ ποδοκάκῃ προσδεδεμένοι, κατὰ τὸ μεσονύκτιον, φησὶ, « Προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν. » Οὕτω καὶ οἱ μακάριοι

[f] Rom. VIII, 26. [g] Act. V, 41. [h] Act. XVI, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[79] B ὁ Θεὸς ἡμῶν. [80] θηρ. B add. ἐκεῖνος. [81] ἄνδρ. B præm. τρεῖς. [82] ἢ τ. σκ. ὑποδ. Des. in B. [83] B ἐν πυρᾷ. [84] B παραχωροῦσα. [85] Ἰησ. B τοῦ Θεοῦ.

Digitized by Google

παῖδες οὗτοι ἐν καμίνῳ χορεύοντες τὸν θεῖον ὕμνον διετέλουν ὑφαίνοντες. Καὶ [86] πρῶτον [87] μὲν ὁ Ἀζαρίας στόμα κοινὸν γενόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν τῆς φλογὸς κυμάτων περικλυζόμενος,

« Ἀνοίξας, φησὶ, τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν [89] μέσῳ τοῦ πυρὸς, εἶπεν· (κς'.) Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν [90], καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. » Τίς ἂν πρὸς ἀξίαν τοῦ προοιμίου τὴν σοφίαν θαυμάσειεν; Οὐδὲ γὰρ ἐν εὐημερίᾳ ὢν καὶ εὐκληρίᾳ, οὐδὲ κατὰ ῥοῦν τοῦ βίου φερομένου, ἀλλ' ἐν καμίνῳ τοσαύτῃ τὸν τῶν ὅλων ὕμνει Θεὸν, καὶ ἐκάλει αὐτὸν *τὸν* [90] *πατέρων Θεὸν*, καὶ τὴν τοῦ φρονήματος δεικνὺς μετριότητα, καὶ τῶν πατέρων ἀνακηρύττων τὴν ἀρετήν. Ὑμνοῦμεν γάρ σε, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ἡμεῖς οἱ πατέρας ἔχοντες ἐκείνους, ὧν ἠθέλησας κληθῆναι Θεός. Σὺ γὰρ εἶπας τῷ θεράποντί σου Μωσῇ· « Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ [91]· » τοῦτό σου τὸ ὄνομα αἰνετόν ἐστι, καὶ δεδοξασμένον, οὐκ ἐν καιρῷ τινι καὶ χρόνῳ ῥητῷ, ἀλλ' *εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας*.

κζ'. « Ὅτι δίκαιος εἶ ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν. » Ὑμνοῦμεν δέ σε, φησὶ, τὸ δίκαιον τῆς σῆς ἐπιστάμενοι κρίσεως· ὀρθῇ γὰρ καὶ δικαίᾳ χρησάμενος [92] ψήφῳ ἐξανδραποδισθῆναι ἡμᾶς, καὶ πόρρω τῶν οἰκείων γενέσθαι προσέταξας.

« Καὶ πάντα σου [93], φησὶ, τὰ ἔργα ἀληθινὰ, καὶ εὐθεῖαι αἱ ὁδοί σου. (κη'.) Καὶ πᾶσαι αἱ κρίσεις σου ἀληθιναὶ [94], καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας, κατὰ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν τὴν τῶν πατέρων ἡμῶν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἐν ἀληθείᾳ καὶ κρίσει ἐπήγαγες ταῦτα πάντα ἐφ' ἡμᾶς [95] διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Τὴν αὐτὴν μὲν διάνοιαν ἅπαντα ἔχει τὰ εἰρημένα· διαφόρως δὲ αὐτὰ εἴρηκε, τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ὑμνῶν, καὶ χώραν οὐδεμίαν τῇ ἀχαριστίᾳ διδούς. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ μνημονεύσας, καὶ *ἁγίαν* αὐτὴν ὀνομάσας, καὶ *τῶν πατέρων ἐκείνων* τῶν ἐκλεκτῶν *πόλιν* προσαγορεύσας, εὐθὺς τὴν τῆς τιμωρίας αἰτίαν ἐπήγαγε·

« Ταῦτα πάντα, φησὶν, ἐπήγαγες ἐφ' ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. (κθ'.) Ὅτι ἡμάρτομεν καὶ ἠνομήσαμεν ἀποστάντες [96] ἀπὸ σοῦ. » Οὐ γὰρ μάτην, φησὶ, καὶ ἣν ἀφιέρωσας παρέδωκας [97] πόλιν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἡμᾶς εἰασας δορυαλώτους γενέσθαι, ἀλλ' « ὅτι ἡμάρτομεν, καὶ ἠνομήσαμεν ἀποστάντες ἀπὸ σοῦ. » Πολλὴν δὲ ἔμφασιν ἔχει τὸ *ἀπὸ σοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Τοῦ Ποιητοῦ καὶ Δημιουργοῦ, τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου, τοῦ τροφέως, καὶ φύλακος, τοῦ τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ἀπαλλάξαντος, τοῦ θάλατταν τεμόντος, τοῦ δι' ἀβύσσου ποδηγήσαντος, τοῦ πέτραν ξηρὰν

tes divinum hymnum contexere perseverabant. [25] Et primum Azarias os commune effectus, et flammæ fluctibus circumspersus,

« Aperiens, inquit, os suum in medio ignis, dixit : (Vers. 26.) Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile, et glorificatum nomen tuum **1114** in sæcula. » Quis pro dignitate proœmii hujus sapientiam poterit laudare? Neque enim in felicitate aut tranquillitate constitutus, neque in prospero vitæ cursu, sed in ejusmodi fornace, auctorem omnium rerum celebrabat Deum, et *Deum patrum* illum vocabat, et mentis declarans modestiam, et patrum prædicans virtutem. Laudamus enim te, Domine, inquit, nos, quibus patres illi fuere, quorum Deus vocari voluisti. Tu enim dixisti famulo tuo Mosi : « Ego Deus Abrahami, et Deus Isaaci, et Deus Jacobi [1] : » hoc tuum nomen laudabile est, et gloriosum, non in aliquo definito præscriptoque tempore, sed *in omnia sæcula*.

Vers. 27. « Quia justus es in omnibus quæ fecisti nobis. » Laudamus autem, inquit, te, justum tuum judicium agnoscentes : recta enim et justa de nobis lata sententia, in servitutem nos redigi, et procul a patria captivos abduci præcepisti.

« Et universa, inquit, opera tua vera, et viæ tuæ rectæ. (Vers. 28.) Et omnia judicia tua vera, et judicia veritatis fecisti, juxta omnia quæ induxisti nobis, et super civitatem sanctam patrum nostrorum, Hierosolymam, quia in veritate et judicio adduxisti hæc omnia super nos propter peccata nostra. » Eamdem sententiam habent omnia quæ dicta sunt, varie tamen ea protulit, justum Dei celebrans judicium, et nullum ingrati animi vitio locum relinquens. Idcirco cum Hierosolymæ mentionem fecisset, et *sanctam* ipsam appellasset, ac *patrum illorum* electorum *civitatem* nuncupasset, **1115** statim pœnarum causam adjecit :

« Hæc omnia, inquit, adduxisti super nos propter peccata nostra. (Vers. 29.) Peccavimus enim, et inique egimus recedentes a te. » Non enim temere, inquit, et quam consecraveras urbem, et nos bello captos, hostibus captivos tradidisti, sed « quia peccavimus, et inique egimus recedentes a te. » Multamque emphasin habet illud *a te*, quasi dicat, A te Factore et Opifice, bono hero, nutritore, et custode, qui ab Ægyptiorum servitute nos liberasti, qui mare secuisti, qui per abyssum nos duxisti, qui petram aridam percussam fontes edu-

[1] Exod. III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[86] καὶ πρῶτον, κ. τ. λ. Hymnus trium puerorum qui vers. 25, 90, sequitur, in cod. August. quoque h. l. inseritur. [87] B πρῶτος. [88] ἐν — πυρός. Des. in A. [89] A αἰνετός. [90] B τῶν. [91] B ἐγὼ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. [92] χρ. In B ponitur post ψήφῳ. [93] σου. In B ponitur post ἔργα. [94] A et B ἀληθεῖς. [95] ἐφ' ἡμ. Des in A. [96] ἀπ. Ita A sed B h. l. et deinceps ἀποστῆναι. [97] B παραδέδωκας.

Digitized by Google

cere jussisti, aliaque omnia bona litteris prodita nobis suppeditasti. Peccavimus itaque recedentes a te, « Et deliquimus in cunctis. » Neque enim hoc vel illud violavimus, sed omnia præcepta tua.

VERS. 30. « Et mandata legis tuæ non audivimus, nec observavimus ea, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. » Et hinc rursus pietatis ac sapientiæ præstantiam ostendit. Legum enim et mandatorum observatio, inquit, tibi quidem legislatori nihil præbebat, nobis autem bonorum abundantiam conciliabat. Hac igitur de causa, et leges illas posueras, ut nobis subministrares causam salutis. Quando itaque jussa tua, inquit, violavimus,

VERS. 31. « Omnia quæcunque adduxisti super nos, et omnia quæcunque fecisti nobis, in vero judicio fecisti. » Dignum est enim peccato supplicium; quod deinde ostendens subjicit :

VERS. 32. « Et tradidisti **1116** nos in manus iniquorum, inimicissimorum, prævaricatorum, et regi injusto et pessimo super omnem terram tradidisti nos. » Nam quia te non coluimus, Regem nostrum, verum bonitatem tuam contempsimus, merito nos crudelissimo, et infestissimo, et omnis juris prorsus ignaro servire coegisti regi : cui subjecti populi regiæ improbitati consentiunt. Verumtamen in tot malis versantes, omnem loquendi libertatem amisimus, et præ pudore tibi supplicare prohibemur : hoc enim significat, ' cum ait :

VERS. 33. « Et nunc non possumus aperire os, confusio et opprobrium facti sumus servis tuis, et iis qui colunt te. » Obturat, inquit, nobis os multitudo scelerum; sed, quamvis opprobriis obnoxii, et ridiculi, atque ejusmodi facti sumus, ut nos admodum derideant hostes : nos qui servi tui vocamur, tibi supplicamus, ut propter illud dominationis tuæ nomen, quod nobis est impositum, adversariis ostendas potentiam tuam, et ne prorsus nos tua providentia destituas.

VERS. 34. « Ne tradas enim, inquit, nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis. » Audemus autem, inquit, hæc dicere, cum multa tuæ bonitatis pignora habeamus : primum ipsum tuum nomen, quo te Dominum vocamus : deinde immensam misericordiam, qua universa moderaris : insuper pacta illa, quæ cum patribus nostris iniisti, quibus **1117** pollicitus es te illorum genus illustre et gloriosum facturum esse. Tum etiam patrum nomina commemorat, ut memoria justorum bonum Dominum provocet ad misericordiam.

A ὠδῖσι πληγῶν[98] κατακλύσαντος, τοῦ τ' ἄλλα πάντα ἀνάγραπτα ἀγαθὰ χορηγήσαντος. Ἡμάρτομεν τοίνυν ἀποστάντες ἀπὸ σοῦ· « Καὶ ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσιν. » Οὐ γὰρ τόδε, ἢ τόδε παρέβημεν, ἀλλὰ πάντα σου τὰ προστάγματα.

λ'. « Καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου[99] σου οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ ἐφυλάξαμεν αὐτὰς[1], οὐδὲ ἐποιήσαμεν, καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν, ἵνα εὖ ἡμῖν γένηται. » Κἀνταῦθα πάλιν τὴν τῆς εὐσεβείας καὶ[2] σοφίας ἔδειξεν[3] ὑπερβολήν. Ἡ γὰρ τῶν νόμων, φησὶ, καὶ τῶν ἐντολῶν φυλακὴ, σοὶ μὲν τῷ νομοθέτῃ παρεῖχεν οὐδέν, ἡμῖν δὲ ἀγαθῶν ἀφθονίαν προεξένει· τούτου τοίνυν χάριν καὶ τοὺς νόμους ἐτεθείκεις ἐκείνους, ἀφορμὰς ἡμῖν χορηγῶν σωτηρίας. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, παρέβημεν,

B λα'. « Πάντα ὅσα ἡμῖν ἐπήγαγες, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίησας. » Ἀξία γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἡ τιμωρία. Εἶτα ταύτην δεικνὺς ἐπάγει·

λβ'. « Καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἀνόμων[4], ἐχθίστων, ἀποστατῶν, καὶ βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πονηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν παρέδωκας ἡμᾶς[5]. » Ἐπειδὴ γάρ σε τὸν ἡμέτερον οὐκ ἐθεραπεύσαμεν βασιλέα, ἀλλὰ τῆς σῆς κατεφρονήσαμεν ἀγαθότητος, εἰκότως ἡμᾶς ὠμοτάτῳ, καὶ ἀπηνεστάτῳ, καὶ οὐδαμῶς εἰδότι τὸ δίκαιον δουλεύειν ἠνάγκασας[6] βασιλεῖ, ἔχοντι καὶ τοὺς ὑπηκόους τῇ βασιλικῇ πονηρίᾳ συμβαίνοντας. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τοσούτοις ὄντες κακοῖς πάσης ἐστερήμεθα παῤῥησίας, καὶ προσφέρειν σοι δέησιν ὑπὸ τῆς αἰσχύνης κωλυόμεθα· τοῦτο C γὰρ σημαίνει λέγων·

λγ'. « Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου, καὶ τοῖς σεβομένοις σε. » Ἐμφράττει, φησὶν, ἡμῶν τὸ στόμα τῆς παρανομίας τὸ πλῆθος· ἀλλ' ὅμως ἐπονείδιστοι, καὶ καταγέλαστοι, καὶ λίαν ἐπίχαρτοι τοῖς πολεμίοις γενόμενοι ἡμεῖς, οἱ δοῦλοί σου προσαγορευόμενοι, ἱκετεύομέν σε, διὰ τὸ ἐπικείμενον ἡμῖν τῆς σῆς δεσποτείας ὄνομα δεῖξαι τοῖς ἐναντίοις τὴν σὴν ἰσχὺν, καὶ μὴ παντελῶς ἡμᾶς τῆς σῆς προμηθείας ἀλλοτριῶσαι[7].

D λδ'. « Μὴ παραδῷς γὰρ ἡμᾶς[8], φησὶν, εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ τὴν[9] διαθήκην σου μὴ ἀποστήσῃς, καὶ μὴ διασκεδάσῃς[10] τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν. » Τολμῶμεν δὲ[11], φησὶ, ταῦτα λέγειν, πολλὰ ἐνέχυρα τῆς σῆς ἀγαθότητος ἔχοντες· πρῶτον μὲν αὐτὸ τῆς σῆς Δεσποτείας τὸ ὄνομα· ἔπειτα τὸν ἀμέτρητον ἔλεον, ᾧ κεχρημένος ἰθύνεις τὰ σύμπαντα· πρὸς τούτοις, τὰς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν συνθήκας· ὑπέσχου γὰρ ἐκείνοις περίβλεπτόν τε καὶ ἔνδοξον τὸ ἐκείνων γένος ποιήσειν. Εἶτα καὶ τῶν ὀνομάτων τῶν πατέρων μέμνηται, τῇ μνήμῃ τῶν δικαίων τὸν ἀγαθὸν Δεσπότην εἰς ἔλεον ἐκκαλούμενος.

VARIÆ LECTIONES.

[98] πλ. Ita cum B legimus. Sirm. πηγῶν. [99] τ. νόμ. Des. in B. [1] ἐφ. αὐτ. A et B συνετηρήσαμεν. [2] εὐσ. καί. Des. in B. [3] B ἔδειξαν. [4] ἀν. A præm. ἐχθρῶν. [5] π. ἡμ. Des. in A et B. [6] ἠν. B παρέδωκας. [7] B ἀπαλλοτριώσῃς. [8] ἡμ. In B sequ. post φησίν. [9] τὴν — ἀποστ. A et B μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθ. σου. [10] διασκεδάσῃς. A et B ἀποστήσῃς. [11] δέ. Des. in B.

Digitized by Google

λε', λς'. « Διὰ Ἀβραάμ, φησὶ, τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ σοῦ, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου, οἷς ἐλάλησας αὐτοῖς[12] λέγων· Πληθυνῶ[13] τὸ σπέρμα ὑμῶν[14] ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης.» Ταῦτα, φησὶν, ἐκείνοις ὑπέσχου, Δέσποτα, οὓς ἠγάπησάς τε καὶ ἀοιδίμους ἐποίησας, ὥστε τῇ ψάμμῳ μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν παραβάλλεσθαι τὸ γένος, τοῖς δὲ ἀστράσι[15] παραπλησίως εἶναι λαμπρόν τε καὶ ὑψηλόν, καὶ περιφανές. Εἶτα ἐκ παραλλήλου ταῖς ἐπαγγελίαις τὰ πράγματα τίθησιν[16].

λζ'. « Ὅτι, Δέσποτα, φησὶν ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον[17]. » Καὶ ἵνα μὴ ψευδῶς κατηγορήσῃ τῶν ὑποσχέσεων, εὐθὺς τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε, λέγων· « Διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Οὐ γὰρ σὺ, φησὶ,[18] Δέσποτα, τὰς ὑποσχέσεις ἐψεύσω, ἀλλ' ἡμεῖς τὰς συνθήκας παρέβημεν, καὶ πολλοὶ ὄντες κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ ἀριθμοῦ κρείττους, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὀλιγώθημεν. Τοῦτο γὰρ ἠνίξατο εἰρηκώς· « Ἐσμικρύνθημεν[19]. » Οὐ[20] γὰρ εἶπε, Σμικροὶ ἐσμεν, καὶ ὀλίγοι παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, ἀλλ', « Ἐσμικρύνθημεν[21], » τουτέστιν, Ἐγενόμεθα μὲν ἀριθμοῦ κρείττους κατὰ τὴν σὴν[22] ὑπόσχεσιν, παραβάντες δέ σου τὰς ἐντολὰς ὀλίγοι ἀντὶ πολλῶν ἐγενόμεθα. Εἶτα ὑποδείκνυσι τῷ Θεῷ τὴν κατέχουσαν συμφορὰν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκων, ἀλλὰ τῇ διηγήσει τῶν λυπηρῶν[23] εἰς φιλανθρωπίαν ἐκκαλούμενος.

λη'. « Καὶ οὐκ ἔστι, φησὶν[24], ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων, καὶ προφήτης, καὶ ἡγούμενος. » Ἀπεστερήμεθα γὰρ, φησὶ, βασιλείας, προφητείας, ἱερωσύνης, τῶν θείων σου καὶ μεγάλων δωρεῶν, δι' ὧν κυβερνώμενοι διετελοῦμεν. « Οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ[25] θυσία, οὐδὲ προσφορὰ, οὐδὲ θυμίαμα. » Καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀδύνατον θῦσαι, ἀκολούθως ἐπήγαγεν· « Οὐδὲ[26] τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεον[27]. » Ὁ γὰρ σὸς νόμος τὴν τῶν θυσιῶν λειτουργίαν ἑνὶ περιέγραψε τόπῳ, καὶ παρανομία σαφὴς τὸ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ προσενεγκεῖν σοι θυσίαν. Τούτων ἀκούειν οὐκ ἐθέλουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς μύσαντες, καὶ τὰ ὦτα βύσαντες, πάντα τολμῶσι παρανόμως ἐπιτελεῖν. Οἱ δὲ ἅγιοι παῖδες οὗτοι, τοῦ νόμου τὸν σκοπὸν ἐπιστάμενοι, ἔλεγον μὴ εἶναι τόπον τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ εὑρεῖν ἔλεον· Καὶ ἐπειδὴ τούτου, φησὶ, τυχεῖν ἀδύνατον, πόρρω τῆς ἱερᾶς ἐκείνης πόλεως ὄντας, εὑρήκαμεν τρόπον τινὰ θεραπείας, ὦ Δέσποτα.

λθ', μ'. « Ἐν ψυχῇ γὰρ συντετριμμένῃ, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως[28] προσφέροντές[29] σοι τὴν ἱκετείαν, προσδεχθῆναι αὐτὴν[30] παρακαλοῦμεν. Ὡς ἐν ὁλοκαυτώμασι κριῶν καὶ ταύρων[31], καὶ ὡς ἐν μυριάσι

A Vers. 35, 36. « Propter Abrahamum, inquit, dilectum a te, et propter Isaacum servum tuum, et Israelem sanctum tuum, quibus locutus es dicens : Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli, et sicut arenam juxta oram maris. » Hæc, inquit, illis pollicitus es, Domine, quos amasti, et celebres fecisti, ut arenæ, quod ad numerum attinet, eorum genus compararetur, instar stellarum vero splendidum, excelsum et illustre esset. Deinde res eum pollicitationibus confert.

Vers. 37. « Quia, Domine, inquit, imminuti sumus ultra omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie. » Et ne pollicitationes mendacii argueret, statim adjecit causam, dicens, « Propter peccata nostra. » Non enim tu, inquit, Domine, mentitus es, quæ pollicitus fuisti, sed nos fœdera violavimus, et cum multi essemus secundum pollicitationem, et innumerabiles, propter peccata nostra ad paucos redacti sumus. Hoc enim innuit, cum dixit, « Imminuti sumus. » Non enim dixit : Parvi sumus, et pauci ultra omnes gentes, sed, « Imminuti sumus, » hoc est, Fuimus quidem innumerabiles secundum tuam pollicitationem, sed violatis mandatis tuis pauci pro multis facti sumus. Deinde ostendit Deo **1118** calamitatem, qua detinebantur : non quasi ignarum docens, sed calamitatum commemoratione ad clementiam eum provocans.

C Vers. 38. « Et non est, inquit, in tempore hoc princeps, et propheta, et dux. » Privati enim sumus, inquit, regno, prophetia, sacerdotio, divinis tuis magnisque muneribus, quibus continenter gubernabamur. « Neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum. » Causamque ostendens, cur sacrificare non liceat, consequenter adjecit : « Neque locus, ut primitias offeramus coram te, et inveniamus misericordiam. » Tua enim lex sacrificiorum ministerium uno tantum loco circumscripsit, et aperta legis violatio est, alibi tibi sacrificare. Hæc audire nolunt Judæi, sed oculis conniventes, obstructisque auribus, omnia audent contra legem agere. At hi sancti adolescentes, finem legis callentes, non esse dicebant D locum, ut primitias offerre possent coram ipso, et misericordiam invenire : Et quando hoc, inquit, assequi non possumus, cum a sacra illa civitate procul absimus, modum quemdam invenimus tui colendi, Domine.

Vers. 39, 40. « Cum anima enim contrita, et spiritu humilitatis supplicationem tibi offerentes, rogamus, ut ipsam suscipias. Sicut cum holocaustis arietum, et taurorum, et sicut cum millibus

VARIÆ LECTIONES.

[12] A et B πρὸς αὐτούς. [13] A et B πληθῦναι. [14] A et B αὐτῶν, ὡς. [15] B ἄστροις. [16] B τιθεῖς. [17] σήμ. Des. in B. [18] φησί. Des. in B. [19] Ἐσμ. B præm. καί. [20] οὐ — ὀλίγοι. Des. in B. [21] ἀλλ' ἐσμικρύνθημεν. Des. ibid. [22] σήν. Des. in B. [23] λυπ. B συμφορῶν. [24] φησ. Des. in B. [25] οὐδέ. B præm. φησίν. [26] A οὐ. [27] A et B ἔλεος. [28] ταπ. A c. B add. προσδεχθείημεν. [29] πρ. — παρακαλ. Des. in A. [30] προσδ. αὐτ. B ταύτην. [31] καὶ ταύρων. Ex A et B suppl.

Digitized by Google

agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, et perficiatur post te, quoniam non est confusio confidentibus in te. » Cum enim tua lex, inquit, consueta **1119** sacrificia tibi offerre ubique non permittat, pro arietibus, et tauris, et agnis innumerabilibus, contritum tibi et humiliatum cor offerimus, et supplices petimus, ut hæc tibi sint omni sacrificio gratiora : siquidem consuevisti in te confisos ab omni ignominia vindicare. Hæc autem haud simpliciter ita dixit sanctus hic vir, sed a propheta Davide eruditus, qui in quinquagesimo psalmo : « Quia si voluisses, inquit, sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis ; sacrificium Deo (gratum) spiritus contritus, cor contritum et humiliatum Deus non despiciet i . » Et rursus ex persona Dei : « Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua, et invocabis me in die tribulationis tuæ, et eruam te, et glorificabis me [k]. » Ac paulo post : « Sacrificium laudis honorificabit me : et ibi via, qua ostendam illi salutare meum [l]. » Hæc edoctus divinus hic vir, contritum cor pro omni sacrificio suscipi supplicavit. Deinde adjicit :

VERS. 41. « Et nunc sequimur te toto corde, et timemus te, et quærimus faciem tuam, ne confundas nos. » Multitudo enim calamitatum ex aliis alios nos fecit, et qui mandata tua violavimus, ut toto corde et timeremus et quæreremus te, effecit. *Faciem* autem *Dei* hoc loco benevolentiam vocavit, et libertatis redditionem, et providentiæ recuperationem, qua potiti, et sacrum templum poterant videre, et quæ ibi peragebantur sacrificia, **1120** per quæ corporis expertem Deum, quique oculis cerni non potest, videre se cogitabant. Quando itaque adeo nos hoc supplicio immutasti,

VERS. 42, 43. « Ne confundas nos, sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, et secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos secundum mirabilia tua, et da gloriam nomini tuo. » Propter hæc nos, inquit, tua misericordia et clementia dignare : misereri enim soles, et longanimitate erga omnes homines uti, comitemque voluntatis habes potestatem ; idque testantur ea quæ a te continenter fiunt, miracula. Quæ enim in nos facta sunt, causa erunt, ut nomen tuum celebretur, non a nobis tantum qui salvamur incolumes, sed etiam ab iis qui nostram conspexerint salutem.

« Da itaque gloriam nomini tuo, Domine. (VERS. 44, 45.) Et confundantur omnes qui osten-

σιν ἀρνῶν πιόνων, οὕτω γενέσθω ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου σήμερον, καὶ ἐκτελείσθω [32] ὄπισθέν σου· ὅτι οὐκ ἔστιν αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σοί. » Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ὁ σὸς νόμος ἐν παντί σοι τόπῳ προσφέρειν τὰς νενομισμένας θυσίας οὐ συγχωρεῖ, ἀντὶ κριῶν, καὶ ταύρων, καὶ ἀρνῶν τὸν ἀριθμὸν νικώντων, συντετριμμένην σοι καὶ τεταπεινωμένην καρδίαν προσφέρομεν, καὶ παρακαλοῦμεν γενέσθαι σοι ταῦτα πάσης θυσίας ἡδίω, ἐπειδὴ εἴωθας τοὺς πεποιθότας ἐπὶ σοὶ πάσης αἰσχύνης ἐλευθεροῦν. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς οὕτως εἴρηκεν ὁ ἅγιος οὗτος ἀνὴρ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ προφήτου δεδιδαγμένος Δαβὶδ, ὃς ἐν τῷ πεντηκοστῷ λέγει ψαλμῷ, ὅτι « Εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις· θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. » Καὶ πάλιν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι; Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. » Καὶ μετὰ βραχέα· « Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς, ἐν [33] ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου [34]. » Ταῦτα δεδιδαγμένος ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, τὴν συντετριμμένην καρδίαν ἀντὶ πάσης δεχθῆναι θυσίας ἱκέτευσεν. Εἶτα ἐπάγει·

μα'. « Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμέν σοι [35] ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ φοβούμεθά σε, καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου, μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς. » Τὸ γὰρ πλῆθος τῶν συμφορῶν ἑτέρους ἡμᾶς ἀνθ' ἑτέρων εἰργάσατο, καὶ παραβάτας ὄντας τῶν σῶν ἐντολῶν, ἐν ὅλῃ σε καρδίᾳ καὶ φοβεῖσθαι καὶ ζητεῖν παρεσκεύασε. *Πρόσωπον* δὲ *Θεοῦ* ἐνταῦθα τὴν εὐμένειαν ἐκάλεσε, καὶ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἀπόδοσιν, καὶ τὴν τῆς κηδεμονίας ἀπόληψιν, ἧς ἀπολαύοντας δυνατὸν ἦν ὁρᾷν καὶ τὸν θεῖον νεὼν [36], καὶ τὰς ἐπιτελουμένας αὐτόθι λατρείας, δι' ὧν ἀσώματον ὄντα τὸν Θεὸν καὶ ἀόρατον ὁρᾷν ἐφαντάζοντο. Ἐπειδὴ τοίνυν τοσαύτην ἡμῶν διὰ τῆς τιμωρίας εἰργάσω μεταβολὴν,

μβ', μγ'. « Μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου. Καὶ [37] ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου [38]. » Διὰ ταῦτα, φησὶν, οἰκτου [39] ἡμᾶς καὶ φιλανθρωπίας ἀξίωσον· ἐλεεῖν τε γὰρ πέφυκας, καὶ μακροθυμίᾳ κεχρῆσθαι πρὸς ἅπαντας, σύνδρομόν τε ἔχεις τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν· καὶ μαρτυρεῖ τὰ διηνεκῶς ὑπὸ σοῦ γενόμενα θαύματα. Τὰ γὰρ εἰς ἡμᾶς γενόμενα, καὶ τὸ σὸν ὄνομα ὑμνεῖσθαι παρασκευάσει, οὐχ ὑφ' ἡμῶν μόνον σωζομένων [40], ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ὁρώντων.

« Δὸς δόξαν τοίνυν τῷ ὀνόματί σου, Κύριε [41]. (μδ', με'.) Καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐνδεικνύ-

[j] Psal. L, 18, 19. [k] Psal. XLIX, 13, 14. [l] Ibid. 23.

VARIÆ LECTIONES.

[32] A ἐκτελέσαι. [33] B ἣν. [34] μου. B τοῦ Θεοῦ. [35] σοι. Des. in B. [36] B ναόν. [37] Καί. Des. in B. [38] σου. B addit ὕψιστε. A Κύριε. [39] B πάντα, ἡμᾶς οἰκτου. [40] σωζ. Des. in B. [41] Κύρ. B ὕψιστε.

Digitized by Google

μενοι τοῖς δούλοις σου κακά, καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης δυναστείας [43], καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη. Γνώτωσαν [43], ὅτι σὺ Κύριος [44] ὁ Θεὸς μόνος, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. » Ταύτης γὰρ εἰς ἡμᾶς γινομένης [45] φιλανθρωπίας, καταλυθήσεται μὲν τῶν ἐναντίων τὸ θράσος, σβεσθήσεται δὲ αὐτῶν ἡ λύττα, καὶ φρόνημα [46] αὐτῶν τὸ ὑψηλὸν συντριβήσεται, καὶ γνώσονταί σε μόνον εἶναι Κύριον καὶ Θεὸν, ὑπὸ πάσης ἄξιον ὑμνεῖσθαι τῆς οἰκουμένης· καὶ οἱ νῦν πολλοὺς προσκυνοῦντες θεοὺς, τῶν μὲν οἰκείων θεῶν γνώσονται τὴν ἀσθένειαν, τὴν δὲ σὴν προσκυνήσουσι δύναμιν. Οἱ μὲν οὖν ἔνδον ἐν τῇ καμίνῳ χορεύοντες [47] διετέλουν· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως ὑπηρέται, καὶ τῶν ἁγίων κατήγοροι, οὐκ ἔληγον ὕλην τῇ φλογὶ χορηγοῦντες, καὶ [48] κληματίδας, καὶ στυππίον, *καὶ νάφθαν*· εἶδος δὲ τοῦτό ἐστιν ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ γινόμενον, ἐξάψαι τὴν φλόγα δυνάμενον. Τοσαύτη δὲ ἦν χορηγουμένη [49] τῇ πυρᾷ τροφὴ, ὡς ἐπ' ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα πήχεις διαχυθῆναι, καὶ τῶν Χαλδαίων ἐμπρῆσαι τοὺς πλησιάζοντας. Καὶ οἱ μὲν ἔξωθεν ἐξῆπτον τὴν φλόγα· θεῖος δὲ ἄγγελος ἐσκεδάννυ τὴν φλόγα, καὶ τὸ μέσον [50] τῆς καμίνου τῶν ἀνθράκων ἐγύμνου, καὶ αὖράν τινα ψυχράν τε καὶ μετρίως ὑγρὰν, καὶ πολλὴν τοῖς ἁγίοις ἡδονὴν πραγματευσμένην, ὠδίνειν τὸ πῦρ παρεσκεύαζε, καὶ ταύτην τοῖς τῶν ἁγίων ἐπαφιέναι σώμασιν.

ν'. « Ἐποίησε γὰρ, φησὶ, τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον, καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ, καὶ οὐκ [51] ἐλύπησεν αὐτοὺς [52], οὐδὲ παρηνώχλησεν αὐτοῖς [53]. » Ἀλλὰ μηδεὶς ταῦτα ἀφορῶν σμικρυνέτω τοὺς τῶν ἁγίων ἀγῶνας, τῶν δὲ ἱερῶν ἐκείνων ἀναμιμνησκέσθω λόγων· « Ἔστιν [54] ὁ Θεὸς ἐν οὐρανοῖς, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, δυνατὸς [55] ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου [56] τῆς καιομένης, καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου, βασιλεῦ, ῥύσεται [57] ἡμᾶς. » Καὶ, « Ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. » Ὥστε οἱ ἅγιοι παῖδες ἐκεῖνοι τῆς φλογὸς ἐκείνης κατεφρόνησαν, οὐ τοῦτο τὸ τέλος ὁρῶντες, ἀλλὰ θάνατον προσδεχόμενοι· ὁ δὲ ἀγωνοθέτης ἐβράβευσεν, ὡς ἠθέλησε, καὶ τούς τε ἀλιτηρίους ἐκείνους κατῄσχυνε, καὶ τούτους ἀοιδίμους ἀπέφηνε. Ταύτης τοίνυν τῆς σωτηρίας ἀπολαύσαντες οἱ μακάριοι καὶ τρισμακάριοι παῖδες, καὶ πολλάκις τοῦτο, οὐκ ἔτι ἑνὶ τὸν Θεὸν ὑμνεῖν παρεχώρησαν, ἀλλ',

να'. « Ὡς ἐξ ἑνὸς, φησὶ, στόματος ὕμνουν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, καὶ ηὐλόγουν [58] ἐν τῇ καμίνῳ, » τὴν ἀρίστην αὐτῶν συμφωνίαν, καὶ θαυμαστὴν ὑμνῳδίαν, τῇ παρὰ τὴν εἰκόνα συμφωνίᾳ καὶ τοῖς

A dunt servis tuis mala, et confundantur ab omni potentia, et robur eorum conteratur. Sciant te Dominum esse Deum solum, et gloriosum super omnem orbem terrarum. » Hac enim erga nos a te adhibita clementia, adversariorum infringetur audacia, ipsorumque rabies exstinguetur, superbaque eorum cogitatio deprimetur, cognoscentque te solum Dominum ac Deum esse, ab universo terrarum orbe dignum celebrari : et qui nunc multos adorant deos, suorum deorum cognita imbecillitate, tuam adorabunt potentiam. [46-48] Illi igitur intus in fornace choros **1121** ducere pergebant, regis autem ministri, et sanctorum accusatores, haud desinebant flammæ materiam subministrare, et vitium sarmenta, ac stupam, *naphthamque* : id
B autem in ea regione natum, idoneum est ad accendendum ignem. Tantumque pyræ suppeditabatur alimentum, ut ad quadraginta novem cubitos diffusus sit ignis, et Chaldæorum complures, qui proximi aderant, combusserit. Et illi quidem foris flammam incendebant : [49] at sanctus angelus flammam dissipabat, et mediam fornacis partem ignitis carbonibus nudans, auram quamdam frigidam ac mediocriter humidam, quæque sanctis multam afferret voluptatem, ignem afflare et parere faciebat, atque hanc in sanctorum corpora immittere.

Vers. 50. « Fecit enim, inquit, medium fornacis quasi spiritum roris sibilantem : et plane non tetigit eos ignis, neque contristavit eos, neque molestiam exhibuit ipsis. » Verum nemo hæc con-
C templans sanctorum certamen extenuet, sed sacra illa verba in memoriam revocet : « Est Deus in cœlis, cui nos servimus, potens eripere nos e fornace ardente, et ex manibus tuis, o rex, nos eruet [m]. » Et . « Si minus, notum tibi sit, rex, fore ut diis tuis non serviamus, et imaginem auream, quam statuisti, non adoremus [n]. » Quamobrem sancti adolescentes illi flammam illam contempserunt, non ad hunc eventum respicientes, sed mortem exspectantes : præfectus autem certaminis, perinde ac voluit, **1122** præmia distribuit : ac sceleratos illos ignominia afficiendos, hos vero illustres reddendos curavit. Hac itaque salute potiti beati et beatissimi
D illi, atque hoc sæpe, non jam uni tantum, ut Deum laudibus celebraret, permiserunt, sed,

Vers. 51. « Quasi uno, inquit, ore laudabant et glorificabant Deum, et benedicebant in fornace, » optimam suam symphoniam et admirabilem hymnorum cantum ei consentui, qui statuæ adhi-

[m] Deut. III, 15. [n] ibid. 18.

VARIÆ LECTIONES.

[43] δυν. A præm. δυνάμεως καὶ τῆς. [43] γνώτ. B præm. καὶ. [44] Κύρ. B præm. εἶ. [45] B γενομένης τῆς· [46] φρ. B præm. τό. [47] χορ. B add. οὕτω τὸν Θεὸν ὑμνοῦντες καὶ ἱκετεύοντες. [48] καὶ. B præm. πίσσαν. [49] χορ. B præm. ἡ. [50] μέσ. B μέν. [51] καὶ οὐκ. B οὐδέ. [52] αὐτ. Des. in A et B. [53] B αὐτούς. [54] B ἔστι omisso ὁ. [55] B ὃς δύναται. [56] καμ. B add. τοῦ πυρός. [57] ῥύσ. — βασιλεῦ. Des. in B. [58] καὶ ηὐλ. Des. in B.

Digitized by Google

bebatur, opponentes, simulque ostendentes, quanto sit non adorasse imaginem, quam adorasse, præstantius. Et ita hymnum exordiuntur :

VERS. 52. « Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabilis et superexaltatus in sæcula, et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, et admodum laudabile, et valde exaltatum in sæcula. » Amoris ardentissimi maximeque inexplebilis hæc verba sunt, quo vulnerati nomina quæruntur, quibus possint illius, quem celebrant, declarare dignitatem : quibus non inventis, superlativis ea propositionibus contexunt, « valde exaltatum » vocantes, et « admodum laudabilem ; » neque ipsum solum, sed etiam nomen gloriæ ipsius. Et recte ubique « Dominum ac Deum patrum suorum » appellant, seipsos indignos hac appellatione confitentes.

VERS. 53. « Benedictus es in templo sanctæ gloriæ tuæ, et admodum laudabilis et valde gloriosus in sæcula. » Indelebilem sancti templi memoriam retinent, et ut perfecti legis observatores, juxta legis præceptum precantur. Quod autem dicunt, hoc significat : Ad illud templum respicientes, ubi tua **1123** gloria apparere consueverat, hunc tibi hymnum offerimus : nam etsi millies combustum esset, tuæ tamen sanctitatis est particeps. Et ne quis opinaretur ipsos loco circumscribere corporis expertem Deum, qui definiri non potest, convenienter subjiciunt :

VERS. 54. « Benedictus es in throno regni tui, et valde exaltatus in sæcula. » Deinde ostendentes quemnam thronum vocent, statim addunt :

VERS. 55. « Benedictus es qui intueris abyssos, sedens super Cherubim, et admodum laudabilis, et valde exaltatus in sæcula. » Et quia templum illud etiam ipsorum Cherubim in sanctis sanctorum habebat imagines, ne ullum hinc auditoribus detrimentum accideret, et Deum circumscriptum esse existimarent, ipsi auditori remedium afferentes occurrunt his verbis :

VERS. 56. « Benedictus es in firmamento cœli, et admodum laudabilis, et valde exaltatus in sæcula. » Ubique enim es, et omnia comples, aiunt, et omnem contines creaturam. Ita eo celebrato, omnem genitam naturam, non solum rationalem, sed etiam rationis et animæ expertem, ad hymni communionem invitant.

VERS. 57. « Benedicite enim, inquiunt, omnia opera Domini, Domino, laudate et valde exaltate eum in omnia sæcula. » Neque omnia communiter invitasse duntaxat contenti sunt, sed etiam sigillatim unumquodque convocant : neque ea duntaxat quæ oculis cernuntur, sed naturam etiam illam quæ sub oculorum sensum minime cadit.

μουσικοῖς ἀντιτάξαντες ὀργάνοις, καὶ δεικνύντες, ὅσῳ τὸ μὴ προσκυνῆσαι τὴν εἰκόνα τοῦ προσκυνῆσαι λυσιτελέστερον. Ἄρχονται δὲ οὕτως τοῦ ὕμνου·

νβ'. « Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸς[59] καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου, τὸ ἅγιον, καὶ ὑπεραινετὸν, καὶ ὑπερυψούμενον εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ἔρωτός ἐστι θερμοτάτου καὶ ἀπλήστου τὰ ῥήματα· τούτῳ γὰρ τετρωμένοι, ζητοῦσιν ὀνόματα τοῦ ὑμνουμένου τὴν ἀξίαν παραδηλῶσαι δυνάμενα, καὶ μὴ εὑρίσκοντες, ταῖς ὑπερθετικαῖς αὐτὰ προθέσεσιν ἐξυφαίνουσιν, « ὑπερυψούμενον » ὀνομάζοντες. καὶ « ὑπεραινετὸν, » καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ. Καλῶς δὲ πανταχοῦ « Κύριον καὶ Θεὸν τῶν πατέρων » ἀποκαλοῦσι, σφᾶς αὐτοὺς ἀναξίους εἶναι ταυτησὶ τῆς προσηγορίας ὁμολογοῦντες.

νγ'. « Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ὑπεραινετὸς, καὶ ὑπερένδοξος[60] εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ἄληστον ἔχουσι τοῦ θείου νεὼ τὴν μνήμην, καὶ ἀκριβεῖς ὄντες τοῦ νόμου φύλακες, ἐνόμως προσεύχονται· ἀντὶ τοῦ· Εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέποντες τὸν νεὼ[61], ἔνθα σου ἡ δόξα ἐπιφαίνεσθαι εἰώθει[62], τοῦτόν σοι τὸν ὕμνον προσφέρομεν· εἰ γὰρ καὶ μυριάκις ἐμπέπρησται, τῆς σῆς ἁγιωσύνης μετέχει. Καὶ ἵνα μή τις ὑπολάβῃ περιγράφειν αὐτοὺς τόπῳ[63] τὸν ἀσώματόν τε καὶ ἀπεριόριστον Θεὸν, ἀναγκαίως ἐπάγουσιν·

νδ'. « Εὐλογητὸς[64] εἶ ἐπὶ θρόνου[65] τῆς βασιλείας σου, καὶ[66] ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. » Εἶτα δεικνύντες τίνα θρόνον καλοῦσιν, εὐθὺς ἐπιφέρουσιν·

νε'. « Εὐλογητὸς[67] εἶ, ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ ὑπερύμνητος, καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. » Καὶ ἐπειδὴ καὶ[68] ὁ νεὼς ἐκεῖνος εἶχε τῶν Χερουβὶμ τὰς εἰκόνας ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων, ὡς ἂν μηδεμία τοῖς ἀκούουσιν ἐντεῦθεν γένηται βλάβη, καὶ περιγεγράφθαι νομίσωσι τὸν Θεὸν, θεραπεύουσι τὸν ἀκροατὴν, λέγοντες·

νς'. « Εὐλογητὸς[69] εἶ ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑπερύμνητος, καὶ ὑπερυψούμενος[70] εἰς τοὺς αἰῶνας. » Παντα χοῦ γὰρ, φασὶν, εἶ, καὶ τὰ σύμπαντα πληροῖς, καὶ πᾶσαν περιέχεις τὴν κτίσιν. Οὕτως ὑμνήσαντες καλοῦσιν ἅπασαν τὴν γενητὴν φύσιν εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνῳδίας, οὐ μόνον τὴν λογικὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλογόν τε καὶ ἄψυχον.

νζ'. « Εὐλογεῖτε γὰρ, φασὶ, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε[71] καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς πάντας[72] τοὺς αἰῶνας. » Καὶ οὐκ ἀνέχονται τῆς κοινῆς κλήσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον συγκαλοῦσιν, καὶ οὐ μόνον τὰ ὁρώμενα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀόρατον φύσιν.

VARIÆ LECTIONES.

[59] αἰν. B ὑπερύμνητος. [60] ὑπ.—αἰῶνας. B ὑπερυψούμενος. [61] B ναόν. [62] B εἰωθεν. [63] τόπῳ. B præm. τῷ. [64] In A hic vers. sequenti postpositus est. [65] θρ. B add. δόξης. [66] καὶ A et B præm. καὶ ὑπερυμνητός. [67] A et B εὐλογημένος. [68] καί Des. in B. [69] B εὐλογημένος [70] ὑπ. A δεδοξασμένος. [71] ὑμν.—αἰῶν. Des. in B. [72] πάντ. Des. in A et infra, *Hær. fab.* l. v, c. 7.

Digitized by Google

νη'. « Εὐλογεῖτε[73] γὰρ, φασὶν, ἄγγελοι Κυρίου, τὸν Κύριον· ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. » Καὶ ἵνα μὴ, καθ' ἕκαστον ἑρμηνεύων, εἰς μῆκος ἄπειρον ἐκτείνω τὸν λόγον, καλοῦσιν εἰς τὴν χορείαν, καὶ οὐρανὸν, καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰς δυνάμεις τὰς τὸν θεῖον θρόνον περιπολούσας. Καλοῦσι δὲ καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους φωστῆρας· καὶ οὐ μόνον τὰ κατ' οὐρανὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ ἀέρι γινόμενα, ὄμβρον καὶ δρόσον, καὶ πνεύματα· εἶτα τὰς ἐναντίας ποιότητας, ψῦχος καὶ καῦμα· εἶτα φύσιν ὁμοῦ καὶ ἐνέργειαν, πῦρ καὶ καῦμα· τὸ μὲν γὰρ πῦρ φύσεως ὄνομα, τὸ δὲ καῦμα οὐκέτι οὐσία, ἀλλὰ πυρὸς ἐνέργεια. Καλοῦσι δὲ καὶ δρόσον, καὶ νιφετὸν, καὶ πάγον, καὶ ψῦχος, καὶ πάχνας, καὶ χιόνας, καὶ ἀστραπὰς, καὶ νεφέλας[74], τὰ συγγενῆ καὶ ὁμόφυλα. Εἶτα νύκτας καὶ ἡμέρας, καὶ τὰ τούτων ποιητικὰ, φῶς καὶ σκότος· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα, τὰ δὲ πράγματα· « Ἐκάλεσε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. » Εἰ γὰρ καὶ σκιὰ τὸ σκότος ἐστὶ, καὶ οὐκ οὐσία, ἀλλὰ πρᾶγμά ἐστι συμβεβηκὸς, καὶ τῆς νυκτὸς ποιητικόν. Καὶ ἐπειδὴ *δρόσου* καὶ *νιφετοῦ* ἐμνημόνευσαν, ἀναγκαίως δεικνύουσι καὶ τὰς τούτων πηγάς· « Εὐλογεῖτε γὰρ, ἔλεγον, ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι· » αἱ μὲν τίκτουσαι, αἱ δὲ τὰς ὠδῖνας προμηνύουσαι. « Ἀστραπὰς γὰρ, φησὶν ὁ προφήτης, εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. » Οὕτω μνημονεύσαντες τῶν κατ' οὐρανὸν καὶ ἀέρα, καὶ ἑκάστῳ ὑμνεῖν παρακελευσάμενοι, ἐπὶ τὴν κοινὴν μητέρα τὴν γῆν τοῦ ὕμνου μεταφέρουσι τὴν παρακέλευσιν, καὶ φασιν·

οδ'. « Εὐλογείτω ἡ γῆ τὸν Κύριον, ὑμνείτω καὶ ὑπερυψούτω[75] αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. » Εἶτα κατὰ διαίρεσιν·

οε'. « Εὐλογεῖτε, δρυὶ καὶ βουνοὶ, τὸν Κύριον. » Ἔπειτα τὰς ταύτης ὠδῖνας·

ος'. « Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ, τὸν Κύριον. » Εἶτα τὴν ἀρδείαν ἧς δέονται· « Εὐλογεῖτε, αἱ πηγαὶ, τὸν Κύριον. » Καὶ ἐπειδὴ τῆς κάτω μοίρας ἐστὶ[76] καὶ ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ποταμοὶ, ἀναγκαίως καὶ τούτων ἐποιήσαντο τὴν μνήμην· μνημονεύουσι δὲ καὶ τῶν τῆς θαλάττης τροφίμων.

οζ'. « Εὐλογεῖτε γὰρ, φησὶ, κήτη, καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι, τὸν Κύριον. » Μετὰ ταῦτα τὰ πτετεινὰ καλοῦσι, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἔσχατον ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, τῆς κοσμογονίας τὴν τάξιν φυλάξαντες. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος Μωσῆς, πρῶτα μὲν φῦναι τῷ θείῳ λόγῳ τὰ δένδρα συνέγραψεν, εἶτα τῶν νηκτῶν παραχθῆναι τὰ γένη, καὶ πρὸς[77] τούτοις καὶ σὺν τούτοις τῶν ἀεροπόρων ὀρνίθων τὴν φύσιν, μετὰ δὲ ταῦτα θηρία καὶ κτήνη, τελευταῖον δὲ τὸν[78] ἄνθρωπον. Καλέσαντες δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εἰς ὑμνῳδίαν, πάλιν κατὰ

VERS. 58. « Benedicite enim, inquiunt, angeli **1124** Domini, Domino, laudate et valde exaltate eum in sæcula. » [59-73] Et ne singula interpretans infinita orationis utar longitudine, ad hanc choream invitant et cœlum, et aquas illas, quæ super[o] cœlos sunt, et quæ divinum thronum circumeunt virtutes. Vocant item solem, et lunam, et alia sidera. Neque solum quæ in cœlo sunt, sed etiam quæ in aere gignuntur, imbrem et rorem, et spiritus; postea contrarias quoque qualitates, frigus et æstum: deinde naturam simul, et efficaciam, ignem et æstum: ignis enim naturæ nomen est, æstus autem non item substantia, sed ignis efficacitas. Vocant etiam rorem, et nivem, et glaciem, et frigus, et pruinas, et nives, et fulgura, et nubes, quæ cognatione quadam naturæ conjuncta sunt. Tum noctes et dies, atque horum efficientia, lucem ac tenebras: hæc enim tum nomina, tum res exsistunt. « Vocavit enim, inquit, Deus lucem diem, et tenebras appellavit noctem[o]. » Nam etsi tenebræ umbra sunt, et non substantia, attamen res est quæ accidit, quæque noctis est efficiens. Et quia *roris* et *nivis* mentionem fecerunt, convenienter eorum fontes ostendunt. « Benedicite enim, dicebant, fulgura et nubes: » hæ quidem, quæ pariunt, illa vero, quæ partus præmonstrant. « Fulgura enim, ait Propheta, in pluviam fecit[p]. » His commemoratis quæ in cœlo sunt et in aere fiunt, jussisque singulis Deum celebrare, ad communem matrem, terram, orationem convertentes, eam quoque ad celebrandum invitant, et aiunt:

VERS. 74. Benedicat terra, Domino, laudet et valde exaltet eum in sæcula. » **1125** Deinde sigillatim partes illius:

VERS. 75. « Benedicite, montes et colles, Domino. » Tum ejusdem partus:

VERS. 76. « Benedicite, universa germinantia in terra, Domino. » [77, 78] Deinde irrigationem qua indigent: « Benedicite, fontes, Domino. » Et quia partis inferioris maria sunt, et flumina, apposite etiam horum mentionem fecerunt: meminerunt item eorum quæ in aquis nutriuntur.

VERS. 79. « Benedicite enim, aiunt, cete, et omnia quæ moventur in aquis, Domino. » [80 82] Tum volucres vocant, et bestias, et pecora, et ultimo omnium loco humanam naturam, servato mundi creationis ordine. Etenim beatus Moses primum natas divino verbo arbores scripsit, deinde producta natantium genera, et præter hæc atque adeo cum his in aere volantium avium naturam, postea bestias et pecora, postremo hominem. [83, 84] Invitato autem humano genere ad hymnum concinendum, rursus distributione facta rerum om-

[o] Genes. I, 5. [p] Psal. CXXXIV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[73] In A præcedunt ista: Εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε — αἰῶνας. [74] καὶ — νεφ. Des. in B. [75] B ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε. [76] ἐστί. Des. in B. [77] καὶ πρός. B ἐπί. [78] τὸν — ὑμνῳδ. B τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εἰς ὑμνῳδίαν καλέσαντες.

Digitized by Google

nium effectorem celebrare præcipiunt, et principes aliorum omnium filios Israelis ad id faciendum hortantur; quos etiam multifariam dividunt, ac primo loco ponunt sacerdotes, quippe quibus divinum commissum fuerit ministerium. Deinde, ne existimarentur solis sacerdotibus hoc celebrandi hymni munus præscribere, subjiciunt :

A διαίρεσιν ὑμνεῖν παρεγγυῶσι τὸν Ποιητήν· καὶ πρώτους μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τοῦτο ποιεῖν παρακελεύονται· καὶ τούτους δὲ πολλαχῶς διαιροῦσι, καὶ τάττουσι πρώτους τοὺς ἱερεῖς, ἅτε δὴ τὴν θείαν λειτουργίαν πεπιστευμένους. Εἶτα, ἵνα μὴ νομισθῶσι μόνοις τοῖς ἱερεῦσι περιγράφειν τὴν ὑμνῳδίαν, ἐπάγουσιν·

Vers. 85. « Benedicite, servi Domini, Domino, laudate et valde exaltate eum in omnia sæcula : » tantum non dicentes posse etiam benevolo animo Domino servire, quicunque non sit sacerdotio decoratus. **1126** Resurrectionem quoque prænuntiant.

πε'. « Εὐλογεῖτε, δοῦλοι Κυρίου, τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ[79] ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας· » μονονουχὶ λέγοντες, ὅτι δυνατὸν εὐνοϊκῶς δουλεύειν τῷ Δεσπότῃ καὶ τὸν ἱερωσύνης γεγυμνωμένον[80]. Προκηρύττουσι καὶ τὴν ἀνάστασιν·

Vers. 86. « Benedicite enim, aiunt, spiritus et animæ justorum, Domino : » id est, spirituales animæ justorum, humanis perturbationibus superiores factæ, quæ spiritus gratiam accepere. Tum eos quoque hortantur, qui virtutis quodam genere præditi sunt·

πς'. « Εὐλογεῖτε γὰρ, φασὶν, πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων, τὸν Κύριον· » τουτέστιν, αἱ πνευματικαὶ B τῶν δικαίων ψυχαὶ, αἱ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ὑπέρτεραι γενόμεναι[81], αἱ τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ὑποδεξάμεναι. Ἔπειτα καὶ τοὺς ἀρετῆς εἴδη τινὰ κεκτημένους·

Vers. 87. « Benedicite, inquiunt, sancti et humiles corde, Domino. » Possunt enim injustitiæ expertes, aiunt, et de se humiliter sentientes et placere Deo, et convenientem illi hymnum offerre. Atque hæc omnia non loquaci oratione commemorarunt, sed primum erga Dominum amorem inflammantes, ac ipsimet eorum beneficiorum, quæ verbis exprimi nequeunt, et illius opificii, quod hominum causa ab initio molitus est Deus, recordantes. His enim verbis hæc videntur innuere : Idcirco laudamus et magnopere extollimus te, quia per angelos nobis exhibes beneficia, quod cœlum propter nos condidisti, sole autem diem illustras, et luna noctis mitigas obscuritatem, et temporis nos doces mensuram : celebramus te, quia auctor fuisti, ut cœlum nobis veluti pratum stellas produceret, et floribus qui nunquam marcescunt oculos nostros pascis, quorum etiam cursu cognoscendam nobis præbes noctis mensuram. Et quis unquam te digne celebrarit, cum videt tempestatum mutationes, solstitiorum vicissitudines, æstum opportune æstatis tempore adhibitum? tum ventorum refrigerantes auras, frigus hieme et pluviam procreari, et unumquodque decore et ordine procedens, fulgura pluviam indicantia, nubes pluvias **1127** parientes, montes et plana loca segetibus ornata ac D nemoribus, fontes scaturientes et * plantas irrigantes, fluvios indesinenter fluentes neque sui cursus ullam quietem admittentes, mare in medio positum amicitiæ auctorem atque concordiæ, communemque locum et horum et illorum commercia capientem? Et ne singula prosequar, primum horum omnium meminere beati, ut suam præ se ferrent animi æquitatem, idque studentes, ut flagrantiorem ex beneficiorum memoria hymnum perficeC

VARIÆ LECTIONES.

[79] καὶ — αἰῶνας. Des. in B. [80] B τοὺς ἱερωσύνης γεγυμνωμένους. [81] B γεγενημέναι. [82] φασὶν. In B. [83] ἀδ. B præm. τοὺς. [84] B γεγενημένης. [85] τῶν. B præm. καί. [86] B ἀναλλαγάς, pro ἐναλλαγάς, ut videtur. [87] B ἀναβλυζούσας. [88] τ. ὕμν. In B ponitur post εὐεργεσιῶν.

Digitized by Google

ἔξωθεν ὑπακούοντας παιδεῦσαι πειρώμενοι[89], ὅτι τὰ ὑπ' αὐτῶν προσκυνούμενα στοιχεῖα τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων [ἐστὶ] ποιήματα. Διὰ [90] τοῦτο καὶ πυρὸς καὶ ὑδάτων. ἡλίου τε καὶ σελήνης, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς ἐναργῶς μνημονεύουσι, πεῖσαι βουλόμενοι τοὺς ἀνοήτους, παύσασθαι μὲν τοῦ προσκυνεῖν τὰ ὁρώμενα, τὸν δὲ τούτων Δεσπότην ἐπιγνῶναι, καὶ τὴν πρέπουσαν αὐτῷ θεραπείαν προσενεγκεῖν. Εἰκὸς γὰρ ἦν τὸ μέγα θαῦμα θεωμένους, καὶ τοῦ πυρὸς τὴν ἧτταν ὁρῶντας, καὶ αὐτῶν δὲ καὶ τοῦ βασιλέως αὐτῶν αἰσχύνην[91], τῶν αἰχμαλώτων δὲ ἐκείνων παίδων τὴν σωτηρίαν τε καὶ παῤῥησίαν, δέξασθαι διὰ τῆς ὑμνῳδίας τὴν τῆς εὐσεβείας διδασκαλίαν. Οὕτως ὑμνήσαντες τελευταίως[92] ἐπάγουσιν·

πη'. « Εὐλογεῖτε, Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ, τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν[93] εἰς τοὺς αἰῶνας. » Οὕτως ἑαυτοὺς ἐσχάτους ἡγοῦντο τῆς κτίσεως, καὶ πάντων ἀνθρώπων εὐτελεστάτους. Τοιοῦτος ἦν καὶ[94] ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων· « Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Χριστὸς, φησὶν, ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. » Καὶ τῶν μὲν ἁμαρτωλῶν πρῶτον ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῶν δὲ ἁγίων ἔσχατον ἀποκαλεῖ· οὕτω καὶ οἱ μακάριοι οὗτοι ἐσχάτους ἑαυτοὺς[95] παρακελεύονται ὑμνεῖν τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εἶτα διηγοῦνται τὸ θαῦμα· « Ὅτι ἐῤῥύσατο[96] ἡμᾶς ἐξ ᾅδου[97], καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς ἐκ χειρὸς θανάτου. » Ἀνθρωπίναις γὰρ ἀπηγορεύθημεν ψήφοις.

« Καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ μέσου[98] καιομένης φλογός· καὶ ἐκ μέσου πυρὸς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς. (πθ'.) Ἐξομολογεῖσθε τοίνυν τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Τί γὰρ χρηστότερον, τί δὲ[99] ἀγαθώτερον τοῦ τοσούτῳ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρησαμένου ἐλέῳ; Καὶ τοσαύτην ἀρετὴν ἐπιδειξάμενοι, ἐλέῳ φασὶ τῆς σωτηρίας τετυχηκέναι. Εἶτα ἐπειδὴ μόνων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσαν ἄνω, καλοῦσι καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐσεβοῦντας, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύειν ἐσπουδακότας.

ϟ'. « Εὐλογεῖτε, πάντες οἱ σεβόμενοι τὸν Κύριον, τὸν Θεὸν[1] τῶν θεῶν, ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς[2] πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ[3] εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων. » Καὶ τὸ ἄπειρον αὐτοῦ[4] τῆς ἀγαθότητος δεῖξαι φιλονεικοῦντες, καὶ ἡττώμενοι, πολλάκις τὸ *τῶν αἰώνων* ἀναστρέφουσιν ὄνομα. Τοιοῦτος τῶν ἁγίων τούτων ὁ ὕμνος οὗτος καὶ τὸν θηριώδη καὶ ἀπηνῆ βασιλέα ἐκπλήξας[5], τῶν μὲν βασιλικῶν ἐξανέστησε θρόνων, δραμεῖν δὲ παρ' αὐτοὺς παρεσκεύασε, καὶ θεωρεῖ[6] τέτταρας ἀντὶ τριῶν ἐν τῇ καμίνῳ χορεύοντας.

rent: deinde vero, ut etiam Chaldæos foris audientes docere conarentur, quæ ab ipsis colebantur elementa, ea auctoris omnium rerum, Dei, esse opificia. Idcireo ignis et aquarum, solisque et lunæ, cœli et terræ evidenter mentionem faciunt, cum persuadere velint ignaris, ut ea quæ sub oculorum sensum cadunt, desinant adorare, et verum illorum Dominum agnoscant, et congruentem ipsi tribuant cultum. Par erat enim eos, magnum illud miraculum conspicatos, et ignem profligatum cernentes, suumque et regis sui dedecus, captivorumque adolescentium illorum incolumitatem et loquendi libertatem, per hunc hymni cantum pietatis percipere doctrinam. Cumque illi ita cecinissent, postremo subjiciunt:

B Vers. 88. « Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino, laudate et valde exaltate eum in sæcula. » Ita seipsos ultimos eorum omnium quæ creata sunt, existimabant, et omnium hominum abjectissimos. Talis enim beatus Paulus fuit, **1128** qui sic ait: « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc [q]. » Et alio loco: « Christus, inquit, venit in mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum [r]. » Et peccatorum quidem primum seipsum nominat, sanctorum vero ultimum vocat. Sic etiam beati hi adolescentes seipsos ultimos hortantur ad celebrandum Dominum, et laudibus extollendum in sæcula. Tum miraculum narrant: « Quia eruit nos ex inferno, et salvos fecit nos de manu mortis. » Humanis enim suffragiis omnis spes nobis interdicta fuit.

VERS. 11. « Et clamavit in fortitudine, et ita dixit: Exscindite arborem, et evellite ramos ejus, et excutite folia ejus, et dispergite fructum ejus. » Et videt angelum qui de cœlo descendit, ut disceret, omnium rerum **1145** Dominum ipsum esse quem jam expertus erat judicem. Docetur autem quoque, amittens regnum, quis ei regnum tradiderit. Videt enim arborem excisam et *ramos separatos*, hoc est, principes et præfectos, et satrapas, et illos quibus aliquis alius magistratus ab eo mandatus fuerat; *folia* autem *excussa*, quam sibi gloriam comparaverat, foliorum instar fluentem et tabescentem; *fructum* vero *dispersum*, quia cum rex in illam calamitatem incidisset, ministri qui tributum exigebant, ad seipsos de reliquo sine ullo metu lucrum convertebant. « Commoveantur, inquit, bestiæ subter eam, et aves de ramis ejus. » Qui enim præter voluntatem ei servire coacti fuerant, inventa occasione regis mutatione, ab ejus imperio desciverunt.

ιβ'. « Πλὴν τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ ἐάσατε· καὶ ἐν δεσμῷ, φησὶ, σιδηρῷ καὶ χαλκῷ, καὶ ἐν τῇ χλόῃ τῇ ἔξω, καὶ ἐν τῇ δρόσῳ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. » Ὡς γὰρ φρενοβλαβείᾳ, καὶ παραπληξίᾳ, καὶ φρενίτιδι νόσῳ περιπεσὼν, καὶ μεμηνὼς, καὶ κορυβαντιῶν, καὶ κατὰ πάντων λυττῶν, ἀναγκαίως δεσμὰ περιέκειτο· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ταῦτα ἦν ἱκανὰ ἔνδον αὐτὸν κατέχειν· ἀλλὰ δραπετεύων ἐν ἐρήμοις διέτριβεν, ὑπαίθριος ταλαιπωρῶν, καὶ κτηνῶν δίκην τὴν πόαν σιτούμενος. Τοῦτο γὰρ σημαίνει εἰρηκώς·

VERS. 12. « Verumtamen germen radicum ejus in terra sinite, et in vinculo, inquit, ferreo, et æreo, et in herba quæ foris est, et in rore cœli pernoctabit. » Velut enim qui dementiæ et insaniæ ac phrenetico morbo correptus erat, et Corybantum more furore agitatus, contra omnes rabie insaniebat, necessario vinculis constrictus fuerat: quæ tamen haud idonea erant, ut ipsum intus detinerent, sed vagabundus desertis in locis morabatur, sub dio conflictans, jumentorum instar depascens herbam. Hoc enim significat, dicens:

« Καὶ μετὰ τῶν θηρίων ἡ μερὶς αὐτοῦ· ἐν τῷ χόρτῳ τῆς γῆς ἡ καρδία [35] αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀλλοιωθήσεται. (ιγ'.) Καὶ καρδία θηρίου δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπ' αὐτόν. » Καὶ τοῦτο δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν δηλοῖ· χρόνῳ γὰρ βραχεῖ τὴν τιμωρίαν περιορίζει, ἀναμένων τὴν ἀπὸ τῆς παιδείας τεχθησομένην μεταμέλειαν. Εἶτα δείκνυσιν, ὡς ἀναντιῤῥήτως ἔσται τὰ εἰρημένα.

« Et cum bestiis pars ejus, in herba terræ cor ejus, ab hominibus commutabitur. (VERS. 13.) Et cor bestiæ dabitur ei, et septem tempora mutabuntur super ipsum. » Hoc itidem **1146** Dei longanimitatem declarat. Brevi enim tempore supplicium definit, exspectans pœnitentiam, quam sit paritura castigatio. Deinde ostendit, quæ dicta fuerant, sine controversia esse eventura.

ιδ'. « Διὰ συγκρίματος, φησὶν, εἴρ ὁ λόγος, καὶ ῥῆμα ἁγίων [36] τὸ ἐπερώτημα. » Ἀψευδὴς, φησὶν, ὁ λόγος· ἄγγελος γὰρ ἅγιος ὁ εἰρηκὼς, ἐγρηγορὼς, ἀσώματος. Εἴρηται δὲ ταῦτα, φησὶ, καὶ γίνεται [37], οὐ μάτην, ἀλλ' « Ἵνα γνῶσιν οἱ ζῶντες, ὅτι κυριεύει [38] ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν [39] δόξῃ, δώσει αὐτὴν, καὶ ἐξουθένημα [40] ἀνθρώπου [41] ἀναστήσει ἐπ' αὐτήν. » Ταῦτα, φησὶν, ὁ ἄγγελος ἔφη, ὅτι τούτου χάριν τὰ κατὰ τὸ δένδρον γενήσεται, ἵνα διὰ τούτου μάθωσιν ἅπαντες, ἕνα εἶναι

VERS. 14. « Per decretum, inquit, vigilis, sermo, et verbum sanctorum interrogatio. » Mendacio, inquit, verba carent. Angelus enim sanctus est, qui illa dixit, vigilans, corpore carens. Dicta autem sunt hæc, inquit, et fiunt, non temere, sed « Ut cognoscant viventes, dominium habere Altissimum in regnum hominum, qui cuicunque visum fuerit dat illud, et quod contemnitur ab hominibus exsurgere facit ad illud. » Hæc, inquit, angelus dixit; idcirco eventura esse ea, quæ ad arbo-

VARIÆ LECTIONES.

[31] κ. οὕτ. εἶπ. Des. in B. [32] καὶ ἐ. τ. φ. αὐτοῦ. Ex B suppl. [33] B τιναστόμενα. [34] A σαλευθήτωταν. [35] ἡ καρδ., κ. τ. λ. Hæc puncto præmisso cum sequentibus juncta, initium vers. 13 faciunt apud LXX. [36] B ἅγιον. [37] B καὶ γάρ ἐστιν. [38] B Κύριός ἐστιν. [39] B ἄν. [40] A ἐξουδένωμα. [41] A et B ἀνθρώπων.

Digitized by Google

rem pertinent, ut hinc discant omnes, unum esse Deum Dominum ac regem, qui in terris reges constituit, et regnum cui voluerit committit. Ostendens enim potestatem suam, etiam tenuissimum interdum, et qui nullius pretii censetur, regem declarat : et eos, qui maximis utuntur honoribus, eo redigit, ut illi dicto sint obedientes. Ita absoluta somnii narratione, Danielem sic alloquitur :

VERS. 15. « Hoc somnium vim ego Nabuchodonosor rex, et tu Baltasar interpretationem dic aperte, » hoc est, vere et accurate, « quia omnes sapientes regni mei non possunt interpretationem ipsius exhibere mihi, tu autem potes. » Causamque ostendens : « Quia Spiritus, inquit, sanctus Dei in te. » Illi enim humanis ratiocinationibus innituntur, tu autem a Deo occulta et arcana discis.

VERS. 16. « Tunc Daniel, cujus **1147** nomen Baltasar, obstupefactus est circiter per horam unam, et cogitationes ipsius conturbabant eum. » Ostendenda enim erat humana imbecillitas, et tunc gratia inspirans aperienda. « Respondit itaque rex, et dixit : Baltasar, somnium hoc et interpretatio ejus, ne conturbent te. » Vidit enim ipsum perturbatum, et convenienter consolans demulcet, cupiens id quod ignorat cognoscere, atque ita cum eo loquitur : Ne valde festines, sed paulatim inventis iis quæ per somnium significantur, ea mihi perspicua facito. « Respondit itaque Baltasar et dixit, Domine mi rex, somnium hoc iis (obtingat) qui te oderunt, et interpretatio ejus inimicis tuis. » Sapientissime ac prudentissime ei molesta deprecatur, hoc ' proœmium exorsus, veritatem tamen declarat.

VERS. 17, 18. « Arbor, inquit, magnificata et corroborata, cujus altitudo pervenit in cœlum, et latitudo ejus in omnem terram. Et folia ejus florentia, et fructus ipsius multus, et cibus omnibus in ea, subter eam habitabant bestiæ agri, et in ramis ejus domicilium habebant aves cœli, tu es, rex. » Operæ pretium est Danielis admirari sapientiam. Neque enim simpliciter dixit, « Arbor magna, » sed, « magnificata et corroborata : » hoc est : Non ab initio fuisti magnus, sed paulatim factus es, et potentiam non ab ortu adeptus es, sed sensim eam tibi comparasti. Quare rursus subjicit :

VERS. 19. « Quia magnificatus es, et **1148** invaluisti, et magnitudo tua magnificata est et pervenit ad cœlum, et dominatio tua in fines terræ. » Et hæc apte admodum et opportune cœlo et terræ accommodavit. Dominationem enim dixit pervenisse ad

A Θεὸν [42] Δεσπότην καὶ βασιλέα, τοὺς ἐπὶ γῆς καθιστῶντα βασιλέας, καὶ ἐγχειρίζοντα, ᾧ ἂν [43] θέλῃ, τὴν βασιλείαν. Δεικνὺς γὰρ τὴν ἑαυτοῦ ἐξουσίαν, καὶ τὸν εὐτελέστατον ἔστιν ὅτε, καὶ οὐδὲν εἶναι νομιζόμενον, ἀποφαίνει βασιλέα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς μεγίστοις ὄντας ἀξιώμασιν ὑπακούειν αὐτῷ παρασκευάζει. Οὕτω πληρώσας τὸ τοῦ ἐνυπνίου διήγημα, φησὶ πρὸς τὸν Δανιήλ·

ιε'. « Τοῦτο τὸ ἐνύπνιον εἶδον [44] ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεύς· καὶ σὺ, Βαλτάσαρ, τὸ σύγκριμα εἰπὲ κατέναντι [45]· » ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς καὶ ἀκριβῶς· « ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ τῆς βασιλείας μου οὐ δύνανται τὸ σύγκριμα αὐτοῦ δηλῶσαί μοι, σὺ δὲ δύνασαι [46]. » Καὶ τὴν αἰτίαν δεικνὺς, « Ὅτι, φησὶ, Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν σοί. » Οἱ μὲν γὰρ ἀνθρωπίνοις κέχρηνται λογισμοῖς, σὺ δὲ παρὰ Θεοῦ μανθάνεις τὰ κεκρυμμένα.

ις'. « Τότε Δανιὴλ, οὗ τὸ ὄνομα Βαλτάσαρ, ἐπηνεώθη ὡσεὶ ὥραν μίαν, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάρασσον αὐτόν. » Ἔδει γὰρ δειχθῆναι τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ τότε ἀναφανῆναι τὴν ἐμπνέουσαν χάριν. « Ἀπεκρίθη τοίνυν ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε· Βαλτάσαρ, τὸ ἐνύπνιον τοῦτο [47] καὶ ἡ σύγκρισις αὐτοῦ [48] μὴ κατασπευσάτω σε. » Εἶδε γὰρ αὐτὸν θορυβούμενον, καὶ ἀναγκαίως ψυχαγωγεῖ, μαθεῖν ἐφιέμενος ὅπερ ἀγνοεῖ· λέγει τοίνυν αὐτῷ· Μὴ σφόδρα ἐπείγου, ἀλλὰ κατὰ σχολὴν τὰ μηνυόμενα διὰ τοῦ ἐνυπνίου εὑρὼν, ταῦτά μοι δῆλα κατάστησον. « Ἀπεκρίθη τοίνυν [49] ὁ Βαλτάσαρ, καὶ εἶπε [50]· Κύριέ μου βασιλεῦ [51], τὸ [52] ἐνύπνιον τοῦτο [53] τοῖς μισοῦσί σε, καὶ ἡ σύγκρισις αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς σου. » Σφόδρα σοφῶς καὶ συνετῶς ἀπεύχεται μὲν αὐτῷ τηρὰ [54] τοῦ προοιμίου ἀρξάμενος, σημαίνει δὲ ὅμως τὴν ἀλήθειαν.

ιζ', ιη'. « Τὸ δένδρον, φησὶ, τὸ [55] μεγαλυνθὲν καὶ ἰσχυκὸς [56], οὗ τὸ ὕψος ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ κῦτος αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ τὰ φύλλα αὐτοῦ εὐθαλῆ, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ πολὺς, καὶ τροφὴ πᾶσιν ἐν αὐτῷ, ὑποκάτω αὐτοῦ κατῴκει [57] τὰ θηρία τὰ ἄγρια, καὶ ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ κατεσκήνουν τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ, σὺ εἶ, βασιλεῦ. » Ἄξιον δὲ θαυμάσαι τοῦ Δανιὴλ τὴν σοφίαν· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε. Τὸ δένδρον τὸ μέγα, ἀλλὰ, « Τὸ μεγαλυνθὲν καὶ ἰσχυκός· » τουτέστιν, Οὐκ ἄνωθεν ἦσθα μέγας, ἀλλὰ κατὰ μέρος γεγένησαι [58], καὶ τὴν ἰσχὺν δὲ οὐκ ἐξ ὠδίνων ἔσχες, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ ταύτην προσέλαβες. Διὸ πάλιν ἐπάγει·

ιθ'. « Ὅτι ἐμεγαλύνθης, καὶ ἴσχυσας, καὶ ἡ μεγαλωσύνη σου ἐμεγαλύνθη καὶ ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἡ κυρεία σου εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Καὶ ταῦτα δὲ σφόδρα ἁρμοδίως καὶ προσφόρως οὐρανῷ καὶ γῇ προσήρμοσε· τὴν μὲν γὰρ κυρείαν εἶπεν ἐφθακέναι

VARIÆ LECTIONES.

[42] Θεόν. Des. in B. [43] B ἄν. [44] A ὃ ἶδον. [45] κατ. Des. in A. [46] δύν· A præm. Δανιήλ. [47] τοῦτ. Des. in A et B [48] αὐτ. Des. in A. [49] τοίν. B οὖν. [50] εἶπε. B λέγει. [51] μ. βασ. Des. in A. [52] τὸ A præm. ἔστω. [53] τοῦτο. Des. in A. [54] λυπ. B præm. τὰ. [55] τό. A præm. ὃ εἶδες. [56] ἰσχ. A et B præm. τό. [57] A κατῴκουν. [58] γεγ. B add. μέγας.

Digitized by Google

εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς, τουτέστι τὴν ἐξουσίαν · εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν οὐκέτι τὴν κυρείαν, ἀλλὰ τὴν μεγαλωσύνην, τουτέστι, τὴν τοῦ λογισμοῦ φαντασίαν.

κ', κα'. « Καὶ ὅτι εἶδεν, φησὶν [59], ὁ βασιλεὺς εἴρ καὶ ἅγιον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν · Ἐκτίλατε τὸ δένδρον, καὶ διαφθείρετε [60] αὐτό · πλὴν τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ ἐάσατε, καὶ ἐν δεσμῷ σιδηρῷ καὶ χαλκῷ, καὶ ἐν τῇ χλόῃ τῇ ἔξω, καὶ ἐν τῇ δρόσῳ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἡ μερὶς αὐτοῦ, ἕως οὗ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλοιωθῶσιν ἐπ' αὐτόν [61]. Καὶ τοῦτο ἡ σύγκρισις αὐτοῦ, βασιλεῦ. » Καὶ ἀξιόπιστον ποιῶν τὸν λόγον, ἀναγκαίως ἐπήγαγε · « Καὶ σύγκριμα Ὑψίστου ἐστὶν [62], ὃ ἔφθασεν ἐπὶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα. » Ἐντεῦθεν ἔστιν ἀκριβῶς καταμαθεῖν τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας τὸ χρήσιμον. « Πᾶσα γὰρ, φησὶ, ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. » Καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος Δανιὴλ κύριον αὐτὸν [63] τὸν δυσσεβῆ βασιλέα καλεῖ, καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἐξουσίας πειθόμενος, ταῖς πρεπούσαις προσηγορίαις κέχρηται, καὶ λυπηρὰν οὖσαν τοῦ ἐνυπνίου τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσιν.

κβ'. « Ἐκδιώξουσι γάρ σε, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἔσται ἡ κατοικία σου, καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ [64] σῶμά σου βαφήσεται, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σοί [65]. » Ἑπτὰ δὲ *καιροὺς* οἱ μὲν ἔφασαν ἑπτὰ ἔτη, οἱ δὲ τρία καὶ ἥμισυ. Οὐ γὰρ εἰς τέσσαρας τροπὰς ἡ θεία Γραφὴ τὸν ἐνιαυτὸν διαιρεῖ, ἀλλ' εἰς δύο τὰς γενικωτάτας, χειμῶνα καὶ θέρος · ἑπτὰ οὖν τοιαῦτα τμήματα τρία καὶ ἥμισυ πληροῖ ἔτη [66] · Τοσοῦτον δὲ, φησὶν, ἐν τῇ συμφορᾷ διατελέσεις χρόνον · « ἕως οὗ γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐτήν. » Ἐπειδὴ γὰρ ὀνειροπολεῖς εἶναι θεὸς, μᾶλλον δὲ καὶ κρειττων Θεοῦ, ἀφαιρεῖταί σου Θεὸς καὶ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν, καὶ τοῖς θηρίοις [67] σε ἐοικέναι ποιήσει, ἵνα τῇ πείρᾳ μάθῃς, τί μὲν ἄνθρωπος, τί δὲ Θεὸς, καὶ τί μὲν ἀνθρωπίνη εὐκληρία [68], τί δὲ θεία βασιλεία, καὶ ὅτι ταύτης τυχεῖν ἀδύνατον μὴ βουλομένου Θεοῦ.

κγ'. « Καὶ ὅτι εἶπε, φησὶν · Ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου [69], ἡ βασιλεία σου σοὶ μενεῖ, ἀφ' ἧς ἂν γνῷς τὴν βασιλείαν [70] τὴν οὐράνιον [71]. » Ἀποστερηθεὶς γὰρ τῆς βασιλείας, κἀκεῖνα ὑπομείνας ἅπαντα, ἐπιγνώσῃ τῆς βασιλείας τὸν χορηγὸν, εἶτα γνοὺς ἀπολήψῃ πάλιν τὴν προτέραν ἐξουσίαν · ἵνα καὶ τῇ ἀφαιρέσει, καὶ τῇ ἀποδόσει, μάθῃς ἀκριβῶς, τίς ὁ τῶν ὅλων κυβερνήτης, τίς ὁ σοφῶς ἅπαντα ἰθύνων καὶ πρυτανεύων. Οὕτως εἰρηκὼς τὰ ἐσόμενα, παραίνεσιν εἰσφέρει καὶ συμβουλὴν ἀρίστην, καὶ φάρμακον προσφέρει συμβαῖνον τῷ τραύματι.

fines terræ, hoc est potestatem : ad cœlum vero non item dominationem, sed magnitudinem, hoc est, cogitationis phantasiam.

Vers. 20, 21. « Et quia vidit, inquit, rex vigilem et sanctum descendentem de cœlo, et dixit : Evellite arborem, et corrumpite ipsam, verumtamen germen radicum ejus in terra sinite, et in vinculo ferreo et æreo, et in herba quæ foris est, et in rore cœli pernoctabit, et cum bestiis agrestibus pars ejus, donec septem tempora immutentur super eum. Et hæc interpretatio ejus, o rex. » Et fidem orationi faciens, apposite subjecit : « Et decretum Altissimi est, quod pervenit super dominum meum regem. » Hinc plane discere licet apostolicæ doctrinæ utilitatem. « Omnis enim anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit [h]. » Etenim beatus quoque Daniel dominum ipsum impium regem vocat, et legi potestatis obediens congruis usus est appellationibus, ac molestam esse somnii veritatem ostendit.

Vers. 22. « Expellent enim te, inquit, ab hominibus, et cum bestiis agrestibus erit habitatio tua : et fœno ut bovem cibabunt te, et rore cœli corpus tuum humectabitur, et septem tempora mutabuntur super te. » *Septem* autem *tempora* alii septem annos **1149** dixerunt, alii tres cum dimidio. Neque enim in quatuor conversiones divina Scriptura annum dividit, sed in duas nobiliores partes, hiemem et æstatem. Septem igitur hujuscemodi partes tres annos cum dimidio perficiunt : ac tantum temporis, inquit, in calamitate deges : « donec cognoscas, Altissimum regnare regno hominum, et cuicunque visum fuerit, dare illud. » Quia enim somnias, te deum esse, imo vero etiam superiorem Deo, adimet tibi Deus etiam humanam cogitationem efficietque ut similis evadas bestiis feris, ut experientia discas, quid homo, quid Deus, et quid humana felicitas, et quid regnum divinum, et fieri non posse, ut quis illud consequatur invito Deo.

Vers. 23. « Et quod dixerit, inquit : Sinite plantam radicum arboris, regnum tuum tibi manebit, ex quo cognoveris regnum cœleste. » Cum enim regno spoliatus, et illa omnia perpessus fueris, agnosces regni largitorem, quo agnito pristinam potestatem recuperabis, ut et ademptione et redditione plane percipias, quis omnium rerum sit gubernator, quis sapienter omnia regat et moderetur. Ita prædictis futuris, admonitionem et consilium, optimum affert, remediumque adhibet vulneri valde consentaneum.

[h] Rom. XIII, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[59] φησ. Des. in B [60] A et B διαφθείρατε. [61] B αὐτῷ. [62] ἐστ. A præm. τοῦτ' [63] αὐτ. Des. in B. [64] τὸ — βαφ. A αὐλισθήσῃ. [65] B σέ. [66] πλ. in B post ἔτη ponitur. [67] B θηρίῳ. [68] B εὐημερίᾳ. [69] δένδρου. A addit, ἐν τῇ γῇ. [70] βασ. A ἐξουσίαν. [71] A ἐπουράνιον. B τῶν οὐρανῶν.

Digitized by Google

VERS. 24 « Idcirco enim, rex, inquit, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et injustitias tuas miserationibus pauperum. » His autem inexplebilem illius crudelitatem declarat, quam in sibi subjectos **1150** exercuerat. Vis, inquit, clementiæ fructum percipere? hanc eamdem erga eos ostendito, qui unam tecum sortiti sunt naturam. Ita enim judici persuadere poteris, ut minas exstinguat, neque sinat eas ad exitum perduci. « Forte enim, inquit, obtingat longanimitas delictis tuis. » Propheta igitur hanc sententiam exposuit : ille vero cum amplius durum et inexorabilem se præbuisset, scelerum præmia tulit, et quæ audiverat tristia, hæc oculis conspicatus est. [25] Deinde tempus etiam indicat divinæ longanimitatis. Nam cum duodecim menses effluxissent, prædictæ minæ certo rerum comprobatæ sunt eventu : et cum tantum temporis ei ad resipiscendum datum fuisset, male transegit definitum pœnitentiæ tempus. Ad quem beatus Paulus merito dixerit : « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans, benignitatem Dei ad pœnitentiam te adducere? secundum duritiam tuam autem et impœnitens cor, instar thesauri tibi reponis iram in diem * iræ et revelationis et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus; iis quidem, qui per patientiam boni operis gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam; iis vero qui sunt ex contentione, et qui non obediunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio : tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum [1]. » Hæc enim etiam Nabuchodonosori evenere, qui Dei longanimitate non opportune usus est : cujus **1151** rei testis est ipse, qui ita narrat :

VERS. 26, 27. « Etenim post duodecim menses, in templo regni sui in Babylone deambulabat, et super mœnia civitatis cum omni gloria sua, et super turres suas incedebat. Et respondit rex et dixit : Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in potentia fortitudinis meæ, in honorem gloriæ meæ? » Intuere mentis fastum, inspice arrogantiæ exsuperantiam. Ego enim ipsam, inquit, regiam urbem feci, regia in ipsa constituta in honorem gloriæ meæ : feci autem hæc potentia maxima præditus, ac omnibus potitus. Verum hæc glorians et fremens locutus est : at Dominus Deus statim supplicium intulit.

κδ'. « Διὰ τοῦτο γάρ, φησὶ, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς [78] ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας [78] σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. » Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὴν ἄπληστον ὠμότητα ἣ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐχρήσατο. Βούλει [79], φησὶ, φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι ; ἐπίδειξαι ταύτην εἰς τοὺς τὴν αὐτὴν σοὶ φύσιν λαχόντας· οὕτω γὰρ πείσεις τὸν δικαστὴν σβέσαι τὴν ἀπειλὴν, καὶ καταλιπεῖν ἀτέλεστον. « Ἴσως γὰρ, φησὶν, ἔσται μακροθυμία τοῖς παραπτώμασί σου [78]. » Ὁ μὲν οὖν προφήτης ταύτην εἰσηγήσατο τὴν γνώμην· ὁ δὲ μείνας ἀτεράμων καὶ ἀκαμπὴς, ἐδέξατο τῆς παρανομίας τὰ ἐκ χειρα, καὶ ἅπερ ἤκουσεν ἀλγεινὰ, ταῦτα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατο. Εἶτα καὶ σημαίνει τῆς θείας μακροθυμίας τὸν χρόνον· δυοκαίδεκα γὰρ διαδραμόντων μηνῶν, ἐδέξατο ἡ διὰ τῆς προῤῥήσεως ἀπειλὴ τῶν πραγμάτων τὸ τέλος. Καὶ τοσοῦτον χρόνον εἰς μεταμέλειαν εἰληφὼς, κακῶς τὴν τῆς μεταμελείας ἀνάλωσε προθεσμίαν. Πρὸς ὃν ὁ μακάριος εἶπε ἂν Παῦλος εἰκότως· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει ; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ [76] δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν [77] αἰώνιον· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή· θλῖψις [77] καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν. » Ταῦτα γὰρ συνέβη καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ, τῇ τοῦ Θεοῦ μακροθυμίᾳ εἰς δέον οὐ χρησαμένῳ. Καὶ τούτου [79] μάρτυς αὐτὸς οὕτως [80] λέγων·

κς', κζ'. « Καὶ μετὰ δώδεκα μῆνας, ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι περιπατῶν ἦν [81], καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν πύργων αὐτοῦ διεπορεύετο. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς καὶ εἶπεν· Οὐκ αὐτή [82] ἐστι Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς [83] οἶκον βασιλείας, ἐν κράτει [84] τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου ; » Βλέπε τοῦ φρονήματος τὸν ὄγκον, βλέπε τὴν τῆς ἀλαζονείας ὑπερβολήν. Ἐγὼ γὰρ αὐτὴν, φησὶ, βασιλικὴν πόλιν ἐποιησάμην βασίλεια καταστησάμενος ἐν αὐτῇ, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου· ἐποίησα δὲ ταῦτα [85] ἰσχὺν ἔχων μεγίστην, καὶ πάντων κεκρατηκώς. Ἀλλὰ μὴν [86] φρυαττόμενος καὶ βρενθυόμενος, τοιούτοις ἐχρήσατο τοῖς [87] λόγοις· ὁ δὲ Δεσπότης Θεὸς παραυτίκα τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν.

[1] Rom. II, 4, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[78] τὰς — λύτρωσαι. Supra, t. I, p. 1449, erat, τὰς ἀνομίας σου ἐν ἐλεημ. ἀπόλουσαι. Ita fere lect. infra, *Hær. fab.*, l. V, c. 28. [79] ἀδ. Supra, t. I, l. c. erat, ἁμαρτίας. [80] βουλ. B præm. εἰ. [81] A μακροθυμος τ. παρ. σου ὁ Θεός. [76] καὶ. Abesse quidem solet l. c. vers. 5, sed a Nostro semper additur. [77] ζωὴν. B præm. καὶ. [78] θλ. B præm. καὶ. [79] B τούτων. [80] B οὕτως. [81] ἦν — διεπορ. Des. in A. [82] B οὐχ αὕτη. [83] εἰς. B ὡς. [84] κρ. A præm. τῷ. [85] B αὐτά. [86] B ἀλλ' ὁ μέν. [87] τοῖς. Des. in B.

Digitized by Google

κη'. « Ἔτι γὰρ, φησὶ, τοῦ λόγου ὄντος ἐν τῷ στό- A ματι τοῦ[88] βασιλέως, φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ ἐγένετο. » Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν ὠνειροπόλησεν[89], ἐκεῖθεν δέχεται τὴν ἀπόφασιν· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἀπέχρησεν αὐτῷ τὰ κάτω βασίλεια, ἀλλ' ἅμα[90] καὶ τῶν ἄνω μανικῶς ἐπεθύμησεν, ἔρημος γίνεται καὶ τῶν κάτω· καὶ τὸν οὐρανὸν ἁρπάσαι θελήσας, καὶ τῆς γῆς ἐξελαύνεται. « Φωνὴ τοίνυν ἦλθεν ἀπ' οὐρανοῦ· Σοὶ, σοὶ λέγεται, Ναβουχοδονόσορ βασιλεῦ. » Ὁ δὲ τῆς ἀντωνυμίας διπλασιασμὸς οὐχ ἁπλῶς πρόσκειται, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον ἐναργέστερον τοῦ πρὸς ὃν ταῦτα λέγεται. Καλεῖ δὲ αὐτὸν ἔτι βασιλέα, καὶ τὴν παροῦσαν ἔτι δόξαν, καὶ τὴν ἐσομένην οὐκ εἰς μακρὰν ἀτιμίαν δεικνύς.

« Ἡ βασιλεία σου[91], φησὶ, παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ. B (κθ'.) Καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων σε ἐκδιώξουσι, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἡ κατοικία σου καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σοὶ[92], ἕως οὗ[93] γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐτήν. » Εἶτα δεικνὺς τὴν τῆς τιμωρίας ὀξύτητα, καὶ παραυτίκα[94], φησὶ[95], τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπιχολούθησεν.

λ'. « Αὐτῇ, φησὶ, τῇ ὥρᾳ συνετελέσθη ὁ λόγος ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐδιώχθη[96]. » Ἐξεδιώχθη δὲ πρῶτον μὲν δι' αὐτὸ τὸ πάθος· μανίᾳ γὰρ παρεδόθη καὶ λύττῃ καὶ μυρία ἂν εἰργάσατο κακὰ, εἴπερ ἀδείας ἀπήλαυσεν· ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὴν ἀπέχθειαν, ἣν περὶ αὐτὸν ἅπαντες ἔχοντες, ἡνίκα μὲν ἔῤῥωτο, ἐπειρῶντο λανθάνειν, συμφορᾷ δὲ C περιπεσόντι ἐπέθεντο, τῆς ὠμότητος αὐτὸν βδελυξάμενοι. « Καὶ χόρτον ὡς βοῦς, φησὶν[96], ἤσθιεν. » Ἴδιον γὰρ τῶν παραπαιόντων, οὐ μόνον τὸ λέγειν καὶ πράττειν ἀλόγιστά τε καὶ ἄτακτα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐσθίειν ἅπαντα τὰ προσπίπτοντα· τοῦτο δ' ἄν τις ἴδοι καὶ νῦν τοὺς ὑπὸ δαιμόνων ἐνοχλουμένους ποιοῦντας καὶ πάσχοντας. Οὐ μόνον δὲ ὡς βοῦς ἤσθιε τὸν[97] χόρτον, ἀλλὰ « Καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη. » Ὑπαίθριος[98] γὰρ ταλαιπωρῶν, καὶ γυμνῷ τῷ σώματι κρυμῷ τε προσπαλαίων καὶ φλογμῷ, ἀναγκαίως ἑτέραν ἐδέξατο χρόαν. « Ἕως οὗ αἱ τρίχες αὐτοῦ, ὡς λεόντων, ἐμεγαλύνθησαν, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ, ὡς ὀρνέων. » Μὴ ἀποκειρόμενος γὰρ συνήθως, μηδὲ ἀφαιρούμενος τῶν ὀνύχων[99] τὰ D περιττὰ, ἀναγκαίως ἐν [1] τοσούτῳ χρόνῳ τοιαύτας ἔσχηκε [2] καὶ τρίχας καὶ ὄνυχας. Διὰ δὲ τούτων ἁπάντων ἐσήμαινε τὸ ἀτημέλητον αὐτὸν [3] καὶ ἀκηδεμόνευτον εἶναι [4]. Τῆς γὰρ θείας ἔρημος γενόμενος προμηθείας, οὐδὲ τῆς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπιμελείας ἀπήλαυσεν, καὶ ταῦτα γυναικὸς [5] οὔσης, καὶ παίδων, καὶ συγγενῶν· ἀλλὰ θηρίου [6] δίκην τοὺς ἀοικήτους χώρους διετέλει περινοστῶν, τὴν τῶν ἀλόγων τροφὴν τῇ γαστρὶ παραπέμπων· ἐπειδὴ γὰρ, « Ἄνθρωπος ὢν

Vers. 28. « Cum enim sermo, inquit, adhuc esset in ore regis, vox de cœlo facta est. » Nam, quia in cœlum se ascendere somniavit, illinc sententiam in se latam sentit : et quia ei non satis fuere ædes regiæ in terris deorsum, sed simul etiam superiores dementer appetiit, iis quoque privatur, quas deorsum obtinebat : et qui cœlum rapere voluerat, et terra quoque expellitur. « Vox itaque de cœlo venit : Tibi, tibi dicitur Nabuchodonosor rex. » Pronominis autem duplicatio non temere apponitur, sed ad evidentiorem illius reprehensionem, cui hæc dicuntur. Ipsam vero adhuc regem vocat, et præsentem adhuc gloriam, et haud multo post futuram **1152** ignominiam ostendens.

« Regnum tuum, inquit, transiit a te. (Vers. 29.) Et ab hominibus te expellent, et cum bestiis agrestibus habitatio tua, et feno quasi bovem cibabunt te, et septem tempora mutabuntur super te, donec cognoscas, Altissimum dominari regno hominum, et cuicunque visum fuerit, dare illud. » Deinde ostendens supplicii celeritatem, illico orationem, inquit, res secuta est.

Vers. 30. « Eadem, inquit, hora sermo completus est super Nabuchodonosorem, et ab hominibus expulsus est. » Expulsus autem primum est propter ipsum morbum : furore enim et rabie correptus infinita mala perpetrasset, si modo ei facultas data fuisset : deinde vero propter odium, quod in illum omnes habentes, cum valeret, occultare conabantur, cum vero in calamitatem incidisset, omnes ei insultabant, ob crudelitatem ipsum abominati. « Et fenum, inquit, ut bos comedit. » Est enim proprium desipientium, non solum dicere ac facere ea quæ ratione et ordine careant, sed omnia etiam in quæcunque inciderint, comedere : quod cerni etiam nunc potest in iis qui a dæmonibus vexantur : talia enim et faciunt, et patiuntur. Neque solum ut bos comedit fenum, verum « Etiam rore cœli corpus ejus infectum est. » Sub dio enim agens in ærumna, nudoque corpore cum gelu et æstu conflictans, necessario alium colorem accepit. « Donec capilli ejus, quasi leonum, magni facti sunt, et ungues ejus, quasi avium. » Non detonsus enim usitato more, neque resectis unguium excrementis, **1153** necessario tam diu ejusmodi habuit et capillos et ungues. His autem omnibus significabat, neglectum ipsum et nulli curæ alicui fuisse. Divina enim Providentia destitutus, ne propinquorum quidem cura potitus est, cum tamen ipsi adessent uxor, liberi, et cognati : sed instar feræ inculta loca semper peragrabat, bestiarum cibum ventri indulgens.

VARIÆ LECTIONES.

[88] τοῦ. B præm. αὐτοῦ. [89] B ὠνειροπολήσατο. [90] ἀλλ' ἅμα. B ἀλλά. [91] σου. Des. in A. [92] A σέ. [93] οὗ. B ἄν [93] παρ. B præm. ὅτι. [94] φησί. Des. in B. [95] B ἐξεδιώχθη. [96] φησ. In B ponitur ante ὡς βοῦς. [97] τόν. Des. in B. [98] B ὕπαιθρος. [99] τ. ὀν. In B post περιττὰ ponitur. [1] ἐν. B ἐπί. [2] B ἔσχε. [3] B αὐτοῦ. [4] εἶναι. Des. in B. [5] γυν. B præm. καί. [6] B θηρίων.

Digitized by Google

Nam quia « Homo cum esset, et in honore maximo, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis i, » et in sibi subjectos ferina mente et animo fuit, merito etiam ad ferinam et agrestem vitam justissime damnatus est. Verum clemens Dominus remisso supplicio, ut benignus, quique experientia docuerat, se esse omnium Dominum, rursus ipsum reduxit, ac pristinum ei regnum commisit.

Vers. 31. « Post finem enim dierum, inquit, ego Nabuchodonosor oculos meos in cœlum sustuli. » Non sine causa autem adjecit *ego*, sed ut omnes homines doceret : quasi ita dicat, Ille ego, qui tanta olim arrogantia dixeram : « Qui est Deus, qui eruat vos e manibus meis k? » qui somniaveram, fore ut in cœlum ascenderem, et super astra ponerem thronum meum, experientia doctus didici quid deceat, meo supplicio sapere didici, meam servitutem agnovi. Idcirco etiam in **1154** cœlum oculos meos sustuli ; quod simul ac feci : « Et mens mea ad me reversa est. » Id est, ab insania liberatus fui, statimque ratione convalui, et mentem recepi. « Et Altissimo benedixi, et viventem in sæcula laudavi, quia potestas ejus potestas æterna, et regnum ejus in generationem et generationem. » Cum enim experientia didicerit, quid homo, quid Deus, hunc quidem Altissimum et viventem appellat, et regem sempiternum vocat, suam vero tenuitatem agnoscit. Quare :

Vers. 32. « Et omnes, inquit, habitantes in terra pro nihilo reputati sunt. » Nam usque ad præsens tempus existimaveram meipsum maximum et altissimum esse : nunc autem aperte cognovi, omnem hominum naturam, si Deo comparetur, nihil esse. Cumque quæsivisset tenuitatis nomen, ac nullum dignum invenisset, illud *nihil* posuit, quod lubricæ et fluxæ naturæ idoneam habet declarationem. Et Deum quidem, et *Altissimum*, et *Dominum*, et *viventem*, et *regem sempiternum* vocavit : omnes vero homines *nihil* appellavit. Ita etiam beatus Isaias divinam simulacris comparans naturam, humanum genus in medium protulit. « Si enim omnes gentes, inquit, sicut stilla a situla, et sicut monumentum stateræ reputatæ sunt, et quasi saliva reputabuntur ; Libanus autem non idoneus ad comburendum, et omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et omnes gentes quasi nihilum sunt, et pro nihilo reputatæ sunt apud eum, cui assimilabitis **1155** Dominum? et cui imagini assimilabitis eum l? » Tantum utilitatis ex calamitatibus percepit Nabuchodonosor, ut

A καὶ ἐν τιμῇ ὢν μεγίστῃ, οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, » καὶ θηριώδει γνώμῃ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο[7], εἰκότως καὶ μάλα δικαίως τὸν κτηνώδη καὶ θηριώδη βίον κατεδικάσθη. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, λύσας τὴν τιμωρίαν, ὡς ἀγαθὸς, καὶ τῇ πείρᾳ διδάξας, ὡς αὐτός ἐστι τῶν ἁπάντων Κύριος, πάλιν αὐτὸν ἐπανήγαγε, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ τὴν προτέραν ἐπίστευσε.

λα'. « Μετὰ γὰρ τέλος, φησὶ[8], τῶν ἡμερῶν, ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον. » Οὐχ ἁπλῶς δὲ προστέθεικε τὸ ἐγὼ, ἀλλὰ διδάσκων ἅπαντας ἀνθρώπους, ὡς Ὁ τῇ ἀλαζονείᾳ ἐκείνῃ χρησάμενος, ὁ εἰρηκώς· « Τίς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου ; » ὁ B ὀνειροπολήσας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι, καὶ ἐπάνω τῶν ἀστέρων[9] θεῖναι τὸν θρόνον μου[10], ἐδιδάχθην τῇ πείρᾳ τὸ δέον, ἔμαθον διὰ τῆς τιμωρίας[11] σωφρονεῖν, τὴν ἐμαυτοῦ δουλείαν ἐπέγνων. Διὸ καὶ ἀνέλαβον τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἅμα τε τοῦτο ἐποίησα, « Καὶ αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν[12]. » Ἀντὶ τοῦ, Τῆς παραφροσύνης ἐλεύθερος ἐγενόμην, καὶ τὸν λογισμὸν ἐῤῥώσθην· παραυτίκα δὲ ὑγιῆ τὸν νοῦν ἀπέλαβον. « Καὶ τῷ Ὑψίστῳ[13] εὐλόγησα, καὶ τὸν ζῶντα[14] εἰς τοὺς αἰῶνας ᾔνεσα[15], ὅτι ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. » Γνοὺς γὰρ τῇ πείρᾳ, τί μὲν ἄνθρωπος, τί δὲ Θεὸς, τὸν μὲν Ὕψιστον καὶ ζῶντα προσαγορεύει, καὶ βασιλέα αἰώνιον ἀποκαλεῖ[16], τὴν C δὲ οἰκείαν εὐτέλειαν ἐπιγινώσκει. Διό φησι·

λβ'. « Καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. » Μέχρι μὲν γὰρ τοῦ παρόντος ᾤμην εἶναι ἐμαυτὸν μέγιστόν τε καὶ ὑψηλότατον, νῦν δὲ ἔγνων σαφῶς, ὡς πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις Θεῷ παραβαλλομένη οὐδέν ἐστι. Καὶ ζητήσας εὐτελείας προσηγορίαν, καὶ μὴ εὑρὼν ἀξίαν, τὸ *οὐδὲν* τέθεικεν, ἔμφασιν ἔχον ἱκανὴν τοῦ σφαλεροῦ καὶ εὐδιαλύτου τῆς φύσεως. Καὶ τὸν μὲν Θεὸν καὶ *Ὕψιστον*, καὶ *Δεσπότην*, καὶ *ζῶντα*[17] καὶ *βασιλέα αἰώνιον* ἀπεκάλεσεν, ἅπαντας δὲ ἀνθρώπους *οὐδὲν* προσηγόρευσεν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας τοῖς εἰδώλοις τὴν θείαν παραβάλλων φύσιν, τὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς μέσον παρήγαγε γένος. « Εἰ γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, φησὶν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ D ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται· ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη εἰς οὐδέν εἰσι, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν αὐτῷ· τίνι ὁμοιώσετε[18] Κύριον ; καὶ τίνι ὁμοιώματι ὁμοιώσετε αὐτόν ; » Τοσαύτην ὠφέλειαν ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐκ τῶν συμφορῶν ἐδέξατο, ὅτι προφητικῶς περὶ Θεοῦ καὶ φρονεῖ καὶ φθέγγεται· καὶ ὡς ἐκ συμφωνίας

i Psal. XLVIII, 13. k IV Reg. XVIII, 35. l Isa. XL, 15-18.

VARIÆ LECTIONES.

[7] B ἐχρήσατο. [8] B φησὶ, τὸ τέλος. [9] B ἄστρων. [10] μου. Des. in B. [11] τιμ. B πείρας. [12] ἐπεστρ. A præm. ἐπ' ἐμέ. [13] Ed. prior hab. τὸν Ὕψιστον. [14] A τῷ ζῶντι. [15] ᾔν. A addit, καὶ ἐδόξασα. [16] A ἀποκαλεῖται. [17] κ. ζῶντα. Des. in B. [18] B h. l. et post pauca, ὡμοιώσατε.

Digitized by Google

τινὸς ἀπὸ τῆς κτίσεως πᾶσαν τὴν ὑμνῳδίαν ὑφαίνει. « Πάντες, φησὶν, οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ὡς οὐδὲν ἐλογίσθησαν, καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς. » Καὶ αὕτη δὲ ἑτέρου προφήτου διδασκαλία. Ὁ γὰρ μακάριος Δαβὶδ λέγει [19] · « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. » Τοῦτο καὶ οὗτος κηρύττει. « Ἃ γὰρ [20] θέλει, φησὶ, καὶ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς, » πρυτανεύει καὶ δεσπόζει, οὐ μόνον τῆς γῆς, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτῶν τῶν οὐρανῶν. Εἶτα καὶ ἄμαχον δεικνὺς [21] τῆς δυνάμεως · « Καὶ οὐκ ἔστι, φησὶν, ὃς ἀντιστήσεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ · Τί τοῦτο [22] ἐποίησας ; » Ἀνάγκη γὰρ στέργειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, ἐάν τε θυμήρη, ἐάν τε ἀλγεινὰ ᾖ · τολμηρὸν γὰρ τὸ ἀντιτείνειν, καὶ αἰτιᾶσθαι τὰ ὑπ' αὐτοῦ σοφῶς πρυτανευόμενα. Ταῦτα, φησὶ, γνοὺς καὶ ὁμολογήσας, καὶ τὸν Ὕψιστον δοξάσας, εἰς ἐμαυτὸν ἐπανῆλθον, καὶ τὴν προτέραν βασιλείαν μετ' εὐσεβείας ἀπέλαβον.

λγ'. « Αὐτῷ γὰρ τῷ καιρῷ αἱ φρένες μου ἐστράφησαν πρός με [23], καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἦλθον, καὶ ἡ μορφή μου ἐπέστρεψεν ἐπ' ἐμέ. » Αὐχμῶν γὰρ, ὡς εἰκὸς, καὶ ῥυπῶν, ἀποκειράμενος καὶ τὰ περιττὰ τῶν ὀνύχων ἀφελόμενος, καὶ τὸν ῥύπον ἀπονιψάμενος, καὶ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσας, ἐπεγνώσθη ὅτι ἄνθρωπος ἦν ἐκεῖνος, ὁ πρότερον [24] τὴν μεγίστην διέπων βασιλείαν. « Καὶ οἱ τύραννοί μου, φησὶ, καὶ οἱ μεγιστᾶνές μου ἐπεζήτουν [25] με. » Ἀποθέμενοι γὰρ κἀκεῖνοι τὸ μῖσος, διάθεσιν περὶ ἐμὲ καὶ φίλτρον ἔλαβον. « Καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἐκραταιώθην, καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα προσετέθη μοι. » Καὶ τοῦτο δὲ πάλιν εὐσεβείας γέμει τὸ ῥῆμα· οὐ γὰρ εἶπε, Μεγαλωσύνην περισσοτέραν ἐκτησάμην, ἀλλὰ, « Προσετέθη μοι, » τὸν χορηγὸν ὑποδεικνὺς, καὶ τῶν ἀγαθῶν κηρύττων τὸν αἴτιον.

λδ'. « Νῦν οὖν, φησὶν, ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ αἰνῶ, καὶ ὑψῶ [26], καὶ δοξάζω τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινὰ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτοῦ κρίσεις, καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ δύναται ταπεινῶσαι · » Λαβὼν γὰρ πεῖραν τῶν λυπηρῶν, εἶτα τούτων ἀπαλλαγείς, αἰνῶ καὶ ὑμνῶ τὸν ταῦτά μοι κἀκεῖνα λυσιτελῶς ἐπαγαγόντα, καὶ λίαν σοφῶς · καὶ οἶδα αὐτὸν οὐρανοῦ βασιλέα καὶ τῶν ἁπάντων Δεσπότην, ἀληθείᾳ χρώμενον καὶ δικαίως ἅπαντα πρυτανεύοντα, καὶ τοὺς ὑπερηφανίᾳ χρωμένους ταπεινῶσαι δυνάμενον. Μαθόντες τοίνυν, ὅπως ὑπερηφανία καὶ τῦφος τοὺς χρωμένους λωβᾶται, καὶ ὡς ὁ τούτοις χαίρων τρυγᾷ καρποὺς [27] οὐκ ἀγαθοὺς, τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν ταπεινοφροσύνην [28] κτησώ-

instar prophetæ de Deo et sentiat et loquatur. Et quasi ex concentu quodam a creatura totam laudationem orditur. « Omnes, inquit, habitantes in terra quasi nihilum reputati sunt, et secundum voluntatem suam facit, in virtute cœli, et in habitatione terræ. » Atque hæc etiam alius Prophetæ doctrina est ; etenim beatus David : « Omnia, inquit, quæcunque voluerit Dominus, fecit, in cœlo et in terra [m]. » Hoc etiam iste prædicat. « Quæ enim vult, inquit, et in virtute cœli, et in habitatione terræ, » moderatur, ac dominatur non modo terræ, sed etiam cœlis ipsis. Deinde ostendens potestatem ejus inexpugnabilem : « Et non est, inquit, qui resistat manui ejus, et dicat ei : Cur hoc fecisti? » Necesse est enim, cum iis quæ ab eo fiunt, sive jucunda sint, sive molesta, esse contentum, cum temerarium sit adversari, et ea culpare, quæ ab ipso sapienter administrantur. Hæc, inquit, cum cognovissem et confessus essem, et gloriam Altissimo tribuissem, ad meipsum redii, et pristinum recepi cum pietate regnum.

Vers. 33. « Eo enim tempore mens mea reversa est ad me, et ad honorem regni mei veni, et forma mea rediit ad me. » Squalens enim situ, ut par erat, et sordescens, detonsus, abjectisque unguium excrementis, sordibusque ablutis, divinæ gratiæ compos factus, agnitus est, quod esset homo ille, qui prius maximum administrabat regnum. **1156** « Et tyranni mei, inquit, et optimates mei quærebant me. » Etenim illi, abjecto odio, benevolo animo erga me affecti sunt, mihique reconciliati. « Et in regnum meum confortatus sum, et magnitudo amplior addita est mihi. » Et hoc item pietatis plenum est verbum ; neque enim dixit: Magnitudinem ampliorem adeptus sum, sed « Addita est mihi, » largitorem significans, et bonorum commendans auctorem.

Vers. 34. « Nunc igitur, inquit, ego Nabuchodonosor laudo, et extollo, et glorifico regem cœli, quia omnia opera ejus vera, et viæ ejus judicia, et omnes incedentes in superbia potest humiles facere. » Expertus enim molesta, deinde ab ipsis liberatus, laudo et celebro eum qui hæc et illa mihi utiliter intulit et sapientissime : ac novi ipsum cœli regem et omnium Dominum, veritate et justitia omnia moderantem, quique superbia elatos potest ad humilitatem redigere. Cum itaque didicerimus, quantum superbia et fastus hominibus afferat detrimenti, eosque qui his vitiis gaudeant haud bonos fructus colligere, parentem bonorum humilitatem acquiramus. Hanc enim Dominus quo-

[m] Psal. cxiii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[19] λέγ. B φησί. [20] γάρ. B add. ἄν. [21] B τὸ ἄμαχον δείκνυσι. [22] τοῦ τε. Des. in A. [23] A ἐπεστράφησαν ἐπ' ἐμέ. [24] πρ. Des. in B. [25] ἐζήτουν. [26] A ὑπερυψῶ. [27] B τοιούτους τρυγᾷ καρπούς. [28] ταπ. B præm. τήν.

Digitized by Google

que possessionem beatam censet, quasi eam quæ proventum habeat regnum cœlorum. « Beati enim, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [n]. » Et seipsum exemplar iis qui juvari voluerint proponens : « Discite a me, inquit, quia mitis sum, et humilis corde [o]. » Et ostendens, qualis et quantus horum sit fructus, statim * subjecit : « Et invenietis **1157** requiem animabus vestris [p]. » Quodsi vero omnium auctor et Dominus humilem seipsum vocat ac rebus ipsis ostendit, quonam alio consilio indiget homo, pulvis, lutum, gleba, cinis, vanitas, flos, fenum? his enim nominibus omnibus in divina Scriptura indigitantur. Erubescamus itaque ob Domini modestiam, qui cum dives esset, propter nos mendicus factus est, ut nos illius egestate divites essemus [q], et mortalem naturam agnosceremus : et præsentis prosperitatis brevitatem contemplantes, nihil arrogans propter præsentem rerum statum cogitemus : quin potius ipsarum caducam brevitatem et inconstantiam rideamus, et bona illa consequi expetamus, quæ ita comparata sunt natura, ut perpetua sint atque stabilia : quibus frui nobis omnibus liceat, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri sit gloria cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A μεθα· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος μακαρίζει τὸ κτῆμα, ὡς πρόσοδον ἔχον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. « Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Προτίθησι δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀρχέτυπον τοῖς ὠφελεῖσθαι βουλομένοις, λέγων· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Καὶ δεικνὺς, ἡλίκος τούτων ὁ καρπὸς, εὐθὺς ἐπήγαγε· « Καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Εἰ δὲ τῶν ἁπάντων ὁ Ποιητὴς καὶ Δεσπότης ταπεινὸν ἑαυτὸν καλεῖ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δείκνυσι, ποίας ἑτέρας συμβουλῆς δεῖται ἄνθρωπος, ὁ χοῦς, ὁ πηλὸς, ἡ βῶλος, ἡ σποδὸς, ἡ ματαιότης, τὸ ἄνθος, ὁ χόρτος; Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς προσαγορεύεται. Αἰσχυνθῶμεν τοίνυν τὴν τοῦ Δεσπότου μετριότητα, ὃς, πλούσιος B ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ [29] τῆς φύσεως τὸ θνητὸν καταμάθωμεν· καὶ τῆς παρούσης εὐημερίας θεώμενοι τὸ ὀξύῤῥοπον, μηδὲν μὲν ἀλαζονικὸν ἐπὶ [30] ταῖς παροῦσι φρονήσωμεν· γελάσωμεν δὲ μᾶλλον αὐτῶν τὸ εὔτρεπτον καὶ ἀβέβαιον, καὶ ἐπιθυμῶμεν [31] ἐκείνων ἐπιτυχεῖν [32] τῶν ἀγαθῶν, ἃ διαρκῆ τὴν φύσιν καὶ μόνιμον ἔχει· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[n] Matth. v, 3. [o] Matth. xi, 29. [p] ibid. [q] II Cor. viii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[29] καί. B præm. καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιγνῶμεν. [30] ἐπί. B ἐν. [31] B ἐπιθυμήσωμεν. [32] B τυχεῖν.

TOMOΣ Ε'.

LIBER QUINTUS.

CAPUT V.

Nabuchodonosor, Evilad Marodach, Baltasar.

VERS. 1. « Baltasar rex apparavit cœnam lautam optimatibus suis. » Hic filius quidem est Nabuchodonosoris, non autem statim ipsi successit : Evilad Marodach enim frater ipsius major natu, regnavit. Idque **1158** nos docet regum historia [r], et beatus Jeremias propheta, qui ita narrat : « Et factum est anno tricesimo septimo transmigrationis Joacimi regis Judæ, mense duodecimo, (die) vicesimo quarto mensis, sumpsit Evilad Marodach, rex Babylonis, anno illo quo regnavit, caput Joacimi regis Judæ, et eduxit ipsum e domo, ubi custodiebatur, et locutus est ei bona, et dedit ei sedem supra thronos

IV Reg. xxv, 9 seqq.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ναβουχοδονόσορ, Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ, Βαλτάσαρ.

C α'. « Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον μέγα [33] τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. » Οὗτος υἱὸς μέν ἐστι τοῦ Ναβουχοδονόσορ, οὐκ εὐθὺς δὲ αὐτὸν διεδέξατο· ὁ γὰρ Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὢν πρεσβύτερος ἐβασίλευσε, καὶ τοῦτο ἡ τῶν Βασιλειῶν ἡμᾶς ἱστορία διδάσκει, καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης, οὑτωσὶ λέγων· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει ἀπωκισθέντος τοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἐν τῷ δωδεκάτῳ [34] μηνὶ, καὶ ἐν τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ἔλαβεν Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ, βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ἐν ᾧ ἐνιαυτῷ [35] ἐβασίλευσε, τὴν κεφαλὴν Ἰωακεὶμ [36] βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐξήγαγεν

VARIÆ LECTIONES.

[33] μέγα. Des. in A. [34] B δεκάτῳ. [35] B τῷ ἐνιαυτῷ, ᾧ. [36] Ἰωαχ. Des. in B.

Digitized by Google

αὐτὸν ἐξ οἴκου, οὗ ἐφυλάττετο, καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ χρηστὰ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸν δίφρον ἐπάνω τῶν θρόνων τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἤλλαξε τὴν στολὴν τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἤσθιε διαπαντὸς ἄρτον κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ἔζησεν. » Ἰωακεὶμ δὲ οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἰεχωνίας· Ἰωακεὶμ γὰρ τὸν τούτου πατέρα, τὸν καὶ Ἐλιακεὶμ, ἐφ' οὗ ὁ μακάριος ἠχμαλωτεύθη Δανιὴλ, ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνελὼν ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐρρίψεν ἔξω τοῦ τείχους, ὡς ἡ θεία διδάσκει Γραφή. Μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ τοίνυν Εὐϊλὰδ Μαροδὰχ [57] βασιλεύει· μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Βαλτάσαρ. Καταλέλοιπε δὲ τούτου τὴν μνήμην ὁ θειότατος Δανιὴλ, ἐπειδὴ οὐχ ἱστορίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ προφητείαν συγγράφει· οὗ χάριν οὐδὲ ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ γεγενημένα συνέγραψεν, ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον, ὧν ἀναγκαία ἦν διὰ τὴν ὠφέλειαν ἡ μνήμη. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλτάσαρ μέγιστον ἔδειξεν [58] ὁ Θεὸς θαῦμα, καὶ ἱκανὸν, οὐ μόνον τοῖς τηνικάδε ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον ποτὲ γενομένοις [59], εὐλάβειαν ἐνθεῖναι καὶ δέος, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ποδηγῆσαι, οὐκ ᾠήθη δίκαιον τοσαύτην εὐεργεσίαν κατακρύψαι σιγῇ, ὅσιον δὲ ποιεῖν νενόμικεν ἀνάγραφον [60] αὐτὸ, καὶ πᾶσιν ὑπόμνημα διδασκαλίας καταλιπεῖν [61]. Διό φησιν· « Βαλτάσαρ βασιλεὺς [62] ἐποίησε δεῖπνον μέγα [63] τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ χιλίοις [64], καὶ ἔναντι [65] τῶν χιλίων ὁ οἶνος. » Τουτέστι, τοῖς χιλίοις ἀρκῶν, πρὸς τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν ἠτρεπισμένος.

β'. « Πίνων δὲ, φησὶν, ὁ Βαλτάσαρ εἶπεν ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, τοῦ [66] ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ [67], ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἔπινον [68] ἐν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι [69] αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ [70] αὐτοῦ. » Διδάσκει δὲ ἡμᾶς διὰ τούτων ὁ προφήτης, οὐ μόνον τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας τοῦ οἴνου γενομένην βλάβην. « Πίνων γὰρ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς εἶπεν ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, τοῦ ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ. » Κατέχωσε γὰρ ἡ μέθη τὸν λογισμὸν, καὶ ἡ ἀκρασία [71] τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ μανίαν ἐγέννησε· καὶ τὰ ἀφιερωμένα τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ σκεύη, ἃ Ναβουχοδονόσορ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἔλαβε μὲν, τοῦ Θεοῦ προδεδωκότος, ἐτίμησε δὲ ὡς ἐνόμισε, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἠλευθέρωσε χρήσεως, τούτοις ὡς κοινοῖς οὗτος ἐτόλμησε χρήσασθαι· οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκεν.

γ'. « Ἠνέχθησαν γὰρ, φησὶ, τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ [72] ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ [73] τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καλῶς δὲ τὴν τῆς ἀτοπίας ἔδειξεν ὑπερβολὴν, πρὸς τῷ ναῷ

A regnum illorum qui cum eo erant in Babylone : et mutavit vestem carceris ejus, et comedebat semper panem ante faciem illius per omnes dies quos vixit [s]. » Hic autem Joacim ille est, qui etiam Jechonias dictus fuit : nam Joacimum hujus patrem, qui et Eliacim nominatus est, sub quo beatus Daniel in servitutem redactus est, in Hierosolyma occisum Nabuchodonosor projecit extra murum, ut divina docet Scriptura. Post Nabuchodonosorem itaque Evilad Marodach regnat, post illum vero Baltasar, illius autem memoriam omisit sanctissimus Daniel, quandoquidem non absolute historiam, sed prophetiam conscribit : quamobrem ne omnia quidem quæ a Nabuchodonosore gesta sunt litteris consignavit, sed illa duntaxat, quorum necessaria utilitatis ergo erat B memoria. Quando itaque maximum etiam in Baltasare Deus ostendit miraculum, quod et idoneum esset ad ingenerandum timorem cum reverentia, non solum iis qui tunc vivebant, sed etiam posteris, quodque duceret ad veram pietatem : **1159** non existimavit æquum esse tantum beneficium silentio occultare, sed opinatus est se religiose facturum, si litteris illud proderet, et omnibus doctrinæ monimentum relinqueret. Quare, « Baltasar, inquit, rex apparavit cœnam lautam optimatibus suis mille, et coram mille vinum. » Hoc est, vinum pro millenis sufficiens, ad tantum numerum paratum.

C Vers. 2. « Bibens autem, inquit, Baltasar dixit cum gustaret vinum, ut afferrentur vasa aurea, et argentea, quæ deportaverat pater ejus Nabuchodonosor e templo quod est in Hierosolyma : et bibebant ex eis rex, et optimates ejus, et concubinæ ejus, et pellices ejus. » His autem docet nos propheta, non solum impietatis exsuperantiam, sed etiam damnum ab immodico vini usu profectum. « Bibens enim rex, inquit, dixit cum gustaret vinum, ut afferrentur vasa aurea et argentea : » Obruit enim rationem ebrietas, et incontinentia peperit contra Deum insaniam ; et dedicata divino cultui vasa, quæ Nabuchodonosor pater ipsius ut a Deo sibi tradita accepit quidem, sed in honore, ut existimabat, habuit, et ab humanis usibus ea D vindicavit ; his iste ut communibus et profanis ausus est uti. Neque solum dixit, sed etiam re ipsa exsecutus est.

Vers. 3. « Allata enim sunt vasa, inquit, aurea et argentea, quæ deportaverat Nabuchodonosor e templo Dei, quod est in Hierosolyma. » Recte autem **1160** insolentiæ ostendit exsuperantiam, dum

[s] Jerem. LII, 31-33.

VARIÆ LECTIONES.

[57] Εὐ. B præm. ὁ. [58] ἔδ. In B post Θεὸς ponitur. [59] γεν. B ἐσομένοις. [60] B ἀναγράφων. [61] B καταλιμπάνων. [62] βασ. B. præm. ὁ. [63] μέγα. Des. in B. [64] χιλ. A præm. ἀνδράσι. [65] A et B κατέναντι. [66] τοῦ. Des. in B. [67] ἀργ. B præm. τά. [68] A et B πιέτωσαν. [69] A παλλακαί. [70] A πάροικοι. [71] B ἀκαθαρσία. [72] Ναβ. Des. in A. [73] τοῦ Θεοῦ. Ex A et B suppl.

Digitized by Google

præter templi mentionem, Dei quoque meminit templique ostendens nobilitatem, *Hierosolymæ* nomen apposuit. « Hæc enim vasa, inquit, non aliquibus ex iis qui solum videntur, et solum nomen habent deorum, sed ipsi qui præest omnibus, Deo, dicata erant, qui Hierosolymam elegit, et templum, quod in ipsa est, sua gloria complevit. Verum hæc, quæ nefas erat attingere, et quæ omnium rerum Deo erant consecrata, non tanquam indigenti, sed tanquam eorum qui offerrent, gratum animum approbanti, impius rex in medium afferri jussit, et ex ipsis bibit : neque solum ipse, sed optimates illius, et concubinæ illius, et pellices illius bibebant vinum : hoc est ebrietatis instrumenta fecit divini ministerii instrumenta, præcepitque ut quæ suam explebant lasciviam, per hæc vino fruerentur. Deinde extremam ostendens impietatem, propheta subjecit :

Vers. 4. « Et laudarunt deos aureos, et argenteos, et æreos, et ferreos, et ligneos, et lapideos. » Crapulans enim improbissimus, et divinis vasis deliciarum causa utens, omnium rerum Domini obliviscebatur, laudibus vero eos, qui non essent dii, celebrabat, ex inanima materia confectos ; quique ab arte non eam vim acceperant, qua efficere aliquid possent, sed solam formam efficacitatis expertem. Verum non permisit omnium rerum moderator, pro sua longanimitate, ut et homines qui tunc vivebant, et posteri læderentur : sed statim suam potentiam ostendit.

Vers. 5. « In ipsa **1161** enim hora, inquit, exierunt articuli manus hominis, et scripserunt contra lampadem, in tectorio parietis domus regis, et rex contemplabatur articulos manus scribentis. » Quando enim ab omni efficacitate vacua laudavit simulacra, et omnium Deum contempsit, docet ipsum omnium rerum Opifex, suam naturam ejusmodi esse, quæ cerni nequeat, et corpore careat. Solos enim digitos ipsi scribentes ostendebat, erudiens illum, ne sic quidem hos ab illo conspici potuisse, nisi ipse usus eorum præbuisset occasionem. Maximam autem convivæ hinc etiam percipiebant utilitatem, qui docebantur Dei potestatem : præterquam quod intelligebant eum corporis expertem esse, et oculis cerni minime posse : deorum vero, quos ipsi laudaverant, imbecillitatem, et ejusmodi naturam, quæ nihil omnino posset, cum ex sola inanima materia constarent. Hoc autem miraculo ingentem [a] metum omnibus incussum fuisse, testatus est propheta, qui ita dixit :

Vers. 6. « Tunc regis forma immutata est, et cogitationes ejus conturbabant ipsum, et compages lumborum illius dissolvebantur, et genua ejus ad se invicem collidebantur. » Quod si digitorum scribentium species ita perterruit eum, qui

καὶ τοῦ Θεοῦ μνημονεύσας, καὶ τοῦ ναοῦ δὲ δεικνὺς τὸ ἐπίσημον, τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ προσηγορίαν προστέθεικε. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, τὰ σκεύη οὐ τισὶ τῶν δοκούντων, καὶ ὄνομα μόνον ἐχόντων, ἀνέκειντο θεῶν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, ὃς τήν τε Ἱερουσαλὴμ ἐξελέξατο, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν τῆς οἰκείας ἐπλήρωσε δόξης. Ἀλλὰ ταῦτα τὰ ἄψαυστα, καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀνακείμενα, οὐχ ὡς δεομένῳ, ἀλλ' ὡς ἀποδεχομένῳ τῶν προσφερόντων τὸ εὐγνωμον, ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς εἰς μέσον ἐνεγκών, ἔπινεν ἐν αὐτοῖς· οὐ μόνον δὲ αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ ἔπινον οἶνον· τουτέστι, μέθης ἐπῆσεν ὄργανα τῆς θείας λειτουργίας τὰ ὄργανα, καὶ τὰς τῆς ἀκολασίας αὐτὸν ἐμφορούσας διὰ τούτων ἀπολαύειν τοῦ οἴνου προσέταξεν. Ἔπειτα τῆς ἀσεβείας τὸ ἔσχατον ὑποδεικνὺς ὁ προφήτης ἐπήγαγε·

δ'. « Καὶ ἤνεσαν τοὺς θεοὺς τοὺς χρυσοῦς, καὶ ἀργυροῦς, καὶ χαλκοῦς, καὶ σιδηροῦς, καὶ ξυλίνους, καὶ λιθίνους. » Κραιπαλῶν γὰρ ὁ παμμίαρος, καὶ τοῖς θείοις σκεύεσιν ἐντρυφῶν, λήθην μὲν ἔσχε τοῦ τῶν ἁπάντων Δεσπότου, ὕμνοις δὲ τοὺς οὐκ ὄντας ἐγέραιρε θεοὺς, ἐξ ὕλης ἀψύχου πεποιημένους, καὶ οὐδὲ ἀπὸ τῆς τέχνης τὸ ἐνεργεῖν ἠρανισμένους· μόνην δὲ μορφὴν δεξαμένους ἐνεργείας ἐστερημένην. Ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις, τῇ μακροθυμίᾳ, καὶ τοὺς τηνικάδε ἀνθρώπους, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους λυμήνασθαι· παραυτίκα δὲ τὴν οἰκείαν δείκνυσιν δύναμιν.

ε'. « Ἐν αὐτῇ γὰρ, φησὶ, τῇ ὥρᾳ ἐξῆλθον ἀστράγαλοι χειρὸς ἀνθρώπου, καὶ ἔγραφον κατέναντι τῆς λαμπάδος, ἐπὶ τὸ κονίαμα τοῦ τοίχου τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθεώρει τοὺς ἀστραγάλους τῆς χειρὸς τῆς γραφούσης. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐνεργείας ἀπάσης ἐστερημένα ὕμνησεν εἴδωλα, καὶ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ κατεφρόνησε, διδάσκει αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως τὸ ἀόρατον καὶ ἀσώματον. Μόνους γὰρ αὐτῷ δακτύλους ὑποδείκνυσι γράφοντας, παιδεύων αὐτὸν, ὡς οὐδ' ἂν τούτους ἐθεάσατο, εἰ μὴ παρέσχεν αὐτὸς τῆς χρείας τὴν ἀφορμήν· μεγίστην δὲ καὶ οἱ σύσσιτοι ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ἐλάμβανον, διδασκόμενοι τοῦ μὲν Θεοῦ πρὸς τῷ ἀσωμάτῳ καὶ ἀοράτῳ, τὸ δυνατὸν· τῶν δὲ ὑπ' αὐτῶν ὑμνηθέντων θεῶν, πρὸς τῷ ὑλικῷ καὶ ἀψύχῳ, τὸ παντελῶς ἀδρανές τε καὶ ἀσθενές. Ὅτι δὲ πολὺ δέος ἅπασιν ἐνειργάσατο τοῦτο τὸ θαῦμα, ὁ προφήτης μεμαρτύρηκεν, οὕτως εἰπών·

ς'. « Τότε τοῦ βασιλέως ἡ μορφὴ ἠλλοιώθη, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάραξαν αὐτὸν, καὶ οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο, καὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ τοῦτο τούτῳ συνεκρούοντο. » Εἰ δὲ δακτύλων γραφόντων θεωρία οὕτως ἐξεδειμάτωσε τὸν

VARIÆ LECTIONES.

[a] δέ. Des. in B. [b] B ἀνέκειτο. [c] περ. B γεγενημένους. [d] ἀστρ. A δάκτυλοι. [e] ὅλ. B ἁπάντων. [f] B αὐτῷ. [g] A et B συνετάρασσον. [h] τ. τ. συν. A συνεκροτοῦντο. [i] γρ. B præm. μόνων.

Digitized by Google

τὴν μεγίστην διέποντα βασιλείαν, ὡς καὶ τῶν ἄρθρων τὰς ἁρμονίας ὑπὸ τοῦ δέους διαλυθῆναι, τρόμον τε καὶ κλόνον[63] ὑπομεῖναι τὰ μέλη, τί οὐκ ἂν ὑπέμενεν ὁ θεομισὴς, πρηστῆρας ἢ κεραυνοὺς θεασάμενος, ἢ ἀγγέλους βλοσυρὸν βλέποντας, καὶ τῷ καινοπρεπεῖ τῶν σχημάτων δεδιττομένους. Τούτων γὰρ τὴν θέαν οὐδὲ ὁ μέγας Δανιὴλ ἀδεῶς ἐνεγκεῖν ἠδυνήθη. Ἀληθῶς, « Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; » Τοσούτου τοίνυν δέους ἀναπλησθεὶς,

A maximum administrabat regnum, ut etiam articulorum compages præ metu dissolverentur, et artus tremore occupati conciderentur : quid non sustinuisset Deo infestus, si presteras aut fulmina conspexisset, aut angelos torve intuentes, et novo figuræ habitu deterrentes ? Horum enim

1162 conspectum ne magnus quidem Daniel absque metu ferre potuit. Vere, « Quid superbit terra et cinis [1] ? » Tanto itaque terrore perculsus :

ζ'. « Ἐφώνησεν[64] ἐν ἰσχύϊ τοῦ εἰσαγαγεῖν μάγους, Χαλδαίους, Γαζαρηνούς[65]. » Ὁ γὰρ φόβος εἰργάζετο τὴν βοὴν, καὶ τῆς ψυχῆς ὁ θόρυβος μαθεῖν κατήπειγε τὴν ἀπόφασιν. Εἶτα προτίθησιν ἄθλον τῷ τὴν γραφὴν ἀναγινώσκοντι καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἐπάγοντι, ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ χρυσοῦν περιδέρραιον, καὶ τὸ τὴν[66] τρίτην τάξιν ἔχειν μετὰ τὸν βασιλέα. Ἀλλὰ τῶν μὲν μάγων καὶ Χαλδαίων τὸ ἄθεον ἐξηλέγχετο· εὑρεῖν γὰρ οὐκ ἴσχυον τὴν τῶν θείων γραμμάτων ἀνάγνωσιν, καὶ ταῦτα ἄθλου τοσούτου προκειμένου, καὶ λίαν αὐτοὺς προτρέποντος.

Verb. 7. « Exclamavit voce magna, ut introducerentur magi, Chaldæi, Gazareni. » Metus enim vocem excutiebat, et animi perturbatio stimulabat, ut sententiam intelligeret. Tum præmium Scripturam legenti ejusque interpretationem afB ferenti proponit, vestem regiam, et auream torquem, et ut tertium locum post regem obtineret. [8] Sed magorum et Chaldæorum convincebatur impietas, qui rationem invenire non poterant, qua divinas litteras legerent, præsertim tanto proposito præmio, quod ipsos valde incitabat.

θ'. « Ὁ δὲ βασιλεὺς Βαλτάσαρ ἐταράχθη, καὶ ἡ μορφὴ αὐτοῦ ἠλλοιώθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ συνεταράττοντο. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας προμηθούμενος ὁ Δεσπότης, οὐκ εὐθὺς τοῦ βασιλέως ἀφείλετο τὴν ζωήν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὑπέδειξε τοῦ γράφοντος τοὺς δακτύλους. Τούτῳ δὲ καταπλήξας καὶ δέος ἐντεθεικὼς, παρεσκεύασε μὲν κληθῆναι τοὺς σοφοὺς τῶν Χαλδαίων, ἐξήλεγξε δὲ αὐτῶν τὸ ψευδές τε καὶ ἀσθενὲς, ἐν χρείᾳ δὲ τῆς τοῦ Δανιὴλ σοφίας κατέστησεν, ἵνα διὰ τῆς τούτου γλώττης, καὶ τοῦτον ἐλέγξῃ, καὶ τοὺς ἄλλους εὐεργετήσῃ, καὶ τούτων οὕτω γενομένων, τηνικαῦτα τὴν τιμωρίαν ἐπαγάγῃ τῷ δυσσεβεῖ βασιλεῖ. Ταραττομένων τοίνυν καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν δαιτυμόνων,

Verb. 9. « Rex autem Baltasar perturbatus est, et forma ejus immutata est super eum, et optimates ipsius conturbabantur. » Hinc perspicuum est, Dominum, quia curæ illi erat aliorum utilitas, non statim regi vitam ademisse, sed primum scribentis digitos ostendisse. Quare cum ipsum regem perculisset, terroremque ei injecisset, effecit ut Chaldæorum sapientes accerserentur, quorum mendaciam coarguit et imbecillitatem, eoque adeC git (regem) ut sapientia Danielis opus haberet, cujus lingua et ipsum redargueret, et aliis benefaceret, et his ita gestis, tunc impio regi supplicium inferret. Perturbato itaque et rege, et convivis,

ι'. « Ἡ βασίλισσα κατέναντι[67] τῶν λόγων τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, εἰς τὸν οἶκον τοῦ πότου εἰσῆλθε[68]. » Τουτέστι, βουλευομένων αὐτῶν τί[69] πρακτέον, καὶ ἄλλων ἄλλα εἰσηγουμένων, ἃ τὸ δέος ἠνάγκαζεν, ἡ βασίλισσα εἰσελήλυθε. Δοκεῖ δέ μοι αὐτὴ[70] μήτηρ αὐτοῦ εἶναι· αἱ γὰρ παράκοιτοι σὺν ταῖς παλλακίσι τοῦ δείπνου μετεῖχον· ἔπινον γὰρ ἐν τοῖς σκεύεσι τοῖς χρυσοῖς καὶ ἀργυροῖς, αὐτὸς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράD κοιτοι αὐτοῦ, τουτέστιν, αἱ γαμεταὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ, αἱ οὐ κατὰ νόμον, ἀλλὰ δι' ἀκολασίαν συνοῦσαι. Αὐτὴ[70] δὲ μετὰ τὸν θόρυβον εἰσελήλυθε, καὶ εἰκὸς ἦν ὡς γεγηρακυῖαν τῆς μέθης ἐκείνης καὶ τῶν κορδακισμῶν, ἧγουν ὀρχησμῶν[71], τηνικαῦτα μὴ μετέχειν. « Καὶ ἀπεκρίθη, φησὶν, ἡ βασίλισσα, καὶ εἶπε· Βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι. » Τοῦτο δὲ, ὡς ἔοικε, πρόσρησις ἦν τοῖς τότε

Verb. 10. « Regina inter sermones regis, **1163** et optimatum ejus, in domum convivii ingressa est. » Hoc est, consultantibus ipsis, quidnam facto opus esset, et aliis alia afferentibus quæ metus cogebat, regina ingressa est. Videtur autem hæc mihi mater ipsius esse : uxores enim cum [4] pellicibus convivii participes erant. Bibebant enim ex vasis aureis et argenteis ipse et D optimates ejus, et concubinæ ipsius, hoc est, uxores ejus, et pellices ejus, quæ non legitime, sed lasciviæ causa cum illo consueverant. Ipsa autem post perturbationem ingressa est : et verisimile erat, eam, ut senio confectam, neque ebrietati, neque lusibus, aut saltationibus cum aliis tunc indulsisse. « Et respondit, inquit, regina, et dixit : Rex, in sæcula vive. » Hæc autem, ut videtur, erat præfatio, qua subjecti regibus eos

[1] Eccli. x, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[63] B κλόνον τε καὶ τρόμον. [64] A Καὶ ἐβόησεν ὁ βασιλεὺς ἐν ἰσχύϊ. [65] A Ζαγαρηνούς, ex errore librarii. [66] τήν. Des. in B. [67] κατ. — αὐτοῦ. Des. apud LXX, et in A, exstat autem in textu Chald. [68] A εἰσελήλυθεν. [69] B τό. [70] B αὕτη. [71] ἧγ. ὀρχ. in B des.

Digitized by Google

tunc salutabant. Et ad hoc usque tempus hic mos invaluit : quidam enim imperiti, reges eos qui nunc sunt *æternos* vocare consueverunt, in syngraphis quoque commerciorum hoc quidam ascribunt, stultitiæ magis quam impietatis damnandi. Ait itaque regina : « Ne conturbent te cogitationes tuæ, et forma tua non immutetur. » Deinde causam affert, cur metum abjiciat :

VERS. 11. « Est adhuc vir, inquit, in regno tuo, in quo Spiritus sanctus est, et in diebus patris tui vigilantia et intelligentia inventa est in eo. » Hinc etiam dicere licet, pro matre illius hanc potius haberi : **1164** idcirco et ea quæ pridem gesta fuerant, ut ignarum, docet, et beatum ei Danielem indicat, quem divino Spiritu plenum esse confitetur, et iisdem verbis, quibus olim Nabuchodonosor, usa est. Eadem enim ille quoque de Daniele dixit addiditque : « Et in diebus patris tui vigilantia et intelligentia inventæ sunt in eo. » Et *vigilantiam* vocavit animi sobrietatem, *intelligentiam* vero occultorum cognitionem, et eorum quæ multos laterent, contemplationem. « Et rex, inquit, pater tuus Nabuchodonosor, principem incantatorum, magorum, Chaldæorum, Gazarenorum constituit ipsum. » Tum etiam causam adjicit :

VERS. 12. « Quia spiritus excellens in ipso. » Hoc est, excellentem habet Spiritus gratiam. Tum spiritualis virtutis species connumerat. « Et prudentia, inquit, et intelligentia interpretans somnia, et annuntians quæ nimis ardua sunt, et solvens colligationes, Daniel. » Hic enim divini Spiritus vas effectus, sapienter omnia consulit, et prudenter omnia loquitur, et somniorum ægnimata declarat, et ea quæ obscuritate aliqua occulta sunt, ab obscuritate vindicat, et veluti subligacula quædam et sigilla, et quasi ea quæ in penu custodiuntur, a vinculis liberans, solvit et aperit, et ad ipsa quicunque velint introducit. Hoc enim significat : « Annuntians occulta, et solvens colligationes, Daniel. » Et hac de causa, « Rex, inquit, imposuit ei nomen Baltasar. » **1165** Quia enim vidit ipsum divina virtute illuminatum, Dei sui nomine eum appellandum esse censuit. « Nunc igitur vocetur Daniel, et interpretationem ejus annuntiabit tibi. » Neque dicit, Vocetur Baltasar : cum enim experientia edocti cognovissent prophetæ virtutem, antéponunt Chaldææ Hebræam appellationem : qua de causa deinceps ipsum nominant Danielem.

VERS. 13. « Tunc enim, inquit, Daniel ingressus

βασιλεῦσιν ὑπὸ τῶν ἀρχομένων προσφερομένη. Καὶ μέχρι δὲ νῦν τὸ ἔθος τοῦτο κεκράτηκεν· αἰωνίους γὰρ καλεῖν τινες τῶν ἀνοήτων καὶ τοὺς νῦν βασιλεῖς εἰώθασι, καὶ ἐν ταῖς συγγραφαῖς δὲ τῶν συμβολαίων τοῦτό τινες προσγράφουσιν, ἀμαθίᾳ μᾶλλον ἢ ἀσεβείᾳ δουλεύοντες. Φησὶ τοίνυν ἡ βασίλισσα· « Μὴ ταραττέτωσάν σε οἱ λογισμοί σου, καὶ ἡ μορφή[72] σου μὴ ἀλλοιούσθω. » Εἶτα τὴν αἰτίαν ἐπάγει, δι' ἣν ἐκβάλλει τὸ δέος·

ια'. « Ἔστιν ἔτι[73], φησὶν, ἀνὴρ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν ᾧ Πνεῦμα Θεοῦ[74] ἅγιον ἐν αὐτῷ[75], καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου γρηγόρησις[76] καὶ σύνεσις εὑρέθη ἐν αὐτῷ. » Ἔστι δὲ καὶ ἐντεῦθεν κατανοῆσαι, ὡς μήτηρ αὐτοῦ μᾶλλόν[77] ἐστιν αὕτη· διὸ καὶ τὰ πάλαι γεγενημένα ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκει, καὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ δῆλον αὐτῷ ποιεῖ, καὶ θείου Πνεύματος ἀνάπλεων εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ αὐτοῖς τοῖς τοῦ Ναβουχοδονόσορ κέχρηται λόγοις. Ταυτὰ γὰρ κἀκεῖνος ἔφη περὶ τοῦ Δανιὴλ, προστέθεικε δὲ, ὅτι « Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου γρηγόρησις[78] καὶ σύνεσις εὑρέθη ἐν αὐτῷ. » *Γρηγόρησιν* δὲ ἐκάλεσε τὴν τῆς ψυχῆς νῆψιν καὶ *τὴν σύνεσιν*[79], τῶν κεκρυμμένων τὴν κατανόησιν, καὶ τῶν τοὺς πολλοὺς λανθανόντων τὴν θεωρίαν. « Καὶ ὁ βασιλεὺς, φησὶ, Ναβουχοδονόσορ ὁ πατήρ σου ἄρχοντα ἐπαοιδῶν, μάγων, Χαλδαίων, Γαζαρηνῶν κατέστησεν αὐτόν. » Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν·

ιβ'. « Ὅτι πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ. » Ἀντὶ τοῦ, Ὑπερβάλλουσαν ἔχει τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Ἔπειτα καταλέγει τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας τὰ εἴδη. « Καὶ φρόνησις, φησὶ, καὶ σύνεσις, συγκρίνων ἐνύπνια, καὶ ἀναγγέλλων κρατούμενα[80], καὶ λύων συνδέσμους, Δανιήλ. » Οὗτος[81] γὰρ θείου Πνεύματος δοχεῖον γενόμενος, σοφῶς[82] μὲν ἅπαντα βουλεύεται, συνετῶς δὲ ἅπαντα φθέγγεται· τὰ δὲ τῶν ἐνυπνίων αἰνίγματα δῆλα ποιεῖ, καὶ τὰ ἀσαφῆ τινὶ κεκρυμμένα τῆς ἀσαφίας ἐλευθεροῖ, καὶ οἷον ὑποδέσμους τινὰς ὄντα[83] καὶ σήμαντρα, καὶ ὡς ἐν ταμιείοις φρουρούμενα τῶν δεσμῶν ἀπαλλάττων, διαλύει τε καὶ ἀνοίγνυσι, καὶ εἴσω τούτων τοὺς βουλομένους ποιεῖ· τοῦτο γὰρ σημαίνει τό· « Ἀναγγέλλων κρατούμενα καὶ λύων συνδέσμους, Δανιήλ. » Τούτου, φησὶ, χάριν « Ὁ βασιλεὺς ἐπέθηκεν αὐτῷ ὄνομα Βαλτάσαρ. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν ὑπὸ θείας φωτιζόμενον ἐνεργείας, τῆς τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ προσηγορίας ἠξίωσε. « Νῦν οὖν κληθήτω Δανιὴλ, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ ἀναγγελεῖ[84] σοι. » Καὶ οὐ λέγει, Κληθήτω Βαλτάσαρ· τῇ γὰρ πείρᾳ μεμαθηκότες τοῦ προφήτου τὴν δύναμιν, προτιμῶσι τῆς Χαλδαΐας τὴν Ἑβραΐαν προσηγορίαν· οὗ χάριν ἐφεξῆς λοιπὸν αὐτὸν[85] Δανιὴλ ὀνομάζουσι.

ιγ'. « Τότε γὰρ, φησὶ, Δανιὴλ εἰσῆλθεν[86] ἐνώπιον

VARIÆ LECTIONES.

[72] μορφή. B adscriptam habet lectionem *καρδία*. [73] Ἔτι. Des. in A et B. [74] Θεοῦ. Ex A et B suppl. [75] ἅγια αὐτῷ. Des. in A. [76] B ἐγρήγορσις. [77] μᾶλλ. Des. in B. [78] B ἐγρήγορσις, et deinde, ἐγρήγορσιν. [79] τ. σύν. Des. in B. [80] κρ. Ita A et B sed præstat lectio ed. Compl. κρυπτόμενα. [81] Οὗτ. B τοῦ. [82] B σοφός. [83] ὄντα. Ita cum B legimus. Sirm. ὄντας. [84] B ἀπαγγελεῖ. [85] αὐτ. In B post Δανιὴλ ponitur. [86] A εἰσήχθη.

Digitized by Google

τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιὴλ· Σὺ εἶ Δανιὴλ ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας[87]; » Ἔοικεν οὗτος ὑπὸ πολλῆς δυσσεβείας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὴν τοῦ Δανιὴλ συνουσίαν φυγών· διὸ παραυτίκα τῷ δέει καταπλαγείς, τοὺς μὲν μάγους καὶ τοὺς Χαλδαίους καλεῖ, τοῦ δὲ προφήτου καὶ τὴν μνήμην τῆς διανοίας ἐξέβαλεν. Ἐπειδὴ δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ[88] ἀνέμνησε τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς γεγενημένων θαυμάτων, καὶ κληθεὶς εἰσῆλθεν ὁ Δανιὴλ, ἐπέγνω μὲν αὐτὸν παραυτίκα· οὐ γὰρ ἂν, εἴπερ ἠγνόησε, τοῦ γένους ἀνέμνησε, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς Ἰουδαίας εἰς μέσον παρήγαγεν. Πυνθάνεται δὲ ὅμως, καί φησι· « Σὺ εἶ Δανιὴλ ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας; » Καὶ μηδέπω συνομολογήσαντος ἐκείνου·

A est in conspectu regis, et dixit rex Danieli: An tu es Daniel de filiis captivitatis Judææ? » Videtur iste ob magnam impietatem post patris obitum Danielis consuetudinem fugisse: quare statim terrore perculsus magos quidem et Chaldæos vocat, prophetæ autem memoriam prorsus animo ejecerat. Verum ubi ipsius mater ea commemoravit miracula, quæ patris illius tempore facta fuerant, et accersitus Daniel ingressus est, statim ipsum agnovit: neque enim, si non agnovisset, generis illius mentionem fecisset, et Judææ captivitatem in medium protulisset. Attamen percontatur, et ait: « An tu es Daniel de filiis captivitatis Judææ? » Cumque ille nondum hoc confessus esset:

ιδ'. « Ἤκουσα, φησὶ, περὶ σοῦ, ὅτι Πνεῦμα ἅγιον[89] ἐν σοὶ, καὶ γρηγόρησις[90], καὶ σύνεσις, καὶ σοφία περισσὴ εὑρέθη ἐν σοί. » Ἁρμόττει καὶ περὶ τούτου λέγεσθαι, ὃ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἔλεγεν ὁ Προφήτης· « Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν. » Ἰδοὺ γὰρ καὶ τοῦτον τὸ τῆς θείας δυνάμεως κατηνάγκασε δέος, τὸν ὄντα Θεὸν ἀντὶ τῶν οὐκ ὄντων ὀνομάζειν Θεὸν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν χάριν ὑμνεῖν, καὶ κατηγορεῖν μὲν τῶν σοφῶν Βαβυλῶνος, ὡς τὴν θείαν οὐ δυνηθέντων γνῶναι γραφὴν[91], παρακαλεῖν[92] δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ προφήτην δῆλα ποιῆσαι τὰ ἀγνοούμενα. Ὑπισχνεῖται δὲ αὐτῷ καὶ τὴν πορφυρίδα δώσειν, καὶ τὸν μανιάκην, καὶ τρίτην[93] τάξιν τῆς βασιλείας. Ἀλλ' ὁ μακάριος Δανιὴλ, γελάσας τοῦ δυσσεβοῦς τὰς βασιλικὰς ὑποσχέσεις, εἶπεν αὐτῷ· « Τὰ δόματά σου σοὶ ἔστω, καὶ τὴν δωρεὰν τῆς οἰκίας σου ἑτέρῳ δός· ἐγὼ δὲ γραφὴν[94] ἀναγνώσομαι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν σύγκρισιν γνωρίσω[95] σοὶ, βασιλεῦ. » Ἀποστολικὴ τῷ ὄντι τῶν προφητῶν[96] ἡ φωνή. Καὶ γὰρ ἐκείνους ὁ Κύριος κήρυκας ἀποστέλλων πᾶσιν ἀνθρώποις, παρεκελεύσατο[97], λέγων· « Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. » Καὶ ὁ μακάριος οὗτος προφήτης ἔλεγε τῷ βασιλεῖ· « Τὰ δόματά σου σοὶ ἔστω, καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ οἴκου σου ἑτέρῳ δός· ἐγὼ δὲ τὴν γραφὴν ἀναγνώσομαι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν σύγκρισιν γνωρίσω[98] σοι, βασιλεῦ. » Οὐ γὰρ ἔμαθον χρὰ θεῖα πωλεῖν, οὐδὲ μισθὸν ἀνθρώπινον ὑπὲρ τῶν θείων μυστηρίων λαμβάνειν· προῖκα τοίνυν δέχου τῶν ἀγνοουμένων τὴν γνῶσιν.

B Vers. 14. « Audivi, inquit, de te, Spiritum sanctum in te esse, et vigilantiam, et intelligentiam, et sapientiam excellentiorem inventam esse in te. » Illud de hoc quoque dici congruenter potest, quod de Israele dicebat Propheta: « Cum occideret eos, tunc quærebant eum[u]. » [15,16] Ecce enim istum quoque divinæ sententiæ metus coegit, Deum qui vere est, **1166** pro iis qui non sunt dii, Deum appellare, et sancti Spiritus gratiam celebrare, et Babylonis quidem sapientes accusare, qui divinam scripturam agnoscere nequiverint, hortari vero Dei prophetam, ut ea quæ ignorabat indicaret. Ipse autem pollicetur purpuream se vestem largiturum, et torquem, et tertium in regno locum. [17] Sed beatus Daniel, irrisis impii regis pollicitationibus, dixit ei: « Dona tua tibi sint, et munus domus tuæ alteri da: ego autem scripturam legam regi, et interpretationem indicabo tibi, rex. » Apostolica revera prophetarum vox est. Etenim illos Dominus præcones mittens ad omnes homines ita hortatus est: « Gratis accepistis, gratis date[v]. » Et beatus hic propheta regi dixit: « Dona tua tibi sint, et munus domus tuæ alteri da: ego autem scripturam legam regi, et interpretationem indicabo tibi, rex. » Neque enim divina vendere didici, neque humanam mercedem pro divinis mysteriis accipere. Gratis itaque accipe eorum quæ tu ignoras, cognitionem.

C

ιε', ιθ'. « Ὁ Θεὸς, φησὶν, ὁ ὕψιστος, τὴν βασιλείαν καὶ τὴν μεγαλωσύνην, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν ἔδωκε Ναβουχοδονόσορ, τῷ πατρί σου. Καὶ ἀπὸ τῆς μεγαλωσύνης, ἧς ἔδωκεν αὐτῷ, πάντες λαοὶ[99], καὶ[1] φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι ἦσαν τρέμοντες αὐτὸν[2], καὶ φοβούμενοι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. » Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι τῇ οἰκείᾳ ῥώμῃ χρησάμενος ὁ σὸς πατὴρ ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ὑπέταξε, καὶ τὰ

D Vers. 18,19. « Deus, inquit, altissimus, regnum et magnificentiam, et honorem et gloriam dedit Nabuchodonosori patri tuo. Et propter magnificentiam, quam dedit ei, omnes populi, et tribus, et linguæ tremebant, et metuebant a facie ejus. » Ne existimaveris, inquit, propriis viribus parentem **1167** tuum omnem terrarum orbem subegisse, et infinita nationum genera diversis linguis utentia

[u] Psal. LXXVII, 34. [v] Matth. x, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[87] Ἰουδ. Des. reliqua vers. 13. [88] B αὐτόν. [89] ἅγ. A Θεοῦ. [90] B ἐγρήγορσις. [91] B γραφὴν εὑρεῖν. [92] B παρακαλεῖ. [93] τρ. B præm. τήν. [94] γρ. B præm. τήν. [95] B γνωριῶ. [96] τοῦ προφήτου. [97] B παρακελεύεται. [98] B γνωριῶ. [99] λαοί. A præm. οἱ. [1] καί. Des. in A et B h. l. et post pauca. [2] αὐτ. Des. in A.

Digitized by Google

sub eum redegisse imperium. Nam omnium rerum Dominus, qui omnia fecit, sapienter omnia moderans, hoc ei regnum dedit, et propterea quod ita a Deo definitum et decretum erat, parentis tui metus subjectos illi populos invadebat. « Et quos volebat, ipse extollebat, et quos volebat, ipse humiles faciebat. » Tantam, inquit, a Deo potestatem accepit, ut posset et eos qui in altissimo gradu positi erant, humiles reddere, et eos qui admodum obscuri essent et viles, illustres efficere.

VERS. 20. « Et quando elatum est cor ejus, et spiritus ejus corroboratus est, ut superbiret, dejectus est a throno regni sui. » Quemadmodum enim « quos volebat, inquit, ipse extollebat, et quos volebat, humiles reddebat, » non justo omnino id suffragio faciens : ita omnium rex et Dominus dedit, ut voluit, patri tuo regnum : sed cum vidisset ipsum animo immodice elatum, superbiaque inflatum arroganter et insolenter regnum administrare, et ipsius superbiæ morbo laborare, et regiis thronis eum spoliavit, et honorem, qui ab omnibus ei habebatur, ademit. [21] Neque vero solo regno spoliavit, sed etiam a communibus hominum cœtibus expulit, et dementia ac rabie correptum cum onagris ac bestiis degere coegit. Quorum **1168** enim feritatem imitatus fuerat, eorum vitæ genus accepit. Commemorat autem ipsum herbam more boum comedisse," nudumque vagatum esse, ac sub dio miserum degentem, pristinum corporis colorem amisisse, aliumque induisse, qualem gelu et æstus attulerat. Et hoc omne, inquit, sustinuit, « Donec agnovit Altissimum dominium habere in regnum hominum, et cui visum fuerit, tradere illud. » Verum ille experientia quid opus facto esset didicit, et ipsis rebus edoctus est, humanis in rebus stabile nihil esse, omnium vero Deum sempiterna potentia perinde ac velit humana gubernare, et quibuscunque voluerit, regni munus largiri.

VERS. 22. « Tu autem, inquit, filius ejus Baltasar, non submisisti cor tuum in conspectu Dei, nonne hæc omnia noras? » Parentis enim tui infortuniis haudquaquam resipuisti, neque ex iis, quæ ille perpessus est, discere voluisti divinam potentiam.

VERS. 23. « Sed contra Dominum cœli exaltatus es. » Recte docet præsentes, ne ea quæ conspiciuntur, sed ipsorum Opificem ac Dominum, adorent : et simul regis reprehendit fastum, docetque maximum cœlum opificem habere Deum, qui oculis cerni nequeat. Tu autem, inquit, celsius ostendisti

μυρία τῶν ἐθνῶν γένη γλώσσαις χρώμενα διαφόροις ὑπὸ μίαν ἐποιήσατο βασιλείαν. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Δεσπότης, τῶν ἁπάντων Ποιητὴς[3], ὁ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, αὐτῷ[4] δέδωκε τὴν βασιλείαν, καὶ διὰ τὸν θεῖον ὅρον ὁ τοῦ πατρός σου φόβος τοῖς ὑπηκόοις ἐπέκειτο. « Καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς[5] ὕψου, καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ἐταπείνου. » Τοσαύτην, φησὶν[6], ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐξουσίαν, ὡς δύνασθαι καὶ τοὺς ἐν ὕψει ὄντας ταπεινοὺς ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς ἀφανεῖς λίαν καὶ εὐτελεῖς περιβλέπτους ποιεῖν.

κ'. « Καὶ ὅτε ὑψώθη ἡ καρδία[7] αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐκραταιώθη τοῦ ὑπερηφανεύσασθαι[8], κατηνέχθη ἀπὸ θρόνου[9] τῆς βασιλείας αὐτοῦ[10]. » Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, « αὐτὸς οὓς ἐβούλετο[11] ὕψου, καὶ οὓς ἐβούλετο ἐταπείνου, » οὐ ψήφῳ πάντως δικαίᾳ ταῦτα ποιῶν· οὕτως ὁ τῶν ἁπάντων Βασιλεὺς καὶ Δεσπότης ἔδωκε μὲν ὡς ἠθέλησε, τῷ πατρί σου τὴν βασιλείαν[12], θεασάμενος δὲ αὐτὸν ἀμέτρῳ φρονήματι κεχρημένον, ἀλαζονικῶς τε καὶ τετυφωμένως τὴν βασιλείαν ἰθύνοντα, καὶ τῆς ὑπερηφανίας τὴν νόσον δεξάμενον, καὶ τῶν βασιλικῶν αὐτὸν ἐστέρησε θρόνων, καὶ τὴν παρὰ πάντων αὐτῷ προσφερομένην τιμὴν ἀφείλετο[13]. Οὐ μόνης[14] δὲ αὐτὸν τῆς βασιλείας ἐγύμνωσε, ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν συλλόγων ἐξήλασε, καὶ φρενοβλαβείᾳ καὶ λύττῃ παραδοὺς, ὄνοις ἀγρίοις καὶ θηρίοις συνδιάγειν παρεσκεύασεν. Ὧν γὰρ τὸ ἄγριον ἐμιμήσατο, τούτων τὸν βίον ἐδέξατο. Ἀναμιμνήσκει δὲ αὐτὸν, ὅτι καὶ πόαν ἤσθιεν δίκην βοῶν, καὶ γυμνὸς περινοστῶν, καὶ ὑπαίθριος ταλαιπωρῶν, τὴν μὲν προτέραν τοῦ σώματος ἀπέβαλε χρόαν, ἑτέραν δὲ εἰσεδέξατο, ἣν ὁ κρυμός τε καὶ ὁ φλογμὸς ἀπειργάσατο. Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶν, ὑπέμεινεν, « Ἕως οὗ ἔγνω, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος[15] τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ δίδωσιν[16] αὐτήν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τῇ πείρᾳ τὸ δέον μεμάθηκε, καὶ δι' αὐτῶν ἐδιδάχθη τῶν πραγμάτων, ὡς τῶν μὲν ἀνθρωπίνων βέβαιον οὐδὲν, ὁ δὲ τῶν ἁπάντων Θεὸς, αἰώνιον ἔχων τὸ κράτος, ὡς θέλει κυβερνᾷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ οἷς ἂν[17] ἐθελήσῃ τῆς βασιλείας ὀρέγει τὴν ὠρεάν.

κβ'. « Σὺ δὲ, φησὶν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Βαλτάσαρ, οὐκ ἐταπείνωσας τὴν καρδίαν σου κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐ ταῦτα[18] πάντα ἔγνως; » Τοῖς γὰρ τοῦ σοῦ πατρὸς οὐκ ἐσωφρονίσθης κακοῖς, οὐδὲ μανθάνειν[19] ἠθέλησας ἐξ ὧν ἐκεῖνος πέπονθεν, τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν.

κγ'. « Ἀλλ' ἐπὶ τὸν Κύριον τοῦ[20] οὐρανοῦ ὑψώθης. » Καλῶς διδάσκει τοὺς παρόντας, μὴ προσκυνεῖν τὰ ὁρώμενα, ἀλλὰ τὸν τούτων Δημιουργὸν καὶ Δεσπότην· καὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ τοῦ βασιλέως διελέγχει[21] τὸν τύφον, καὶ διδάσκει, ὡς ὁ μέγιστος οὐρανὸς δημιουργὸν ἔχει τὸν ἀόρατον Θεόν. Σὺ δὲ, φησὶν, ὑψηλο-

VARIÆ LECTIONES.

[3] ποιητ. B præm. ὁ. [4] αὐτ. B præm. ταύτην. [5] αὐτ. A et B præm. φησὶν, αὐτὸς ἀνήρει, καὶ οὓς ἐβούλετο. (A addit αὐτὸς ἔτυπτε, καὶ οὓς ἐβούλετο.) [6] φησ. In B post ἔλαβε ponitur. [7] καρδ. B βασιλεία. [8] A ὑπερηφανεύεσθαι. [9] θρ. B præm. τοῦ. [10] αὐτ. A præm. καὶ ἡ τιμὴ ἁρπρέθη ἀπ'. [11] B οὓς αὐτὸς ἠβούλετο. [12] βασ. B ἐξουσίαν. [13] ἀφ. In B ponitur ante τιμήν. [14] B μόνον. [15] ὁ ὕψ. A præm. ὁ Θεός. [16] A et B δώσει. [17] B ἐάν. [18] B οὐ τά. [19] B μαθεῖν. [20] τοῦ. B præm. τὸν Θεόν. [21] B διελέγχει τοῦ βασιλέως.

Digitized by Google

τέραν ἀπέφηνας τὴν καρδίαν σου, οὐ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦ Κυρίου πάσης κτίσεως[21]. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοσοῦτον[22] τύφον ἐνόσησας, τὰ σκεύη τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἐνεχθῆναι προσέταξας[23]. « Καὶ σὺ καὶ οἱ μεγιστᾶνές σου, καὶ αἱ παράκοιτοί σου, καὶ αἱ παλλακαί σου ἐπίνετε οἶνον[24] ἐν αὐτοῖς· » τουτέστιν, εἰς οἰνοφλυγίαν καὶ μέθην ἀπεχρήσω τοῖς τῷ Θεῷ ἀνακειμένοις[25] σκεύεσιν. Εἶτα τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολὴν τραγῳδῶν, « Καὶ τοὺς θεοὺς, φησὶ, τοὺς χρυσοῦς, καὶ ἀργυροῦς, καὶ χαλκοῦς, καὶ σιδηροῦς, καὶ ξυλίνους, καὶ λιθίνους ᾔνεσας. » Καὶ ἐπιμένων τῇ κωμῳδίᾳ· « Οἳ[27] οὐ βλέπουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσι, καὶ οὐ γινώσκουσι. » Καὶ μὴν ἠδύνασαι[28] συνιδεῖν τὸ ἐκείνων ἀδρανὲς, ἔκ τε τῆς ὕλης, καὶ ἐκ τῆς ἐπικειμένης αὐτῇ τέχνης, καὶ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς τῶν μορίων ἀναισθησίας· γνώσεως γὰρ, καὶ ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἐστέρηνται, καὶ τῶν αἰσθήσεων οὐδὲ τὴν μίαν ἐνέργειαν ἔσχον[29], ἀλλὰ μόνα γυμνὰ τὰ ἐνδάλματα. Σὲ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἔπεισε συνιδεῖν τὸ δέον, ἀλλὰ τοὺς μὲν θεοὺς[30] ὠφελεῖν μὴ δυναμένους αἰνῶν διατελεῖς[31]. « Τὸν δὲ Θεὸν, οὗ ἡ πνοή σου ἐν τῇ[32] χειρὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου, αὐτὸν οὐκ ἐδόξασας. » Καλῶς δὲ, καὶ μάλα σοφῶς ἐκ παραλλήλου τεθεικὼς τά τε εἴδωλα καὶ τὸν τῶν ἁπάντων Θεὸν, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ὠφέλειαν, καὶ δείξας ἐκεῖνα μήτε βλέποντα μήτε ἀκούοντα, οὐκ ἐπῆγαγε περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὅτι βλέπει, καὶ ἀκούει, καὶ γινώσκει, ἀλλὰ τὸ μεῖζον ἁπάντων[33] τέθεικεν, ὅτι « Ἡ ζωή σου καὶ αἱ ὁδοί σου ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· » μεῖζον γάρ ἐστι τοῦ ζῆν τὸ καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχειν ζωὴν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι πάλιν αὐτὴν ὅταν θέλῃ. Ἔδειξε τοίνυν, ὅτι τὰ μὲν εἴδωλα καὶ ζωῆς καὶ αἰσθήσεως ἁπάσης ἐστέρηνται· ὁ δὲ τῶν ὅλων Δεσπότης Θεὸς[34] πάσης τῆς ζωῆς ἐστι χορηγὸς, καὶ ταύτην δίδωσί τε καὶ λαμβάνει, κυβερνῶν ὡς θέλει. Ἀλλ' ὅμως, φησὶ, τοῦτον τὸν τοιοῦτον, τὸν τοσοῦτον, τὸν τῆς[35] ζωῆς καὶ τελευτῆς ἐξουσίαν ἔχοντα, τὸν βασιλέας χειροτονοῦντα καὶ καταλύοντα, τοῦτον οὐ μόνον οὐχ ὑμνήσας[36], μᾶλλον δὲ καὶ ἐμπαροινῶν διατελεῖς[37], τοῖς ἀφορισθεῖσιν αὐτῷ σκεύεσιν ἐντρυφῶν.

κδ'. « Διὰ τοῦτο ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἀπεστάλη ἀστράγαλος χειρὸς, καὶ τὴν γραφὴν ταύτην ἐνέταξεν. » Καὶ οὐκ εἶπεν, Αὐτὸς γέγραφεν, ἀλλ', « Ἀπεστάλη ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἀστράγαλος χειρός· » τουτέστι, γραφῆναι προσέταξε, καὶ οὐδὲ ὅλον ἔδειξέ σοι τὸν γράψαντα, ἀλλ' ἐξελέγξαι[38] σου τὸν τύφον ἐθελήσας, μόνοις σε δακτύλοις ἐξέπληξε[39], καὶ τοσούτου δέους ἐνέπλησε. Μάθε δὲ, φησὶ, καὶ αὐτὴν τὴν γραφὴν, καὶ τῆς[40] γραφῆς ἑρμηνείαν.

κε', κς'. « Ἡ μὲν οὖν γραφή ἐστιν αὕτη[41]· Μανὴ[42], Θεκὲλ, Φαρές· τὸ δὲ σύγκριμα τοῦ ῥήματος τοῦτο[43]. »

cor tuum, non cœlo, sed Deo cœli, omnis creaturæ Domino. Neque enim vasa domus ejus, nisi tanto fastu elatus esses, tibi afferri præcepisses « Et tu, et optimates tui, et **1169** uxores tuæ, et concubinæ tuæ, bibistis vinum ex ipsis. » Hoc est, ad vinolentiam et ebrietatem Deo dicatis vasis usus es. Deinde impietatis exsuperantiam deplorans : « Et deos, inquit, aureos, et argenteos, et æreos, et ferreos, ligneosque et lapideos laudasti. » Et commorans in reprehensione, ait : « Qui non vident, et non audiunt, et non cognoscunt. » Atqui potuisti illorum imbecillitatem, tum ex materia, tum ex arte, quæ ad illam fingendam incubuit, cognoscere, et præterea ex partibus omni sensu carentibus : siquidem cognitione, visu et auditu orbatæ sunt, et sensuum nullam omnino efficaciam habent, verum nuda tantum sunt simulacra. Tu vero ne ita quidem adduci potuisti, ut quid deceret intelligeres; imo deos, qui nihil prodesse queunt, laudare non desinis. « Deum vero, in cujus manu spiritus tuus, et omnes viæ tuæ, ipsum non glorificasti. » Recte autem et sapientissime, cum comparasset idola cum omnium auctore Deo, propter audientium utilitatem, ostendissetque illa neque videre, neque audire, non adjecit de ipso omnium rerum auctore Deo, illum et videre, et audire, et cognoscere, sed quod omnium maximum est, addidit, « quia vita tua et viæ tuæ in manu ejus. » Id enim vita majus est, aliis etiam vitam præbere, et rursus ipsam pro lubitu adimere. Ostendit igitur idola et vita et omni sensu carere : sed omnium rerum Dominum **1170** Deum esse, qui vitam omnibus subministret, eamque et largiatur, et adimat, pro lubitu gubernans. Attamen hunc, inquit, talem ac tantum, cui vitæ necisque potestas est, reges eligentem, eosdemque regno abdicantem, hunc, inquam, non solum celebrare omittis, sed potius ludibrio habere perseveras, dedicatis ipsi vasis insultans.

Vers. 24. « Idcirco a facie ejus missus est articulus manus, et scripturam hanc ordinavit. » Neque dixit : Ipse scripsit, sed, « Missus est a facie ejus articulus manus; » hoc est, scribi jussit : neque eum totum qui scripsit, ostendit tibi, verum, cum tuum redarguere fastum vellet, solis te digitis perculit, ac tanto metu complevit. Disce autem, inquit, et ipsam scripturam, et scripturæ interpretationem.

Vers. 25, 26. « Scriptura igitur est hæc : Mane, Thecel, Phares; et interpretatio verbi hæc est. »

VARIÆ LECTIONES.

[22] κτ. B præm. τῆς. [23] τοσ. B præm. τοῦτο. [24] B προστάξας. [25] A παλλακαί σου, καὶ αἱ παράκοιτοί σου οἶνον ἐπίνετε. [26] B ἀφιερωμένοις. [27] Οἳ — γινώσκ. In A hæc ponuntur ante ᾔνεσας. [28] B ἠδύνατο. [29] B οὐ τὴν ἐνέργειαν εἶχον. [30] θεούς. Des. in B. [31] B διετέλεις. [32] τῇ. Des. in A et B. [33] B πάντων. [34] Θεός. Des. in B. [35] τῆς. Des. ibid. [36] Edit. prior hab. οὐχ ὕμνησας μόνον. [37] B διετέλεις. [38] B ἐλέγξαι. [39] B κατέπληξε. [40] τῆς. B præm. τήν. [41] A Καὶ αὕτη ἡ γραφὴ ἡ ἐντεταγμένη. [42] A Μάνη. [43] A τοῦτο τὸ σύγκριμα τοῦ ῥήματος.

Digitized by Google

Σύγκριμα interpretationem vocat. « Μανὴ, mensus est Deus regnum tuum, et complevit illud; » hoc est, novit te regno indignum, et ipso te spoliandum censuit.

VERS. 27. « Θεκὲλ, appensum est in statera, et inventum est minus habens. » Docuit autem per hæc non illum solum, sed nosipsos etiam, prophetæ, nihil esse quod apud Deum non ponderetur; quin etiam misericordiam ac longanimitatem mensura quadam et pondere hominibus adhiberi. Quando itaque transgressus es, inquit, clementiæ fines, accipe divinam sententiam.

VERS. 28. « Φαρὲς, **1171** divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis. » Illud inquirendum est, cur auctor omnium rerum Deus castigatum Nabuchodonosorem rursus in regnum reduxerit, istum vero statim et regno privarit, et vita. Considerantes itaque comperimus, primum, quia Nabuchodonosor alterum impietatis pœnas inuentem non conspexerat, idcirco cum venia dignum justo Dei judicio existimatum esse: sed iste summum patris supplicium conspicatus, nihil inde percepit utilitatis. Jure itaque justus judex illi definito tempore supplicium præscripsit, istum autem nulla venia dignum censuit. Alioquin et omnia futura prævidens Deus, et æque aperte ea cognoscens, ac præterita, prænognita illius pœnitentia, ita quæ ad eum pertinebant moderatus est: istius autem prænognoscens perpetuam impietatem, morte occurrit impietatis incremento. [29] Statimque auditis iis, quæ Daniel interpretatus fuerat, Baltasar jussit illum propositum præmium accipere, purpuream vestem et torquem auream: deinde, cum illum ita ornasset, subjectos sibi populos præconis voce curavit edocendos, ipsum tertium regni principem a se esse declaratum. Verum nihil horum divinam sententiam mutavit.

VERS. 30. « Eadem enim nocte, inquit, interfectus est Baltasar rex Chaldæus. » *Chaldæum* ipsum hoc loco appellavit, ut ostenderet Chaldaici demum regni finem. Revera « Horrendum est incidere in manus Dei viventis, » secundum divum Apostolum [x]; **1172** horrendum, « divitias bonitatis illius, et patientiæ, et longanimitatis contemnere [y], » et non adorare et colere pro viribus. Quis enim durus effectus, ut ait propheta, coram Domino stetit? Idcirco beatus quoque David præcipit: « Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione [z]. » Quod interpretans beatus Paulus hortatur: « Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis,

A *Σύγκριμα*[44] δὲ τὴν ἑρμηνείαν καλεῖ. « *Μανὴ* ἐμέτρησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐπλήρωσεν αὐτήν· » τουτέστιν, εἶδέ σε τῆς βασιλείας ἀνάξιον, καὶ ταύτης γυμνὸν[45] ἐδοκίμασεν ἀποῆναι.

κζ'. « *Θεκέλ* · ἐστάθη ἐν ζυγῷ, καὶ ηὑρέθη ὑστεροῦσα. » Ἐδίδαξε δὲ οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς διὰ τούτων[46] ὁ προφήτης, ὡς οὐδὲν ἀστάθμητον παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ ἔλεος καὶ ἡ μακροθυμία μέτρῳ τινὶ καὶ σταθμῷ τοῖς ἀνθρώποις παρέχεται. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, ὑπερέβης τῆς φιλανθρωπίας τοὺς ὅρους, δέχου τὴν θείαν ἀπόφασιν.

κη'. « *Φαρές* · διῃρέθη[47] ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. » Ἀναγκαῖον δὲ ζητῆσαι, τί δήποτε τὸν μὲν Ναβουχοδονόσορ παιδεύσας ὁ τῶν B ὅλων Θεὸς πάλιν εἰς τὴν βασιλείαν ἐπανήγαγε, τοῦτον δὲ παραυτίκα καὶ τῆς βασιλείας ἐστέρησε, καὶ τῆς ζωῆς[48]. Σκοποῦντες τοίνυν εὑρίσκομεν[49], πρῶτον μὲν, ὅτι Ναβουχοδονόσορ ἕτερον ἀσεβείας τίσαντα δίκας οὐκ ἐθεάσατο, διὸ καὶ συγγνώμης αὐτὸν ἠξίωσεν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ ψῆφος· οὗτος δὲ, τὴν μεγίστην τοῦ πατρὸς θεασάμενος τιμωρίαν, οὐδὲν ἐκεῖθεν ἀπώνατο. Εἰκότως τοίνυν ὁ δίκαιος κριτὴς ἐπ' ἐκείνου μὲν ῥητῷ χρόνῳ τὴν τιμωρίαν περιώρισε, τοῦτον δὲ οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἠξίωσεν. Ἄλλως τε καὶ πάντα προορῶν ὁ Θεὸς τὰ ἐσόμενα, καὶ οὕτως αὐτὰ σαφῶς γινώσκων ὡς ἤδη γενόμενα, ἐκείνου μὲν προειδὼς τὴν μεταμέλειαν, οὕτω τὰ κατ' αὐτὸν ᾠκονόμησε, τούτου δὲ προγινώσκων τὴν μέχρι τέλους ἀσέβειαν, C τῷ θανάτῳ καταλύει τῆς ἀσεβείας τὴν αὔξησιν. Εὐθὺς δὲ ἀκούσας Βαλτάσαρ τῶν ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ ἑρμηνευθέντων, ἐκέλευσεν αὐτὸν τὸ προκείμενον ἆθλον λαβεῖν, τὴν πορφύραν, καὶ τὸν μανιάκην τὸν χρυσοῦν· εἶτα τοῦτον αὐτὸν διακοσμήσας τὸν τρόπον, τῇ τοῦ κήρυκος χρώμενος φωνῇ τοὺς ὑπηκόους ἐδίδαξεν, ὡς τρίτον αὐτὸν τῆς βασιλείας ἀπέφηνεν ἄρχοντα. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὴν θείαν ἀπόφασιν ἔλυσεν.

λ'. « Ἐν αὐτῇ γὰρ, φησὶ, τῇ νυκτὶ ἀνῃρέθη Βαλτάσαρ, ὁ βασιλεὺς Χαλδαίων[50]. » *Χαλδαῖον* δὲ αὐτὸν ἐνταῦθα προσηγόρευσεν, ἵνα δείξῃ λοιπὸν τῆς Χαλδαϊκῆς βασιλείας τὸ τέλος. Ἀληθῶς « φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος, » κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· φοβερὸν, « τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ μακροθυμίας[51] καταφρονεῖν, » ἀλλὰ μὴ προσκυνεῖν καὶ θεραπεύειν εἰς δύναμιν. Τίς γὰρ σκληρὸς[52] γενόμενος, ᾗ φησιν ὁ προφήτης, ἐναντίον Κυρίου ὑπέμεινε; Τούτου χάριν καὶ ὁ μακάριος παρεγγυᾷ Δαβίδ· « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παροργισμῷ[53]. » Καὶ τοῦτο ἑρμηνεύων ὁ μακάριος παραινεῖ[54] Παῦλος· « Βλέπετε[55],

[x] Hebr. x, 31. [y] Rom. II, 4. [z] Psal. xciv, 8, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[44] Σύγκρ. — καλεῖ. Vid. supra, p. 1079, schol. 20. [45] γυμν. B præm. σέ. [46] διὰ τούτ. In B post προφήτης ponitur. [47] A διῄρηται. [48] B καὶ αὐτῆς ἐστέρησε τῆς ζωῆς. [49] B εὑρήσομεν. [50] ὁ βασ. Χαλδ. A ὁ Χαλδαῖος. [51] μακρ. B præm. τῆς. [52] σκλ. B præm. φησί. [53] B παραπικρασμῷ. Ita quoque supra, t. I, p. 1287. [54] παρ. In B post Παῦλος ponitur. [55] βλ. B præm. λέγων.

Digitized by Google

ἀδελφοὶ, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος· ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μέχρις ἂν οὗ[86] τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ ἐξ ὑμῶν τις ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. » Οἶδε γὰρ πολλάκις ἡ ἁμαρτία ταῖς ἡδοναῖς ἡμᾶς καταθέλγουσα, καθάπερ ἐκεῖνον τὸν ἀνόητον βασιλέα διὰ τῆς μέθης, οὕτω σκληρύνειν ἡμῶν τὴν καρδίαν καὶ ἀντίτυπον ἀποφαίνειν, ὡς καὶ τῆς ἀσεβείας τὴν νόσον ῥᾳδίως εἰσδέχεσθαι. Φύγωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τοῦ διαβόλου τὴν ἐξαπάτην, καὶ τὴν ἐπίμονον[87] ἀρετὴν τῆς ἡδονῆ βραχείᾳ κεχρημένης προτιμήσωμεν ἁμαρτίας, ἵνα τῆς μὲν τοῦ Βαλτάσαρ κοινωνίας ἀποφανθῶμεν ἀλλότριοι, τῆς δὲ τοῦ Δανιὴλ συμμορίας ἀπολαύσωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων[88]. Ἀμήν.

A discedendo a Deo vivo; sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, quoad hodie cognominatur, ne quis ex vobis obduretur fallacia peccati. » Consuevit enim sæpe peccatum, voluptatibus nos demulcens, quemadmodum stultum illum regem per ebrietatem, ita cor nostrum, durum reddere et adversarium efficere, ut etiam impietatis morbum facile excipiat. Hinc fugiamus, quæso, diaboli dolos, stabilemque virtutem peccato brevi cum voluptate conjuncto anteponamus, ut a societate Baltasaris alieni reddamur, et Danielis societate fruamur, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Hebr. III, 12, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[86] B ἄχρις οὗ. [87] B ἐρίπονον. [88] τ. αἰών. Des. in B.

ΤΟΜΟΣ Ϛ'.

1173 LIBER SEXTUS.

Ναβουχοδονόσορ[89], *Εὐιλὰδ Μαροδὰχ υἱὸς αὐτοῦ, Βαλτάσαρ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Δαρεῖος Μῆδος, κατὰ Ἰώσηππον, υἱὸς τοῦ Ἀστυάγους, τοῦ δὲ Κύρου θεῖος πρὸς μητρός· ὁ δὲ Κῦρος Πέρσης· Ἕλληνες Κυαξάρην αὐτὸν προσκαλοῦσιν.*

Nabuchodonosor, Evilad Marodach filius ejus, Baltasar ipsius frater: Darius Medus, secundum Josephum filius Astyagis et Cyri avunculus, Cyrus autem Persa, quem Cyaxarem Græci vocant.

λα'. Καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβε τὴν βασιλείαν ὢν ἐτῶν ἑξήκοντα δύο. » Ἡ μὲν τῶν Χαλδαίων βασιλεία τὸ τέλος ἔλαβε κατὰ τὴν θείαν πρόῤῥησιν· εἰς δὲ Μήδους μεταβέβηκεν ἡ τῆς οἰκουμένης ἡγεμονία. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Δανιὴλ προηγόρευσε, καὶ τὸ *Φαρὲς* ἡρμήνευσε· « Διῃρέθη γὰρ, φησὶν, ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. » Ἀλλὰ χρόνον ὀλίγον Δαρείου τοῦ Μήδου βασιλεύσαντος, Κῦρος, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εἰς Πέρσας αὐτὴν μετατίθησιν. Ἰώσηππος[90] δὲ ὁ ἱστοριογράφος τὸν Δαρεῖον μὲν[91] υἱὸν τοῦ Ἀστυάγους εἶναί φησι, τοῦ δὲ Κύρου θεῖον πρὸς μητρὸς[92], τοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεὰς ἑτέρως αὐτοῦ τὸ ὄνομα τεθεικέναι· Κυαξάρην γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνοι προσηγορεύκασι. Λέγει δὲ, ὅτι κατὰ ταὐτὸν ἐπιστρατεύσαντες τῇ Βαβυλῶνι Δαρεῖός τε καὶ Κῦρος, ὁ τούτου ἀδελφιδοῦς, ἐκράτησαν τῆς πόλεως πολιορκίᾳ χρησάμενοι, καὶ τὸν Βαλτάσαρ ἀνεῖλον κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα, καθ' ἣν ἐν τῷ τοίχῳ τὰς συλλαβὰς ἐκείνας γραφομένας ἐθεάσατο. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ οὕτω πι-

VERS. 31. « Et Darius Medus accepit regnum sexaginta duos natus annos. » Chaldæorum regnum secundum divinam prædictionem ad exitum pervenit, ad Medos autem translatum est orbis terrarum imperium. Sic vero Daniel etiam prædixit, et illud *Phares* interpretatus est: « Divisum est enim regnum tuum, inquit, et datum est Medis et Persis. » Sed cum breve tempus Darius Medus regnasset, Cyrus exceptum imperium ad Persas transtulit. Josephus autem historicus Darium Astyagis filium asserit, et Cyri avunculum; verum Græcos scriptores aliter ipsum appellasse: Cyaxarem quippe illum vocaverunt. Narratque, cum eodem tempore exercitum ad Babylonem adduxissent Darius et Cyrus, ejus sororis filius, per obsidionem eos urbe potitos esse, et Baltasarem ab ipsis illa nocte interfectum esse, qua scriptas illas syllabas in pariete conspexerat. Verum non ita rem se habere docent ea quæ a beato Daniele

VARIÆ LECTIONES.

[89] Ναβ. — προσκαλ. Des. in B. [90] Ἰώσηππος. *Ant. Jud.*, lib. x, c. 11, sect. 4. [91] μέν. In B post υἱόν ponitur. [92] μητ. B πατρός.

Digitized by Google

conscripta sunt. Docet autem nos in postrema parte eorum, quæ de Dario commemorantur [b], Danielem **1174** prospere egisse sub imperio Darii, et regnante Cyro Persa, ostenditque, aliud Darii regnum esse, aliud Cyri. Quod si una eorum fuisset contra Babylonem cum exercitu profectio, unum omnino regnum fuisset : nunc autem aliud hoc, aliud illud esse ait. Et in fine prophetiæ ita dicit Daniel : « Et rex Astyages appositus est ad patres suos, et accepit Cyrus Persa regnum ejus. » Non igitur eodem tempore Darius et Cyrus regnum obtinentes, Baltasarem interfecerunt, verum Darius Assueri prior, Cyrus posterior regnavit. Neque etiam quæ a Josepho dicuntur, cum Græcis historiis consentanea sunt. Nec enim in illis facile licet invenire, Cyaxarem Astyagis filium · eumdem esse Darium, quem iste narrat una cum Cyro contra Babylonem cum exercitu profectum : ita ut omnino Josephi oratio a fide abhorreat. Ego autem, divinam Scripturam sequens, hunc ipsius Nabuchodonosoris invenio ex filia nepotem. Cum enim præcepisset Deus Jeremiæ, ut sibi vincula circumdaret, eaque mitteret finitimis regibus Idumæorum, et Moabitarum, et Amanitarum, Tyriorumque et Sidoniorum, hæc ipsis ut diceret, imperavit : « Sic dixit Dominus Deus Israelis : Ita dicetis ad dominos vestros : Ego feci terram in fortitudine mea magna, et in brachio meo excelso, et dabo eam cui **1175** placuerit in oculis meis : dedi omnem terram Nabuchodonosori regi Babylonis, ut serviat ei, et servient ipsi omnes gentes, et filio ejus, et filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ipsorum. » Cum itaque Baltasar a Daniele filius appellatur, inquirendus est nepos. Quod si quis contradicat, Darium asserens Medum appellari, discat ille nostræ sententiæ id nihil obesse. Etenim Cyrus ex filia nepos Astyagis, qui Medus fuit, et Medorum regno potitus est, Persa nuncupatur. Ex patria enim cognatione consuevere homines gentilia imponere cognomenta. Verisimile est itaque, et Darium a Medo patre esse, et a Chaldæa matre, paterno autem cognomine vocari. Quod si hæc non ita se habeant, ostendant, qui velint, Nabuchodonosoris nepotem avitum regnum hæreditate obtinuisse, et plane non repugnabimus. Verissimam enim esse magni Jeremiæ prædictionem, quicunque recte sentit, confitebitur. Quod si alicui magis probetur, non esse ex filia nepotem Nabuchodonosoris Darium, sed ex filio, propterea quod propheta dixerit : « Servient ipsi, et filio ejus, et filio filii illius, » discat divinæ Scripturæ idioma, quæ cum consueverit genealogiam a maribus tradere, volueritque nepotem dicere,

A στεύειν τὰ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δανιὴλ συγγεγραμμένα· διδάσκει δὲ ἡμᾶς ἐν τῷ τέλει τοῦ κατὰ τὸν Δαρεῖον διηγήματος, ὅτι κατηύθυνε Δανιὴλ ἐν τῇ βασιλείᾳ Δαρείου καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ Κύρου τοῦ Πέρσου, καὶ δείκνυσιν ἑτέραν μὲν τοῦ[63] Δαρείου βασιλείαν, ἑτέραν δὲ τοῦ Κύρου. Εἰ δὲ μία αὐτοῖς κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ἐγεγόνει στρατεία, μία ἄρα ἦν καὶ ἡ βασιλεία· νῦν δὲ, ἄλλην μὲν ταύτην, ἄλλην δ' ἐκείνην εἶναί[64] φησι. Καὶ ἐν τῷ τέλει[65] δὲ τῆς προφητείας οὕτω φησὶν ὁ Δανιήλ· « Καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀστυάγης προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ παρέλαβε τὴν βασιλείαν Κῦρος ὁ Πέρσης. » Οὐ τοίνυν Δαρεῖος καὶ Κῦρος κατὰ ταὐτὸν βασιλεύσαντες, τὸν Βαλτάσαρ ἀνεῖλον· ἀλλ' ὁ μὲν Δαρεῖος ὁ Ἀσσουήρου πρότερον, ὕστερον δὲ Κῦρος ἐβασίλευσεν. Οὐδὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις[66] τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰωσήππου εἰρημένα συμβαίνει. Οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείναις ἔστιν εὑρεῖν, τὸν Κυαξάρην τὸν τοῦ Ἀστυάγους υἱὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Δαρεῖον, ὃν οὗτος ἔφη σὺν τῷ Κύρῳ τὴν στρατείαν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ποιησάμενον· ὥστε παντάπασιν ἀπίθανον εἶναι τὸν τοῦ Ἰωσήππου λόγον. Ἐγὼ δὲ τῇ θείᾳ πειθόμενος Γραφῇ, τοῦ Ναβουχοδονόσορ εὑρίσκω τοῦτον θυγατριδοῦν· τῷ γὰρ Ἱερεμίᾳ παραχελευσάμενος ὁ Θεὸς δεσμὰ ἑαυτῷ περιθεῖναι, καὶ ταῦτα πέμψαι[67] τοῖς πλησιοχώροις βασιλεῦσι, τῷ τῶν Ἰδουμαίων, καὶ Μωαβιτῶν, καὶ Ἀμανιτῶν, Τυρίων τε καὶ Σιδωνίων, ταῦτα εἰπεῖν αὐτοῖς παρεγγύησεν· « Οὕτως εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Οὕτως ἐρεῖτε πρὸς τοὺς κυρίους ὑμῶν· Ἐγὼ ἐποίησα[68] τὴν γῆν ἐν[69] τῇ ἰσχύϊ μου τῇ μεγάλῃ, καὶ τῷ βραχίονί μου τῷ ὑψηλῷ, καὶ δώσω αὐτὴν, ᾧ ἂν δόξῃ ἐν ὀφθαλμοῖς μου· ἔδωκα πᾶσαν τὴν γῆν τῷ βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ Βαβυλῶνος, δουλεύειν αὐτῷ, καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ καιρὸς τῆς γῆς αὐτῶν. » Τοῦ τοίνυν Βαλτάσαρ υἱοῦ προσαγορευθέντος ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ, ζητητέον τὸν ἔκγονον[70]. Εἰ δέ τις ἀντιλέγει, Μῆδον τὸν Δαρεῖον ὀνομάζεσθαι λέγων, μαθέτω, ὡς οὐδὲν τοῦτο τῷ λόγῳ λυμαίνεται. Καὶ γὰρ ὁ Κῦρος θυγατριδοῦς ὢν τοῦ Ἀστυάγους, ὃς Μῆδος ἦν, καὶ Μήδων ἐβασίλευσε, Πέρσης ὀνομάζεται· ἐκ γὰρ τῆς πατρῴας συγγενείας φιλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἐθνικὰς τιθέναι προσηγορίας. Εἰκὸς τοίνυν καὶ τὸν Δαρεῖον εἶναι μὲν Μήδου πατρὸς, Χαλδαίας δὲ μητρὸς, καλεῖσθαι δὲ τοῦτο[71] ὅπερ ἦν ὁ πατήρ. Εἰ δ' οὐχ οὕτως ταῦτ' ἔχει, δειξάτωσαν οἱ βουλόμενοι τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὸν ἔκγονον τῆς παππῴας βασιλείας κληρονομήσαντα, καὶ οὐδὲν περὶ τούτου ζυγομαχήσομεν. Ὅτι γὰρ παναληθὴς[72] τοῦ μεγάλου Ἱερεμίου ἡ πρόῤῥησις, πᾶς τις εὖ φρονῶν ὁμολογήσειεν. Εἰ δέ τινι προΐσταται μὴ εἶναι θυγατριδοῦν τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὸν Δαρεῖον, ἀλλ' υἱδοῦν, διὰ τὸ τὸν προφήτην εἰρηκέναι· « Δουλεύσουσιν αὐτῷ,

[b] Dan. v, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[63] τοῦ. B præm. τήν. Ita quoque post pauca. [64] εἶν. Des. in B. [65] ἐν τῷ τέλει, κ. τ. λ. Ex initio historiæ Belis et draconis desumpta sunt illa, Καὶ ὁ βασιλ. Ἀστ. κ. τ. λ. Ed. prior ad marginem habebat, Dan. XIII. [66] ἱστ. B præm. δέ. [67] B πέμψας. [68] ἐπ. B addit φησί. [69] ἐν. Des. in B. [70] Edit. prior hab. ἔγγονον. [71] B τοῦτον. [72] B ἀληθής.

Digitized by Google

καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· » μαθέτω τῆς θείας Γραφῆς τὸ ἰδίωμα· ἐξ ἀῤῥένων γὰρ γενεαλογεῖν εἰωθυῖα, καὶ τὸν ἔκγονον εἰπεῖν ἐθελήσασα, υἱὸν τοῦ υἱοῦ προσηγόρευσεν. Ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔστιν υἱὸς, ὁ μακάριος Δανιὴλ μαρτυρεῖ, λέγων· « Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβε τὴν βασιλείαν. » Ὅτι δὲ μέχρις ἐκγόνων παραπέμψει τὴν βασιλείαν ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ θεῖος προεῖπεν Ἱερεμίας. Ἐξ ἑκατέρας τοίνυν προφητείας εὑρεῖν δυνατὸν[72] τὸ ἀληθές· ἐκ μὲν τῆς Ἱερεμίου, ὅτι καὶ ὁ ἔκγονος τοῦ Ναβουχοδονόσορ τῆς βασιλείας ἀνθέξεται· ἐκ δὲ τῆς τοῦ μακαρίου[73] Δανιὴλ, ὅτι Βαλτάσαρ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, τῇ θείᾳ ψήφῳ τελευτήσαντος, Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβε τὴν βασιλείαν. Ἐντεῦθεν σκοπούμενοι, καὶ τὸ ἀψευδὲς τῶν προφητῶν ἐπιστάμενοι, εὑρίσκομεν τοῦτον Μῆδον μὲν ὄντα πατρόθεν, Χαλδαῖον δὲ ὄντα[74] μητρόθεν, καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἔκγονον. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς ἑκατέρας προφητείας τὸ ἀληθὲς ζητήσαντες ηὕρομεν[75]· ὡς δὲ φίλον ἑκάστῳ περὶ τούτου φρονείτω· οὐδεμία γὰρ ἐκ τῆς περὶ τὸ γένος ἀμφιβολίας γενήσεται βλάβη. Φέρε τοίνυν, τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἁψώμεθα.

A filium filii appellavit. Verum filii non esse filium, testis est beatus Daniel, qui ita loquitur: « Darius Medus accepit regnum. » Usque ad nepotes autem Nabuchodonosorem transmissurum esse regnum, divinus Jeremias prædixit [c]. **1176** Ex utraque igitur prophetia rei veritas percipi potest: ex ea Jeremiæ nepotem ipsius Nabuchodonosoris regnum obtenturum esse, ex hac vero beati Danielis, Baltasare filio Nabuchodonosoris divina sententia mortuo, Darium Medum regnum excepisse. Hæc considerantes, et prophetas minime mentiri pro comperto habentes, reperimus hunc paterno genere Medum, materno Chaldæum esse, et ipsius Nabuchodonosoris nepotem. Hæc igitur nos ex utraque prophetia investigata, rei veritate inveni- B mus: qua de re quilibet pro lubitu sentiat. Nihil enim ex ambiguitate generis oriri potest detrimenti. Age itaque reliqua sigillatim interpretemur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Βασιλεύσας, φησὶν, ὁ Δαρεῖος (α', β'.) « Ἔστησεν[77] ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ σατράπας ἑκατὸν εἴκοσι, τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἐν ὅλῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἐπάνω αὐτῶν[76] ταχτικοὺς τρεῖς, καὶ[79] ἦν Δανιὴλ εἷς ἐξ αὐτῶν, τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τοὺς σατράπας λόγον, ὅπως ὁ βασιλεὺς μὴ ἐνοχλῆται. » Ἀληθῶς οὐδὲν ἀμβλύνειν δύναται τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ τὰς οἰκείας πανταχοῦ[80] ἀκτῖνας ἀφίησι, κἂν ἐν δούλῳ γένηται, κἂν ἐν αἰχμαλώτῳ, καὶ[81] οὐδὲν ταύτης συσκιάσαι τὴν C αἴγλην ἰσχύει, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν ἀφίησιν ἀστραπήν. Καὶ τοῦτο πολλαχόθεν μὲν καὶ ἀλλαχόθεν ἔστιν ἰδεῖν, μάλιστα δὲ ἐκ τῶν κατὰ τὸν μακάριον Δανιὴλ, ὃς δοῦλος καὶ δορυάλωτος γεγονὼς, καὶ ξένην οἰκῶν, καὶ μεταξὺ βαρβάρων στρεφόμενος, διέλαμψε· ἐπὶ[82] μὲν γὰρ τοῦ Ναβουχοδονόσορ προσεκυνήθη ὑπὸ[83] τοῦ φοβερωτάτου βασιλέως. Διέπρεψε δὲ καὶ[84] ἐπὶ τοῦ Βαλτάσαρ, περίβλεπτος δὲ ὡσαύτως ἦν καὶ ἐπὶ[85] τοῦ Δαρείου· καὶ αἱ τῶν βασιλέων διαδοχαὶ μεταβολὴν αὐτῷ τῆς τιμῆς οὐκ εἰργάσαντο· ἀλλ' οἱ μὲν ἐσβέννυντο τῷ Κανάτῳ, ὁ δὲ τὴν ἴσην ἐπὶ πάντων ἐκέκτητο λαμπηδόνα. Καὶ μὴν εἰώθασιν οἱ βασιλείαν ἤ τινα ἄλλην ἀρχὴν ἐγχειριζόμενοι, ἥκιστα θαῤῥεῖν τοῖς τῶν προτέρων οἰκειοτάτοις· οὗτος δὲ παρὰ πᾶσι D τὴν αὐτὴν ἐκέκτητο παῤῥησίαν, καὶ τοῦ ἴσου γέρως ἐτύγχανε, τὴν αὐτήν τε ἡγεμονίαν ἐπιστεύετο· ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐπὶ τοῦ Δαρείου εἷς τῶν τριῶν ἐγένετο ταχτικῶν. *Ταχτικοὺς* δὲ ἡγοῦμαι προσαγορεύεσθαι τοὺς νῦν καλουμένους ὑπάρχους, σατράπας δὲ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγεμόνας· ἀλλὰ καὶ τῶν ταχτικῶν εἷς ὢν ὁ μακάριος Δανιήλ·

CAPUT VI.

Regno potitus, inquit, Darius [Vers. 1, 2.] « Constituit super regnum suum satrapas centum et viginti, ut essent ipsi in toto regno ejus. Et super eos ordinatores tres, et erat Daniel unus ex eis, ut redderent illis satrapæ rationem, ut nulla molestia rex afficeretur. » Nihil revera potest obscurare pietatem, quæ ubicunque sit, proprios emittit radios, sive illa in servo, sive in captivo reperia- C tur: neque quidquam est, quod ipsius splendori tenebras queat offundere, imo illa fulgur suum emittit. Quod cum multis aliis ex locis perspici potest, tum vero ex iis, quæ beato Danieli usu venerunt: qui, cum servus esset bello **1177** captus, et exteram regionem incoleret, et inter barbaros versaretur, splenduit, et regnante Nabuchodonosore a maxime terribili rege adoratus est. Regnante item Baltasare floruit, nec minus illustris fuit, Dario tenente sceptra: regumque successiones nihil de ejus honore detraxerunt, sed illi quidem morte exstincti sunt, at Daniel æqualem illis omnibus regnantibus semper splendorem obtinuit. Atqui consuevere reges, vel quibus aliquis alius magistratus mandetur, minime con- D fidere iis, qui priorum regum intimi fuerint: hic autem apud omnes eamdem nactus est loquendi libertatem, æquale honoris præmium consecutus, idemque ei committebatur imperium; sicuti denique regnante Dario unus fuit ex illis tribus ordinatoribus. *Ordinatores* vero arbitror appellari eos qui nunc vocantur hyparchi; *satrapas* autem nationum præsides. Verum cum unus esset beatus Daniel ex ordinatoribus:

[c] Jerem. xxvii, 4-7; vel xxxiv, 4-7 juxta LXX.

VARIÆ LECTIONES.

[72] εὑρ. δυν. In B post ἀληθές ponitur. [73] μακ. Des. in B. [74] ὄντα. Des. in B. [75] B εὑρήκαμεν. [77] A κατέστησεν. [78] αὐτῶν. Ex A suppl. [79] καί. A ὧν. [80] B πανταχοῦ τὰς ἰδίας. [81] καί. Des. in B. [82] B ὑπό. [83] ὑπό. Des. in B. [84] καί. Des. in B. [85] B ἦν ὡσαύτως ἐπί.

Digitized by Google

VERS. 3. « Superabat, inquit, et ordinatores, et satrapas, » scilicet nationum præsides, contra, id est, ex adverso illis oppositus, comparatus, et examinatus. Deinde causam affert, cur eos vinceret : « Quia spiritus, inquit, amplior erat in eo, » hoc est, multo majorem et copiosiorem a Deo gratiam acceperat. Discimus autem ex hoc loco, iis quoque quibus sæcularis magistratus demandatur, etiamsi pietatis expertes fuerint, quoddam tamen sapientiæ munus ad subjectum sibi populum gubernandum divinitus concedi. Idque innuit beatus Daniel, dicens : « Quia spiritus amplior erat in illo, » **1178** hoc est, gratiam pietati proportione respondentem acceperat. Quod cum conspexisset, « Rex constituit ipsum, inquit, super omni regno suo. » Intelligens enim illum esse virum Deo gratum, quique superna vi niteretur, omne ipsi regnum administrandum commisit : sed honoris magnitudo invidiam excitavit. [4] « Ordinatores autem et satrapæ quærebant, inquit, occasionem invenire contra Danielem ex regno, » vel ut quædam exemplaria habent, « ex lateribus regni. » Hoc est, omnia moliebantur, cupientes invenire eum aliquid in regni leges deliquisse : quasi diceret, læsæ majestatis illi crimen impingere cupientes, ut nunc loquimur. Sed a proposito consilio aberrarunt. « Occasionem enim, inquit, et delictum, et peccatum plane non invenerunt in eo, quia fidelis erat. » Et hoc testimonium datum est beato Danieli, non ab iis tantum qui eum diligebant, sed etiam ab iis qui ejus vitæ insidiabantur. Pietatem enim observans erga Deum, multam quoque sibi regum benevolentiam conciliarat. Verum ubi illi infinitas vias persecuti, non invenerunt ipsum quidpiam in regni leges commisisse :

γὰρ βασιλείαν ἐπιστεύθησαν, ἀλλὰ στρατηγοῦντες ἐνίκων, καὶ ταχὺ τέλος ἐδέξαντο. Λείπεται τοίνυν τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν νοεῖν τὸ τέταρτον θηρίον. Ἐν γὰρ τῷ ταύτης τέλει, οἱ μὲν δέκα βασιλεῖς κατὰ ταὐτὸν ἀναστήσονται, ὁ δὲ πάσης πονηρίας δημιουργὸς καὶ διδάσκαλος ἔσχατος ἀναφανήσεται, ἐκεῖνα ποιῶν τε καὶ πάσχων, ἃ ἐδιδάχθημεν. Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου κατάλυσιν, ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναφανήσεται παρουσία, καὶ τὸ πάντων ἀνθρώπων γενήσεται κριτήριον, καὶ ἀνοιγήσονται μὲν *αἱ βίβλοι*, τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων αἱ μνῆμαι. « Παραδοθήσεται δὲ πυρὶ τὸ τοῦ θηρίου σῶμα, » τουτέστιν, οἱ μὲν τῆς ψυχῆς ἀφελόμενοι τὸ κράτος, τῷ δὲ σώματι τὴν ἐξουσίαν προσνείμαντες, καὶ σαρκικῷ φρονήματι διὰ βίου [48] χρησάμενοι. Ἀποδώσει δὲ ὁ δίκαιος κριτὴς τοῖς ἁγίοις τὴν βασιλείαν, βοῶν· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ [48] καταβολῆς κόσμου· » ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα [49], σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A surgent reges, atque omnis improbitatis opifex et magister, novissimus apparebit, ea faciens ac patiens, quæ edocti sumus. Post cujus interitum, Dei et Salvatoris nostri continget adventus, et de omnibus hominibus judicium fiet, et aperientur *libri*, id est, eorum quæ ab unoquoque in vita gesta fuerint, recordationes. « Et igni tradetur bestiæ corpus, » hoc est, illi qui, adempta animæ potestate, corpori licentiam concesserint, et carnis sensui in vita addicti fuerint. Reddet autem justus judex sanctis regnum, clamans : « Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum inde a constitutione mundi [z] ; » quod utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu, B in sæcula sæculorum .Amen.

[z] Matth. xxv, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[48] δ. βίου. In B post χρησάμενοι ponitur. [49] πρό. Loco cit. est ἀπό. [49] δόξα. B præm. ἡ.

ΤΟΜΟΣ Η'.

LIBER OCTAVUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

α'. « Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ, ὅρασις ὤφθη πρός με· ἐγὼ Δανιὴλ, μετὰ τὴν ὀφθεῖσάν μοι τὴν ἀρχήν. » Ἔτι, φησὶ, τῆς τῶν Χαλδαίων, εἴτ' οὖν Ἀσσυρίων κατεχούσης βασιλείας, ἑτέραν ἀποκάλυψιν εἶδον μετ' ἐκείνην τὴν προτέραν· δηλοῖ δὲ καὶ ὁ χρόνος τὸ ταύτης νεώτερον· τὴν μὲν γὰρ προτέραν εἶδεν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Βαλτάσαρ, βασιλέως Χαλδαίων, ταύτην δὲ ἐν τῷ τρίτῳ. Σημαίνει δὲ τὸν χρόνον οὐ μάτην, ἀλλὰ διδάσκων, ὡς πρὸ πολλοῦ χρόνου τοῦ γενέσθαι τὰ πράγματα τὴν τούτων πρόγνωσιν παρὰ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐδέξατο.

β'. « Καὶ [50] εἶδον [50], φησὶν, ἐν τῇ ὁράσει, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με, καὶ ἤμην ἐν Σούσοις τῇ βάρει, ἥ ἐστιν [51] ἐν χώρᾳ Αἰλάμ. » Τὰ Σοῦσα μητρόπολις ἦν πάλαι Περσῶν. Ἐπειδὴ τοίνυν τὴν τῆς Περσικῆς βασιλείας μανθάνει κατάλυσιν, ἀναγκαίως ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει δοκεῖ βλέπειν τὴν ἀποκάλυψιν. « Καὶ εἶδον, φησὶν, ἐν ὁράματι· » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἐγρηγορὼς, οὐδὲ μεθ' ἡμέραν ταῦτα ἐθεασάμην, ἀλλ' ὄναρ μοι ταῦτα ἔδειξεν ὁ τῶν ὅλων Θεός.

CAPUT VIII.

C

Vers. 1. «Anno tertio regni Baltasaris, visio oblata est mihi : ego Daniel, post eam quam conspexeram a principio.» Cum adhuc, inquit, Chaldæorum sive Assyriorum vigeret imperium, aliam revelationem vidi post illam priorem : et hanc **1212** recentiorem fuisse tempus declarat. Priorem enim vidit anno primo Baltasaris regis Chaldæorum : hanc vero, anno ejusdem tertio. Neque temere tempus designat, sed docens, multo antequam hæc fierent tempore a rerum omnium auctore Deo se consecutum esse ut ea prænosceret.

Vers. 2. «Et vidi, inquit, in visione, et factum est, cum viderem ego, et eram Susis in castro, D quod est in regione Ælam. » Susa olim metropolis erat Persarum. Si itaque perfici regni discit eversionem, convenienter in illa urbe sibi videtur inspicere revelationem. « Et vidi, inquit, in visione, » hoc est, non vigilans, neque interdiu hæc conspexi, sed in somnis mihi omnium Deus ista ostendit. « Et eram, inquit, super Ubal. » Juxta portam,

VARIÆ LECTIONES.

[50] Καὶ — ἰδεῖν με. Des. in A. [50] εἶδ. B ἰδού. [51] ἥ ἐστ. Des. in B.

Digitized by Google

inquit, mihi videbar stare : ita enim quidam posuerunt interpretes.

Vers. 3. « Et sustuli oculos meos, et ecce aries unus stans super Ubal, et ipsi cornua excelsa, et unum excelsius altero, et excelsius ascendebat in extremo. » Persicum regnum *arieti* simile intuetur, tanquam divitiis florens, multarumque facultatum obtinens abundantiam. *Duo cornua* in ariete contemplatur, quia primus ipsorum regno potitus est Cyrus, et usque ad filios tantum regnum transmisit : Cambyse enim illius filio vita defuncto, paucos menses magi regnum obtinuerunt : quod paulo post excepit Darius Hystaspis filius, qui usque ad nepotes et pronepotes regnum transmisit, usque ad Darium ultimum, quo **1213** interfecto Alexander Macedo regno potitus est. Duo itaque genera regum per *duo cornua* significantur : et ambo quidem intuetur excelsa, excelsius autem priori posterius. Sicut enim jam ante diximus, amplius Dario et Xerxe sceptra tenentibus regnum fuit. Nam Cyrus Pontum Euxinum et Asiam sibi subegit, Darius etiam Scythas Nomadas cum reliquis sibi subjectis conjunxit, Xerxes Europæ quoque regni jugum imponere conatus est. Idcirco duo cornua in ariete contemplatur, sed alterum prius, alterum posterius, et posterius excelsius priori.

A « Καὶ ἦμην, φησὶν, ἐπὶ τοῦ[48] Οὐβάλ. » Παρὰ τὴν πύλην, φησὶν, ἐδόκουν ἑστάναι· οὕτω γὰρ τοῦτό τινες τῶν ἑρμηνευτῶν τεθείκασι.

γ'. « Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου[49] καὶ[50] ἰδοὺ κριὸς εἷς ἑστηκὼς ἐπὶ[51] τοῦ Οὐβάλ, καὶ αὐτῷ κέρατα[52] ὑψηλὰ, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου, καὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτου[53-54]. » Τὴν Περσικὴν βασιλείαν *κριῷ* ἐοικυῖαν ὁρᾷ, ἅτε δὴ πλούτῳ κομῶσαν, καὶ πολλὴν περιουσίας ἔχουσαν ἀφθονίαν. Δύο *κέρατα*[55] ἐν τῷ κριῷ θεωρεῖ, ἐπειδὴ πρῶτος μὲν αὐτῶν ἐβασίλευσε Κῦρος, μέχρι δὲ παίδων μόνον[56] τὴν βασιλείαν παρέπεμψε· Καμβύσου γὰρ τοῦ υἱέως αὐτοῦ τελευτήσαντος, ὀλίγους μὲν μῆνας οἱ μάγοι κατέσχον τὴν βασιλείαν· παρέλαβε δὲ αὐτὴν μικρὸν ὕστερον Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, ὃς μέχρις ἐκγόνων καὶ ἀπογόνων τὴν βασιλείαν παρέπεμψεν, ἕως Δαρείου τοῦ τελευταίου, ὃν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀνελὼν τὴν βασιλείαν παρέλαβε. Τὰ[57] τοίνυν δύο γένη τῶν βασιλέων διὰ *τῶν δύο κεράτων* σημαίνεται· καὶ ἄμφω μὲν ὑψηλὰ θεωρεῖ, ὑψηλότερον δὲ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον. Ὡς γὰρ ἤδη προειρήκαμεν, πλείων ἐπὶ Δαρείου καὶ Ξέρξου ἡ βασιλεία ἐγένετο. Ὁ μὲν γὰρ Κῦρος τόν τε Εὔξεινον Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν ἐχειρώσατο· Δαρεῖος δὲ καὶ Σκύθας τοὺς Νομάδας τοῖς ὑπηκόοις συνέταξεν· ὁ δὲ Ξέρξης καὶ τῇ Εὐρώπῃ τῆς βασιλείας ἐπειράθη τὸν ζυγὸν ἐπιθεῖναι. Τούτου χάριν δύο κέρατα ἐν τῷ κριῷ θεωρεῖ, ἀλλὰ τὸ μὲν *πρότερον*, τὸ δὲ δεύτερον, καὶ τὸ δεύτερον ὑψηλότερον τοῦ προτέρου[58].

B

Vers. 4. « Et vidi, inquit, arietem cornu ferientem versus mare, et aquilonem, et austrum. » Omnia enim, et ad aquilonem et ad austrum sita sibi subjecta habebat, nec non ea quæ ad occidentem erant usque ad mare ; et plurimas quoque insulas in servitutem redegit. Simul itaque cum Xerxe bellum Græciæ inferente, et Cyprii, et Rhodii, Samii, et Lesbii, et Chii, et Cyclades omnes inita societate pugnabant. Hac de causa « Vidit arietem cornu ferientem versus mare, et aquilonem, et austrum. Et omnes, inquit, bestiæ non stabunt in conspectu ejus, et non erat liberans e manu ejus, et fecit secundum voluntatem suam, et magnificatus est. » *Bestias* autem rursus alia regna singularia vocat, Syrorum, Cilicum, Arabum, Ægyptiorum : et *bestias* ipsa appellat, eo quod subjectis populis terribilia forent. Nullum itaque regnum, inquit, resistere poterat regno illi, quod cornu petebat versus **1214** austrum, et aquilonem, et mare : et nemo hominum poterat ab illo imperio liberum quempiam demonstrare, sed quodcunque ei videbatur, illud ad exitum perducebat.

C

δ'. « Καὶ εἶδον, φησὶ, τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ θάλασσαν, καὶ βορρᾶν, καὶ νότον. » Τά τε γὰρ βόρεια, τά τε[59] νότια, ὑπήκοα εἶχεν ἅπαντα, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἑσπέρια μέχρις αὐτῆς τῆς θαλάσσης· καὶ τῶν νήσων δὲ τὰς πλείστας δουλεύειν ἠνάγκασεν. Αὐτίκα τοίνυν τῷ Ξέρξῃ καὶ Κύπριοι, καὶ Ῥόδιοι, Σάμιοί τε καὶ Λέσβιοι, καὶ Χῖοι, καὶ αἱ Κυκλάδες ἅπασαι συνεμάχουν τὴν κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατείαν ποιουμένῳ. Τούτου ἕνεκεν « Εἶδεν τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ θάλασσαν, καὶ βορρᾶν, καὶ νότον. Καὶ πάντα, φησὶ, τὰ θηρία οὐ στήσεται[60] ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐμεγαλύνθη. » *Θηρία* δὲ πάλιν τὰς ἄλλας βασιλείας καλεῖ τὰς μερικὰς, τὴν Σύρων, τὴν Κιλίκων, τὴν Ἀράβων, τὴν Αἰγυπτίων· *θηρία* δὲ αὐτὰς ὀνομάζει, διὰ τὸ φοβερὰς εἶναι τοῖς ἀρχομένοις. Οὐδεμία τοίνυν, φησὶ[61], βασιλεία ἀντιστῆναι ἠδύνατο ἐκείνῃ τῇ βασιλείᾳ κερατιζούσῃ κατὰ νότον, καὶ βορρᾶν, καὶ θάλασσαν, οὔτε οἷός τε ἦν τις ἀνθρώπων ἐκείνης τῆς δυναστείας ἐλεύθερον ἀποφῆναί τινα, ἀλλ' ἅπαν τὸ δοκοῦν εἰς πέρας ἦγε.

D

Vers. 5. « Et ego, inquit, intelligebam. » Hæc, inquit, contemplans mecum ipse reputabam, quæ

ε'. « Καὶ ἐγὼ, φησὶν, ἤμην συνιών. » Ταῦτα, φησὶ, θεωρῶν ἐλογιζόμην παρ' ἐμαυτῷ, τὰ διὰ τού-

VARIÆ LECTIONES.

[48] B ἐν τῷ. [49] μου. Ex A et B suppl. [50] καί. A præm. καὶ ἰδοὺ. [51] ἐπί. A πρό. [52] κέρ. A add. καὶ τὰ κέρατα. [53-54] A ἐσχάτων. [55] κέρ. B præm. δέ. [56] B μόνων. [57] B ταῦτα. [58] πρ. B ἑτέρου. [59] τά τε. B καί. [60] A στήσονται. [61] φησί. Des. in B.

Digitized by Google

των σημαινόμενα εὑρεῖν ἐφιέμενος· ἐμοῦ δὲ πυνθανομένου· « Ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. » Τισὶ δὲ τῶν ἀντιγράφων πρόσκειται καὶ τοῦτο· « Καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς, καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας ἓν[65] θεωρητὸν ἀναμέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. » Τὴν Μακεδονικὴν ἐνταῦθα βασιλείαν ἐσήμανεν τοῦ ἐνυπνίου τὸ αἴνιγμα· *τράγον* δὲ αὐτὴν ὠνόμασε διὰ τὸ ταχὺ καὶ εὐκίνητον· τοῦ κριοῦ γὰρ ὀξύτερος ὁ τράγος. Ἀπὸ *Λιβὸς* δὲ αὐτὸν ἐληλυθέναι ἔφη· ἐπειδὴ πρότερον Αἴγυπτον χειρωσάμενος, οὕτως εἰς τὴν Περσῶν ἐλήλυθε χώραν. Ἐνίκησε μὲν γὰρ τὸν Δαρεῖον ἐν τῇ Κιλικίᾳ, ἀλλ' ἐκεῖθεν τὴν Συρίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Παλαιστίνην διαδραμὼν, καὶ τὰς μὲν τῶν πόλεων ὁμολογίᾳ λαβὼν, τὰς δὲ βίᾳ ἑλών, εἰς τὴν Αἴγυπτον ὥρμησεν· εἶτα κἀκείνην[66] τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, τὴν Περσίδα καταλαμβάνει[67], καὶ τὴν μεγίστην αὐτῶν καταλύει βασιλείαν. *Ἓν δὲ κέρας θεωρητὸν*, τουτέστιν, ἐπίσημον καὶ περίβλεπτον, αὐτὸν καλεῖ τὸν Ἀλέξανδρον· *ἀναμέσον* δὲ *τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ τράγου* φῦναι λέγει τὸ κέρας, διὰ τὸ ἀγχίνουν, καὶ συνετὸν, καὶ πυκνὸν τῶν τοῦ[68] Ἀλεξάνδρου φρενῶν.

A per hæc significarentur cupiens invenire : meque hæc cogitante : « Ecce hircus caprarum veniebat a Libyco super faciem totius terræ. » In quibusdam exemplaribus hoc etiam additur : « Et non attingebat terram : et hirco illi cornu erat conspicuum inter oculos ejus. » Macedonicum regnum hoc loco in somnio ænigmatice significatum est, quod propter celeritatem agilitatemque *hircum* appellavit : ariete enim velocior est hircus. Et *ab Africo* ipsum venisse dixit, quia cum Ægyptum prius subegisset, postea in Persarum regionem concessit. Vicit enim Darium in Cilicia, et inde perlustrata Syria, Phœnice, et Palæstina, et urbibus partim deditione, partim vi captis, in Ægyptum profectus est : deinde illo etiam regno potitus, Perside occupata maximum ipsorum evertit regnum. *Unum* autem *cornu conspicuum*, hoc est, insigne et illustre, ipsum vocat Alexandrum : et *inter hirci oculos* natum asserit illud cornu, propter ingenium, et prudentiam, et sagacitatem mentis Alexandri.

ς', ζ'. « Καὶ ἦλθε, φησὶν, ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, ὃν εἶδον ἑστῶτα[69] ἐπὶ[67] τοῦ Οὐβὰλ, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν ἐν ὁρμῇ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Καὶ εἶδον αὐτὸν φθάσαντα[68] ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ τοῦ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ. » Πρώτοις[69] μὲν γὰρ τοῖς ἐκείνου συμβαλὼν στρατηγοῖς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόποις, πᾶσαν αὐτῶν ἐκείνην ἀφεῖλατο τὴν ἀρχήν. Εἶτα τοῦ Δαρείου κατὰ τὴν Κιλικίαν μετὰ πολλῆς τῆς στρατείας ἀπαντήσαντος, ἑτέρα γίνεται[70] συμπλοκὴ, καὶ τρέπεται μὲν ὁ Δαρεῖος εἰς φυγὴν, πολλοὺς δὲ τῆς στρατείας καταναλώσας ὁ Ἀλέξανδρος ἔλαβεν αἰχμαλώτους τοῦ Δαρείου τὰς θυγατέρας. Εἶτα αὖθις μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον, περὶ τὴν Βαβυλῶνα παραταξάμενος, αὐτόν τε τὸν Δαρεῖον ἀνεῖλε, καὶ τὴν Περσικὴν κατέλυσε βασιλείαν. Συντριβῆναι δὲ λέγει ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, ἐπειδὴ καὶ Μῆδοι καὶ Πέρσαι κατὰ ταὐτὸν ὠνομάζοντο, Κύρου τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, Μήδου μὲν ὄντος μητρόθεν, Πέρσου δὲ πατρόθεν· καὶ ἐπειδὴ ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς ἄμφω ταύτας εἶχε τὰς προσηγορίας, ἀναγκαίως καὶ οἱ ἀρχόμενοι, καὶ Μήδους καὶ Πέρσας τοὺς αὐτοὺς ὠνόμαζον. Εἰς γὰρ μίαν ἀρχὴν ἄμφω συνῆλθον αἱ βασιλεῖαι. Καὶ οἱ ἔξω δὲ συγγραφεῖς τοὺς αὐτοὺς καὶ Πέρσας καὶ Μήδους ὀνομάζουσιν. Οὕτω δὲ, φησὶ, τῶν τοῦ κριοῦ συντριβέντων κεράτων,

Vers. 6,7. « Et venit, inquit, hircus usque ad arietem habentem cornua, quem vidi stantem super Ubal, et cucurrit ad eum cum impetu roboris sui. Et vidi ipsum pervenisse **1215** usque ad arietem, et efferatus est contra eum, et percussit arietem, et contrivit utraque cornua ejus : et non erat robur arieti, ut staret coram ipso, et prostravit ipsum in terram, et conculcavit ipsum, et non erat qui liberaret arietem de manu ejus. » Primum enim cum illius ducibus congressus in Asiæ regionibus, omne ipsis imperium ademit : deinde cum Darius in Cilicia ingenti cum exercitu ei occurrisset, alterum prælium committitur, et Darius in fugam vertitur, multisque militibus interfectis, captivas Darii filias Alexander accepit. Tum rursus post reversionem ex Ægypto, prope Babylonem instructa acie, et ipsum Darium occidit, et Persicum evertit regnum. Et contritum esse, ait, utrumque ipsius cornu, eo quod et Medi et Persæ simul nominabantur, cum Cyrus, qui primus regnavit, a matre Meda, et a patre Persa duceret originem : et quia primus ipsorum rex utrisque his nominibus appellatus est, convenienter illi quoque, qui sub ejus regno erant, Medos et Persas eosdem nominabant : in unum enim principatum utraque regna convenere. Exteri quoque scriptores et Persas et Medos eosdem nuncupant. Ita autem, inquit, contritis arietis cornibus,

η'. « Ὁ τράγος τῶν αἰγῶν[71] ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα. » Τῆς γὰρ Περσικῆς, εἶτ' οὖν Μηδικῆς, καταλυθείσης βασιλείας, τὸ κατὰ πάντων ὁ Ἀλέ-

Vers. 8. « Hircus caprarum magnificatus est usque valde. » Persico enim sive Medico everso regno, Alexander in omnes imperium adeptus est :

VARIÆ LECTIONES.

[65] ἕν. Des. in A. [66] B ἐκείνην. [67] B παραλαμβάνει. [68] τού. Des. in B. [69] A οὖ εἶδον ἑστώς. [67] ἐπί. A et B ἐνώπιον. [68] A φθάνοντα. [69] B πρώτον. [70] γίν. Des. in B. [71] τ. αἰγ. Des. in B.

Digitized by Google

sed iste quoque cum breve tempus **1216** supervixisset, sortitus est vitæ finem. Hoc etiam vidit beatus Daniel. Idcirco ait : « Et cum invalesceret ipse, contritum est cornu illud magnum. » Post victoriam illam maximam, inquit, communem hominum Alexander sortitus est finem. « Et ascenderunt, inquit, quatuor cornua subter illud ad quatuor ventos cœli. » *Quatuor* autem *cornua* quatuor illos reges innuunt, qui eodem tempore simul Alexandro successere. Ptolemæus enim Lagi Ægypti accepit imperium, Seleucus autem Nicanor Babylonem obtinuit, et reliquas partes usque ad Syriam pertingentes; Antigonus Asia potitus est, et Macedonia Antipater, aut, ut quibusdam scriptoribus videtur, Philippus, qui etiam Aridæus dictus est, Alexandri frater. Porro notandum est conspexisse prophetam tertiam bestiam quatuor habentem capita, et hircum post unum cornu contritum quatuor cornua produxisse : ut perspicuum sit, eadem et per *hircum*, et per *tertiam bestiam* significari.

A ξανδρος ἀνεδέξατο[73] κράτος· ἀλλὰ καὶ οὗτος[73] ὀλίγον ἐπιβιώσας χρόνον, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. Καὶ τοῦτο δὲ εἶδεν ὁ μακάριος Δανιήλ. Διό φησι· « Καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα. » Μετὰ τὴν νίκην ἐκείνην τὴν μεγίστην, φησὶ, τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ὁ Ἀλέξανδρος ἐδέξατο τέλος. « Καὶ ἀνέβη, φησὶ, τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. » *Τέσσαρα* δὲ *κέρατα*, τοὺς τέσσαρας βασιλέας, τοὺς κατὰ ταὐτὸν τὸν Ἀλέξανδρον διαδεξαμένους αἰνίττεται. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Λάγου τῆς Αἰγύπτου τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβε· Σέλευκος δὲ ὁ Νικάνωρ τὴν Βαβυλῶνα κατεῖχε, καὶ τὰ ἄλλα μέρη[74] τὰ μέχρι Συρίας διήκοντα· Ἀντίγονος δὲ τῆς Ἀσίας ἐκράτει, τῆς δὲ Μακεδονίας Ἀντίπατρος· ὡς δέ τισι τῶν B συγγραφέων δοκεῖ, Φίλιππος, ὃς καὶ Ἀριδαῖος[75], ὁ καὶ Ἀλεξάνδρου ἀδελφός. Ἐπισημήνασθαι δὲ δεῖ, ὅτι καὶ τὸ τρίτον θηρίον τέσσαρας κεφαλὰς ἔχον ἐθεάσατο, καὶ τὸν τράγον μετὰ τὴν τοῦ ἑνὸς κέρατος συντριβὴν τέσσαρα φύσαντα κέρατα· ὡς εἶναι δῆλον τὰ[76] αὐτὰ καὶ διὰ *τοῦ τράγου*, καὶ διὰ τοῦ *τρίτου θηρίου* σημαίνεσθαι[77].

Vers. 9. « Et ex uno, inquit, cornuum egressum est cornu unum robustum. » Antiochum dicit Epiphanem, Antiochi illius, qui Magnus vocabatur, filium. « Et admodum magnificatus est, inquit, ad austrum, et ad orientem, et ad Libycum, et ad virtutem. » Potens, inquit, effectus superavit Ægypti regem, et nationes ad orientem sitas in suam redegit potestatem, et Judæis quoque, inquit, bellum **1217** intulit, et sanctam metropolin C subegit. *Virtutem* enim ipsam appellavit, propter divinam gratiam, quæ eo tempore in templo florebat. Idque planius faciens subjecit :

θ'. « Καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς, φησὶ, τῶν κεράτων[78] ἐξῆλθε κέρας ἓν[79] ἰσχυρόν. » Ἀντίοχον λέγει τὸν Ἐπιφανῆ, ὃς Ἀντιόχου τοῦ ἐπικαλουμένου[80] Μεγάλου υἱὸς ἐγεγόνει[81]. « Καὶ ἐμεγαλύνθη, φησὶ, περισσῶς πρὸς νότον, καὶ πρὸς ἀνατολὴν, καὶ[82] πρὸς Λίβα, καὶ πρὸς τὴν δύναμιν. » Δυνατὸς, φησὶ, γενόμενος περιεγένετο μὲν τοῦ τῆς Αἰγύπτου βασιλέως, ὑφ' ἑαυτὸν δὲ καὶ τὰ πρὸς ἕω κείμενα[83] ἐποιήσατο ἔθνη· ἐπεστράτευσε δὲ, φησὶ, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τὴν ἁγίαν[84] μητρόπολιν κατεστρέψατο· *δύναμιν* γὰρ[85] αὐτὴν προσηγόρευσε, διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν τῷ ναῷ τηνικαῦτα χάριν[86] θείαν. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ποιῶν ἐπήγαγε·

Vers. 10. « Et magnificatum est usque ad virtutem cœli, et cecidit in terram de virtute, et de stellis, et conculcavit eas. » Hæc nos apertius docent primus et secundus Machabæorum libri, et Josephus historiographus hæc accurate conscripsit, et nos item breviter, quæ eo pertinent, enarrabimus. Cum Judæi illi, qui ex pontificio erant genere, contra principem ejus temporis sacerdotum seditionem concitassent, qui hunc principatum appetebant, ad Antiochum profecti, D ei persuadent, ut Judæorum religionem ad Græca transferat instituta, et gymnasium in urbe ædificandum curet. Quibus rebus gestis, pii homines mœrebant, quod apertam cernerent legum violationem : at reliqua turba libere absque ullo metu divinam legem conculcabat, et in circumcisionis præceptum contumeliose invehebat. Vehementiori autem conflata seditione, cum eo pervenisset An-

ι'. « Καὶ ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τῆς δυνάμεως[87], καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων[88], καὶ συνεπάτησεν αὐτούς[89]. » Ταῦτα σαφέστερον ἡμᾶς ἡ τῶν Μακκαβαίων βίβλος ἥ τε πρώτη καὶ ἡ δευτέρα διδάσκει, καὶ Ἰώσηππος δὲ ὁ ἱστοριογράφος ἀκριβῶς ταῦτα συνέγραψε, καὶ ἡμεῖς δὲ συντόμως τὰ κατ' αὐτὸν διηγησόμεθα. Τῶν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ πρὸς τὸν τηνικαῦτα ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων στασιασάντων, οἱ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐφιέμενοι, πρὸς τὸν Ἀντίοχον παραγενόμενοι, πείθουσιν αὐτὸν τὴν Ἰουδαϊκὴν πολιτείαν εἰς Ἑλληνικὴν μεταβάλλειν[90], καὶ γυμνάσιον ἐν τῇ πόλει οἰκοδομῆσαι. Τούτων γενομένων[91], οἱ μὲν εὐσεβεῖς ἐν θρήνοις ἦσαν, τὴν προφανῆ τῶν νόμων ὁρῶντες παράβασιν, ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος ἀδεῶς τὸν θεῖον ἐπάτει νόμον, καὶ εἰς τὴν τῆς περιτομῆς ἐξύβριζον ἐντολήν. Σφοδροτέρας δὲ γενομένης τῆς στάσεως, ἀφικόμενος ὁ Ἀντίοχος πλείστους μὲν ἀνεῖλε τῶν

VARIÆ LECTIONES.

[73] ἀν. Ita cum B leg. Sirm. ἀνεδήσατο. [73] οὗτ. B αὐτός. [74] μέρη. B ἔθνη. [75] B ὁ καὶ Ἀρίδεος. [76] τά. B præm. ὅτι. [77] B σημαίνεται. [78] τ. κερ. A αὐτῶν. [79] ἓν. Des. in B. [80] B καλουμένου. [81] B ἐγένετο. [82] καὶ — δύναμιν. Des. in A. [83] B διακείμενα. [84] ἁγ. B add. αὐτῶν. [85] γάρ. B δέ. [86] χάρ. In B post θείαν ponitur. [87] δυν. A add. τοῦ οὐρανοῦ. [88] A et B ἄστρων. [89] A αὐτά. [90] A μεταβαλεῖν. [91] γεν. B præm. δέ.

Digitized by Google

εὐσεβῶν, τετόλμηκε δὲ καὶ τῶν τοῦ ναοῦ ἀδύτων[92] ἐπιβῆναι. Καὶ ἐπιβὰς πάντα ἐσύλησε τὸν νεὼν, τούς τε θησαυροὺς σφετερισάμενος, καὶ τὰ ἀναθήματα ἅπαντα, ἐκπώματά τε καὶ φιάλας, καὶ κρατῆρας, καὶ τὴν χρυσῆν τράπεζαν, καὶ τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον[93], καὶ τὰς ἐκ χρυσίου κατεσκευασμένας λυχνίας, καὶ πάντα ἁπαξαπλῶς τῆς θείας ἱερουργίας τὰ ὄργανα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ βωμὸν ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ νεῷ ᾠκοδόμησε τῷ Διΐ, καὶ πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν εἰδώλων ἐνέπλησε, καὶ πάντας θύειν ἠνάγκαζεν· αὐτὸς δὲ καὶ χοῖρον ἔθυσεν ἐν τῷ θείῳ βωμῷ[94], καὶ Διὸς Ὀλυμπίου τὸν νεὼν προσηγόρευσε. Ταῦτα ἅπαντα ὁ μακάριος προδιδάσκει[95] Δανιήλ· ὁρᾷ γὰρ διὰ *τοῦ κέρατος* αὐτὸν τὸν Ἀντίοχον, ὅτι « ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ, » ἀντὶ τοῦ, τῇ μανίᾳ κατ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐχρήσατο, ᾧ καὶ ὁ λεὼς καὶ ὁ νεὼς ἀνέκειτο. « Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τῆς δυνάμεως καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων, καὶ συνεπάτησεν αὐτούς. » Πλεῖστοι γὰρ ἐκ τοῦ λαοῦ, τὸν τοῦ Θεοῦ παραβάντες[96] νόμον, τῆς τῶν οὐρανίων ἐξέπεσον τάξεως[97], καὶ ὑπὸ τῆς τούτου κατεπατήθησαν τυραννίδος, σφᾶς αὐτοὺς καταλύσαντες. *Ἀστέρας* δὲ αὐτοὺς ὠνόμασε διὰ τὸ περιφανὲς καὶ λαμπρὸν τῆς εὐσεβείας. Αἰνίττεται δὲ καὶ τὴν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὑπόσχεσιν· « Ποιήσω γὰρ, φησὶ, τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ. » Οὐκ ἠρκέσθη γὰρ[98], φησὶ, τῷ συμπατῆσαι πολλοὺς τῶν καλουμένων *ἀστέρων*, ἀλλὰ καὶ

ια'. « Ἕως[99] ἄρχοντος τῆς δυνάμεως ἠδρύνθη. » Τῇ γὰρ λύττῃ καὶ μανίᾳ κατ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέως ταυτησὶ τῆς δυνάμεως, τουτέστι, τοῦ ἁγίου λαοῦ, ἐχρήσατο· καὶ ταῦτα ποιῶν, φησὶ, διετέλει, « Ἕως οὗ ὁ ἀρχιστράτηγος ῥύσηται[1] τὴν αἰχμαλωσίαν· » ἀντὶ τοῦ, μέχρις ἂν τῆς ἄνωθεν τύχωμεν ῥοπῆς, καὶ διὰ τοῦ ἐπιτεταγμένου ἀρχαγγέλου τὴν ἡμετέραν προστασίαν, τύχωμεν σωτηρίας. Εἶτα σαφέστερον τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀντιόχου τολμηθησόμενα προδιδάσκεται. « Καὶ δι' αὐτὸν, φησὶ, θυσία ἐταράχθη[2] παραπτώματι[3]. » Οὐ συνεχώρει γὰρ[4] τὰς κατὰ νόμον θυσίας προσφέρεσθαι, ἀλλὰ τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ ταύτας ἐπιτελεῖσθαι ἠνάγκαζεν. Εἶτα ἐπάγει· « Ὅτι καὶ ἐγενήθη, καὶ κατευοδώθη αὐτῷ. » Τέως γὰρ οὐδὲν ἐμπόδισμα γέγονε κωλύον αὐτοῦ τὴν λύτταν.

ιβ'. « Καὶ τὸ ἅγιον, φησὶν, ἐρημωθήσεται, καὶ ἐδόθη, φησὶν, ἐπὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία, καὶ ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐοδώθη. » Μανίᾳ γὰρ καὶ τυραννίδι χρώμενος, μιᾶναι μὲν τετόλμηκε τὸ θυσιαστήριον παρανόμῳ θυσίᾳ χρησάμενος, ἔρημον δὲ τοῦ κόσμου τὸν θεῖον κατέστησε νεὼν, ἐπάτησε δὲ τῆς δικαιοσύνης τοὺς νόμους, τὸν ἄδικον

tiochus, plurimos pios homines occidit, et ausus est etiam in sacri templi adyta ingredi. Quo ingressus omnia quæ templi erant prædatus est, thesauris sibi vindicatis, et usurpatis omnibus donariis, poculis, et phialis, et crateribus, aureaque mensa, et aureo thuribulo, et candelabris ex auro confectis, et omnibus omnino divini ministerii vasis. Aram insuper **1218** in Dei templo Jovi construxit, omnemque urbem idolis complevit, et omnes sacrificare cogebat : et ipse etiam suem in divina ara mactavit, ac Jovis Olympii templum nuncupavit. Hæc omnia beatus Daniel multo ante docet. Videt enim per *cornu* ipsum Antiochum, qui « magnus factus est usque ad virtutem cœli, » id est, insania contra ipsum rerum omnium auctorem Deum concitatus est, cui et populus et templum dedicatum erat. « Et cecidit in terram de virtute et de stellis, et conculcavit eas. » Plurimi enim ex populo, violata Dei lege, ex ordine cœlestium exciderunt, et ab istius tyrannide conculcati sunt, qui seipsos perdiderunt. Ac *stellas* ipsos propter nobilitatem splendoremque pietatis appellavit, innuitque quod olim Abrahæ promissum fuit. « Faciam enim semen tuum, inquit, sicut stellas cœli[a]. » Neque enim contentus fuit, inquit, conculcasse plures eorum, qui *stellæ* vocabantur, sed etiam

Vers. 11. « Usque ad principem virtutis magnificatus est. » Rabie enim et insania contra ipsum Deum et regem hujus virtutis, id est, populi sancti, exarsit; et hæc facere, inquit, perseverabat, « Donec princeps exercitus liberaret captivos, » id est, donec opem divinam consequeremur, et nos per archangelum illum, cui munus hoc impositum est, ut noster sit præses et custos, adipisceremur salutem. Deinde apertius quæ ausurus foret Antiochus, prædicuntur. « Et **1219** per ipsum, inquit, sacrificium turbatum est peccato. » Neque enim permittebat secundum legem offerri sacrificia, sed Græco ritu ea perfici cogebat. Tum subjicit : « Quia etiam factum est, et prospere ei successit. » Tunc enim impedimentum nullum fuit, quod ejus rabiem coerceret.

Vers. 12. « Et sanctum, inquit, desolabitur. Et datum est, inquit, super sacrificium peccatum, et projecta est in terram justitia, et fecit, et prospere successit. » Furore enim perctus et tyrannide utens, polluere ausus est altare, peracto non legitimo sacrificio ; vacuum autem ab ornatu divinum templum fecit, justitiæque leges conculcavit,

[a] Gen. xxii, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[92] ἀδ. B αὐλῶν. [93] B θυσιαστήριον. [94] βωμῷ. B νεῷ. [95] B διδάσκεται. [96] B *παραβαίνοντες*. [97] τάξ. B στάσεως. [98] γάρ. Des. in B. [99] ἕως — ἠδρ. Des. in A. [1] B ῥύσεται. [2] ἐτ. B in margine apponit ἐτάχθη. [3] παρ. Des. in A. [4] γάρ. B add. φησί.

Digitized by Google

injusta piis hominibus illata nece : et interim cum hæc faceret, inquit, « prospere ei succedebat. » Deinde,

VERS. 13. « Audivi quemdam sanctum loquentem, et dixit sanctus quidam illi loquenti : Usquequo visio stabit, et sacrificium ablatum, et peccatum desolationis datum, et sanctum, et fortitudo conculcabitur? » *Phelmuni* Græca translatum voce *quemdam* significat, idque testatur Syrorum lingua Hebrææ affinis. Ait itaque beatus Daniel : « Audivi quemdam sanctum ex alio sancto quærentem. » Et perspicuum est illum vidisse angelos inter se colloquentes, ac discere cupientes, quantum futurum sit temerariæ impietatis iniquitatisque, et desolationis templi, et minime legitimi detestabilisque sacrificii tempus, ac tyrannidis illius, qua populus opprimetur.

VERS. 14. « Et dixit ei, inquit : Usque ad vesperam et mane, dies duo mille et **1220** trecenti, et purgabitur sanctum. » *Vesperam* vocavit calamitatum initium, et *mane* calamitatum finem, quia quæ dolorem afferunt; ea nocti ac tenebris comparantur. A præsenti, inquit, initio calamitatum, usque ad finem malorum, tantum temporis intercedit. Et computati dies hi secundum Hebræorum rationem, sex annorum et sex mensium numerum perficiunt : tam diu enim grassata est Judæorum calamitas.

VERS. 15. « Et factum est, inquit, cum viderem ego Daniel visionem, quærebam intelligentiam. » Illis, inquit, conspectis, intelligere et accurate percipere cupiebam, quæ per hæc significarentur ænigmata. « Et ecce stetit in conspectu meo quasi visio viri. » Videbar, inquit, mihi videre virum.

VERS. 16. « Et audivi vocem viri in medio Ubal, et vocavit ac dixit, Gabriel! fac illum intelligere visionem. » Audivi etiam alium quemdam humana voce utentem, et imperantem ei qui assistebat mihi, quem Gabrielem quoque nominavit, ut interpretaretur mihi revelationis ænigmata. Ex iis etiam quæ dicta sunt conjici potest, eum qui jubebat, Dominum fuisse.

VERS. 17. « Et venit, inquit, et stetit juxta stationem meam. » Statim, inquit, jussus venit, et prope me stetit. « Et cum veniret ipse, obstupui, et procidi in faciem meam. » Sufficiunt hæc ad convincendum Eunomii fastum, qui ipsam Dei essentiam se cognoscere arroganter jactitat. Si enim angelorum contemplationem, eamdemque contemplantis viribus accommodatam, tantus propheta non tulit, **1221** quid magis impium aut detestabilius iis qui gloriantur divinam se novisse substantiam? Sed ad propositum revertamur. « Et

A φόνον τοῖς εὐσεβέσιν ἐπαγαγών, καὶ τέως, φησίν, « εὐωδοῦτο » ταῦτα ποιῶν. Εἶτα,

ιγ'. « Ἤκουσά τινος [5] ἁγίου [6] λαλοῦντος, καὶ εἶπεν εἷς ἅγιος τῷ φελμουνὶ τῷ λαλοῦντι· Ἕως πότε ἡ ὅρασις στήσεται, καὶ ἡ θυσία ἡ ἀρθεῖσα, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς ἐρημώσεως ἡ δοθεῖσα, καὶ τὸ ἅγιον, καὶ ἡ δύναμις συμπατηθήσεται; » Τὸ *φελμουνὶ* τὸν *τινὰ* σημαίνει τῇ Ἑλλάδι φωνῇ· μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ἡ Σύρων φωνὴ γειτνιάζουσα τῇ Ἑβραΐ[7]. Φησὶ τοίνυν ὁ μακάριος Δανιὴλ, ὅτι « Ἤκουσά τινος ἁγίου ἕτερον ἅγιον ἐρωτῶντος. » Δῆλον δὲ ὅτι ἀγγέλους διαλεγομένους ὁρᾷ [8] καὶ βουλομένους μαθεῖν, πόσος [9] ἐστὶν ὁ χρόνος τῆς τολμωμένης ἀσεβείας τε καὶ παρανομίας, τῆς τε τοῦ ναοῦ ἐρημίας, καὶ τῆς B ἀθέσμου καὶ βδελυρᾶς θυσίας, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ καταδυναστείας.

ιδ'. « Καὶ εἶπεν αὐτῷ, φησίν· Ἕως ἑσπέρας καὶ πρωΐ, ἡμέραι δισχίλιαι καὶ τριακόσιαι [10], καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον. » *Ἑσπέραν* δὲ ἐκάλεσε τὴν ἀρχὴν τῶν συμφορῶν, *πρωΐ* δὲ τὸ τέλος τῶν συμφορῶν· ἐπειδὴ νυκτὶ καὶ σκότῳ ἐῴκει τὰ λυπηρά. Ἀπὸ τοῦ νῦν [11], φησὶ, τῆς ἀρχῆς τῶν κακῶν, ἕως τέλους τόσος τέ ἐστι χρόνος. Ψηφιζόμεναι δὲ αἱ ἡμέραι αὗται ποιοῦσιν ἓξ ἐτῶν ἀριθμὸν, καὶ ἓξ μηνῶν, κατὰ τὴν Ἑβραίων ψῆφον· τοσοῦτον γὰρ ἐκράτησε χρόνον τῶν Ἰουδαίων ἡ συμφορά.

ιε'. « Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἐν τῷ ἰδεῖν με, ἐγὼ Δανιὴλ, τὴν ὅρασιν, ἐζήτουν σύνεσιν. » Ταῦτα, φησὶ, C θεασάμενος, συνεῖναι καὶ μαθεῖν ἀκριβῶς ἐβουλόμην τὰ διὰ τούτων σημαινόμενα τῶν αἰνιγμάτων. « Καὶ ἰδοὺ ἔστη ἐνώπιόν μου ὡς ὅρασις ἀνδρός. » Καὶ ἐδόκουν, φησὶν, ἄνδρα θεωρεῖν.

ις'. « Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀνδρὸς ἀναμέσον τοῦ Οὐβὰλ, καὶ ἐκάλεσε, καὶ εἶπε· Γαβριὴλ, συνέτισον ἐκεῖνον τὴν ὅρασιν. » Ἤκουσα δὲ καὶ ἑτέρου τινὸς [12] ἀνθρωπείᾳ χρωμένου [13] φωνῇ, καὶ κελεύσαντος τὸν [14] παρεστῶτά μοι, ὃν καὶ Γαβριὴλ ὠνόμασεν, ἑρμηνεῦσαί μοι τῆς ἀποκαλύψεως τὰ αἰνίγματα. Ἔστι δὲ καὶ [15] ἐκ τῶν εἰρημένων τεκμήρασθαι, ὅτι ὁ κελεύσας ὁ Δεσπότης ἐστί.

ιζ'. « Καὶ ἦλθε, φησὶ, καὶ ἔστη [16] ἐχόμενα [17] τῆς στάσεώς μου. » Παραυτίκα [18], φησὶ, προσταχθεὶς D ἀφίκετο, καὶ πλησίον μου ἔστη. « Καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐθαμβήθην, καὶ πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου. » Ἱκανὰ ταῦτα τὸν Εὐνομίου τῦφον ἐλέγξαι, ὃς αὐτὴν εἰδέναι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν ἀλαζονεύεται. Εἰ γὰρ ἀγγέλων [19] τὴν θεωρίαν, καὶ ταύτην μετρουμένην τῇ τοῦ θεωροῦντος δυνάμει, ὁ τοσοῦτος προφήτης οὐκ ἤνεγκε, τί δυσσεβέστερον ἢ βδελυττότερον [20] τῶν αὐτὴν εἰδέναι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν σεμνυνομένων; ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. « Καὶ εἶπε

VARIÆ LECTIONES.

[5] τινός. A ἑνός. [6] ἁγ. B ἀγγέλου. [7] B Ἑβραΐδι. [8] B ἐώρα. [9] B ποῖος, ascripta tamen lectione πόστος, pro ποστὸς, ut videtur. [10] B τετρακόσιαι, sed contra Hebr. [11] τοῦ νῦν. B τοίνυν. [12] τινός. B add. φησίν. [13] B χρησαμένου. [14] B καλέσαντος. [15] καί. Des. in B. [16] B ἐστάθη. [17] A ἐχόμενος. [18] Παρ. B præm. καί. [19] B ἀγγέλου. [20] B βδελυρώτερος.

Digitized by Google

πρός με· Σύνες, υἱὲ ἀνθρώπου· ἔτι γὰρ εἰς καιροῦ πέρας καὶ [21] ὅρασις. » Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος ταῦτα πέρας λαμβάνειν· μετὰ πολὺν γὰρ ἐτῶν ἀριθμὸν ταῦτα γενήσεται. Πληρουμένου γὰρ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ, τότε πέρας τούτων ἕκαστον λήψεται.

A dixit ad me : Intellige, fili hominis, adhuc enim in temporis finem etiam visio. » Ne existimes, inquit, in præsenti his rebus finem impositum iri : siquidem post multos annos fient. Expleto enim definito tempore, horum unumquodque ad exitum perducetur.

ιη', ιθ'. « Καὶ ἐν τῷ λαλεῖν αὐτὸν μετ' ἐμοῦ πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἥψατό μου, καὶ ἔστησέ με ἐπὶ τοὺς [22] πόδας μου. Καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγὼ γνωρίζω σοι τὰ ἐσόμενα ἐπ' ἐσχάτων τῆς ὀργῆς τοῖς [23] υἱοῖς τοῦ λαοῦ σου· ἔτι γὰρ εἰς καιροῦ πέρας μένει [24]. » Θεασάμενός με, φησὶν, ὑπὸ τοῦ δέους καταπεσόντα πρῶτον [25] ἀνώρθωσέ με, ἔπειτα ψυχαγωγεῖ γνωρίζων [26], ὡς τούτου χάριν ἀφίκετο, ἵνα μοι τὰ ἐσόμενα προμηνύσῃ ποθοῦντι, καὶ ὁποῖα διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πάλιν ὀργὴν καταλήψεταί μου τὸν λαόν. Ἔπειτα τὸ ἐπικείμενόν μοι δέος ἀφελέσθαι βουλόμενος, ἐμήνυσεν ὅτι μετὰ χρόνον [27] ταῦτα γενήσεται· ἡρμήνευσε δέ μοι καὶ ὧν [28] ἐθεασάμην ἕκαστον, εἰρηκώς·

Vers. 18, 19. « Et cum loqueretur ipse mecum, cado in faciem meam super terram : et tetigit me, et statuit me super pedes meos. Et dixit : Ecce ego indico tibi quæ eventura sint, sub finem iræ, filiis populi tui : adhuc enim in temporis finem manent. » Cum vidisset me, inquit, præ metu collapsum, primum erexit me, deinde consolatur, indicans ejus causa se venisse, ut mihi futura cupienti præmonstraret, et qualia propter divinam iram rursus essent invasura populum meum. Deinde metum, quo afficiebar, mihi ademptum cupiens, hæc longo post tempore futura indicavit, et quæ videram, ea mihi singula interpretatus est, ita locutus :

κ'. « Οὗτος [29] ὁ κριὸς, ὃν εἶδες, ὁ ἔχων τὰ κέρατα, βασιλεὺς Μήδων καὶ Περσῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ εὐθὺς τὴν Χαλδαϊκὴν, εἴτ' οὖν Ἀσσυρίων, βασιλείαν Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβε, καὶ τότε Κῦρος ὁ Πέρσης μετατέθεικεν εἰς Πέρσας τὴν βασιλείαν, ὃς καὶ Μῆδος ἦν καὶ Πέρσης διὰ τὴν τῶν γενῶν ἐπιμιξίαν· ἀναγκαίως Περσῶν [30] τοὺς Μήδους προτέθεικεν [31], καί φησιν, ὅτι « ὁ κριὸς βασιλεύς ἐστι Μήδων καὶ Περσῶν. » Ἄμφω γὰρ καὶ ὁ τελευταῖος Δαρεῖος ὁ Ἀρσάμου προσαγορευόμενος, ὃν ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος κατέλυσε, διεῖπε τὰς βασιλείας.

Vers. 20. « Iste aries, quem vidisti, habens cornua, rex Medorum est et Persarum. » Nam quia simul atque Chaldaicum, sive Assyrium, Darius Medus excepit regnum, etiam Cyrus Persa tunc ad Persas transtulit imperium, qui et Medus erat et Persa propter generis conjunctionem, convenienter Persis Medos præposuit, et ait « arietem esse regem Medorum et Persarum. » **1222** Nam et postremus quoque Darius, qui Arsami appellatus fuit, quem Alexander Macedo debellavit, utraque regna administravit.

κα'. « Καὶ ὁ τράγος, φησὶ, τῶν αἰγῶν βασιλεὺς Ἑλλήνων· καὶ τὸ κέρας τὸ μέγα, ὃ ἦν ἀναμέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς ὁ πρῶτος. » Λέγει δὲ τὸν Ἀλέξανδρον.

Vers. 21. « Et hircus, inquit, caprarum rex Græcorum, et cornu illud magnum, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus. » De Alexandro autem loquitur.

κβ'. « Καὶ ὅτι [32] συνετρίβη, καὶ ἔστη τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν [33] αὐτοῦ, τέσσαρες βασιλεῖς ἀναστήσονται [34] ἀπὸ [35] τοῦ ἔθνους αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. » Μετὰ γὰρ, φησὶ, τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ἡ ἐκείνου βασιλεία εἰς τέσσαρας διαιρεθήσεται βασιλείας· ἀλλὰ καὶ τέτταρες ὄντες οἱ βασιλεύοντες οὐ δυνήσονται [36] κατορθοῦν, ἃ ἐκεῖνος κατώρθου, ἐλάττους δὲ πολλῷ τῆς ἐκείνου ῥώμης ὀφθήσονται.

Vers. 22. « Et quod contritum est, et steterunt quatuor cornua subter illud, quatuor reges surgent de gente ejus, et non in robore illius. » Nam post illius, inquit, obitum, regnum illius in quatuor regna dividetur. Cæterum, etsi quatuor fuerint qui regnent, non poterunt tamen egregia illa facinora, quæ ille faciebat, perficere : verum se multo inferiores ejus virtute præstabunt.

κγ'. « Καὶ ἐπ' ἐσχάτου [37] δὲ, φησὶ, τῆς βασιλείας αὐτῶν, πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Ὅταν, φησὶν, εἰς ἄκρον ἀσεβείας ἐλάσωσι, καὶ πέρα τῶν μέτρων τῆς ἐμῆς μακροθυμίας παρανομήσωσιν.

Vers. 23. « Et in extremo, inquit, regni ipsorum, completis peccatis eorum. » Quando, inquit, ad summam impietatem pervenerint, et ultra meæ diutinæ lenitatis terminos deliquerint.

« Ἀναστήσεται βασιλεὺς ἀναιδὴς προσώπῳ, καὶ συνιῶν προβλήματα. (κδ'.) Καὶ κραταιὰ ἡ [38] ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ [39] οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. » Τὴν πανουργίαν τοῦ Ἀντιόχου διὰ τούτων αἰνίττεται, καὶ πρὸς τῇ πανουργίᾳ, ἣν ἐκέκτητο δύναμιν. Εἶτα διδάσκων

« Consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones. (Vers. 24.) Et forte robur ejus, et non per robur suum. » Antiochi versutam malitiam per hæc innuit, et, præter malitiam, potentiam, quam ille sibi comparaverat. Deinde docens

VARIÆ LECTIONES.

[21] καί. A et B ἡ. [22] τοὺς et μου. Des. in A. [23] τοῖς — σου. Des. in A. [24] μένει. Des. in A. [25] πρ. A add. μέν. [26] γν. Des. in B. [27] B χρόνου. [28] B ὡς. [29] οὗτ. Des. in A. [30] B Πέρσαις. [31] B προσέθηκεν. [32] ὅτι — ἔστη. A τοῦ συντριβέντος οὗ ἔστησαν. [33] A ὑποκάτω. [34] A ἐκ τοῦ ἔθν. αὐτ. ἀναστήσ. [35] ἀπό. B ἐκ. [36] B οὐκ ἠδυνήθησαν. [37] A et B ἐσχάτων. [38] ἡ. B præm. καί. [39] καὶ — αὐτοῦ. Des. in A et B.

Digitized by Google

eum hæc facturum, Deo videlicet permittente, apposite subjecit : « Et non per robur suum. » Et Assyrio ait Deus per Isaiam prophetam : « Num gloriabitur securis sine cædente cum ea, aut exaltabitur serra sine trahente eam [b]? » Ita et hic audebit **1223** hæc, inquit, Antiochus non ut potens, sed Deo permittente.

« Et mirabilia, inquit, corrumpet, et diriget, et faciet, et interficiet fortes, et populum sanctum. (Vers. 25.) Et jugum vinculi ejus diriget. » Id est, nihil ipsi erit impedimento, quin omnia faciat quæcunque voluerit. De talibus beatus David præcipit, cum ait : « Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitiam [c]. » Persæpe enim accidit ut, impietati et iniquitati addictis hominibus, quique audeant admodum injusta, res prospere succedant. « Jugum igitur, inquit, vinculi ejus diriget, » hoc est, quæcunque subjectis populis imperabit, ea coget illos perficere. Deinde versutam illius malitiam dolosamque simulationem prædicens : « Dolus, inquit, in manu ejus, et in corde suo magnificabitur, et dolo interficiet multos. » A principio enim gymnasium in Hierosolymis ædificari præcepit : deinde suillis vesci carnibus : tum etiam coegit sacrificare, ac verbis fallacibus * usus pios homines in fraudem impellere conabatur, ac regia munera pollicitus omnes in legem delinquentes cernere cupiebat. Idcirco « dolus, inquit, in manu ejus, et in corde suo magnificabitur. » Maximum enim omnium hominum sese existimavit, « et dolo interficiet multos, » quoscunque scilicet in fraudem inducere potuerit. « Et in perditione multorum, inquit, stabit. » Hoc est, quæstione adhibita, exquisitis tormentis utetur, donec plures viderit propriam salutem amisisse. Neque contentus ea contra homines insania : « Etiam contra Principem, inquit, principum **1224** stabit. » Hoc est, contra ipsum Regem regum, qui dominantibus dominatur, insaniet, dedicatum illi templum polluere aggressus. Et permissam sibi contra Judæos licentiam ostendens, « Et quasi ova, inquit, manu ipsos conteret. » Ita facillime omnia hæc, inquit, perficiet, perinde ac si quis ova manu vellet conterere. Atque hic ipsorum Judæorum segnitiem notat, qui, neglectis rebus divinis, ab ipso Deo deserti et superna Providentia destituti fuere. His adjecit :

Vers. 26. « Et visio vespertina et matutina, quæ dicta est, vera est. » Hoc est, et tempus calamitatibus definitum sine ulla dubitatione verum est. Quia vero multum temporis intercedit : « Et

[b] Isa. x, 15. [c] Psal. xxxvi, 7.

A ὡς τοῦτα ποιήσει, τοῦ Θεοῦ δηλονότι συγχωροῦντος, ἀναγκαίως ἐπήγαγε· « Καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. » Καὶ τῷ Ἀσσυρίῳ δέ φησιν ὁ Θεὸς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· « Μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν; » Οὕτω δὲ [40] καὶ ἐνταῦθα, φησὶν, ὅτι ταῦτα τολμήσει ὁ Ἀντίοχος, οὐχ ὡς δυνατὸς, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος.

« Καὶ θαυμαστὰ, φησὶ, διαφθερεῖ, καὶ κατευθυνεῖ, καὶ ποιήσει, καὶ διαφθερεῖ ἰσχυροὺς, καὶ λαὸν ἅγιον. (κε'.) Καὶ ὁ ζυγὸς τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ κατευθυνεῖ. » Ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν αὐτῷ ἐμποδὼν ἔσται, ἀλλ' ὅσα ἂν θελήσῃ ταῦτα [41] ποιήσει. Περὶ τῶν τοιούτων ὁ μακάριος παραινεῖ [42] Δαβὶδ, λέγων· « Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν. » Συμβαίνει γὰρ πολλάκις καὶ τοὺς δυσσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ συζῶντας εὐοδοῦσθαι λίαν παράνομα τολμῶντας. « Ὁ ζυγὸς οὖν, φησὶ, τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ κατευθυνεῖ, » ἀντὶ τοῦ, πάντα ἃ ἂν προστάξῃ τοῖς ὑπηκόοις, ἀναγκάσει ταῦτα πληροῦν. Εἶτα τὸ πανοῦργον αὐτοῦ καὶ ὕπουλον προλέγων· « Δόλος, φησὶν, ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται, καὶ δόλῳ διαφθερεῖ [43] πολλούς. » Ἐξ ἀρχῆς γὰρ γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκοδομηθῆναι προσέταξεν, εἶτα χοιρείων μεταλαμβάνειν κρεῶν· ὕστερον δὲ καὶ θύειν ἠνάγκαζεν· ἐκέχρητο δὲ καὶ κωτίλοις λόγοις, τοὺς εὐσεβεῖς ἐξαπατῆσαι πειρώμενος, καὶ βασιλικὰς δωρεὰς ὑπισχνεῖτο, παρανομοῦντας ἅπαντας ἰδεῖν ἐφιέμενος. Διὰ τοῦτό φησι· « Δόλος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται. » Μέγιστον γὰρ ἑαυτὸν πάντων ἀνθρώπων ἡγήσατο, « καὶ δόλῳ διαφθερεῖ πολλοὺς, » οὓς ἂν ἐξαπατῆσαι ἰσχύσῃ. « Καὶ ἐπὶ ἀπωλείᾳ [44] πολλῶν, φησὶ, σταθήσεται [45]. » Ἀντὶ τοῦ, ἐνστάσει χρήσεται, ἕως ἂν ἴδῃ πολλοὺς τὴν οἰκείαν ἀπολλύντας σωτηρίαν. Μὴ ἀρκούμενος δὲ τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων μανίᾳ, « Καὶ ἐπὶ ἄρχοντα, φησὶν, ἀρχόντων στήσεται. » Τουτέστι, κατ' αὐτοῦ τοῦ Βασιλέως τῶν βασιλέων [46], καὶ κυριεύοντος τῶν κυριευόντων, τῇ λύττῃ χρήσεται, μιαίνειν ἐπιχειρῶν τὸν ἀνακείμενον αὐτῷ νεών. Καὶ δεικνὺς τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κατὰ τῶν Ἰουδαίων συγχώρησιν, « Καὶ ὡς ὠὰ, φησὶν, ἐν χειρὶ συντρίψει αὐτούς [47]. » Οὕτω, φησὶ, μετὰ πολλῆς εὐκολίας ταῦτα πάντα [48] ἐργάσεται, ὡς εἴ τις ὠὰ τῇ χειρὶ συντρίψαι θελήσειεν [49]. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα καὶ τὴν αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων ῥᾳθυμίαν, καὶ ὅτι αὐτοὶ τῶν θείων ἀμελήσαντες κατελείφθησαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνοὶ τῆς ἄνωθεν προνοίας ἐγένοντο. Τούτοις ἐπιφέρει·

κς'. « Καὶ ἡ ὅρασις τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς πρωΐας τῆς ῥηθείσης ἀληθής ἐστιν. » Ἀντὶ τοῦ, καὶ ὁ ὡρισμένος χρόνος ταῖς συμφοραῖς ἀναμφιβόλως ἐστὶν ἀληθής. Ἐπειδὴ δὲ πολύς ἐστιν ἐν τῷ μέσῳ χρόνος,

VARIÆ LECTIONES.

[40] B δή. [41] ταῦτα. B add. πάντα. [42] παρ. In B post Δαβὶδ ponitur. [43] A διαφθείρει. [44] B ἀπωλείας. [45] A στήσεται. [46] B βασιλευόντων. [47] αὐτ. Des. in A. [48] πάντα. Des. in B. [49] B θελήσει.

Digitized by Google

« Καὶ σὺ [50] σφράγισον, φησὶ, τὴν ὅρασιν, ὅτι εἰς ἡμέρας πολλὰς ἔσται [51]. » Ἀντὶ τοῦ, Ἀσαφῆ αὐτὴν τοῖς πολλοῖς κατάλιπε· σοὶ γὰρ ὡς ποθοῦντι ταῦτα δῆλα πρὸ τῶν πραγμάτων πεποίηκα.

κζ'. « Καὶ ἐγὼ, φησὶ, Δανιὴλ ἐκοιμήθην, καὶ ἐμαλακίσθην ἡμέρας, καὶ ἀνέστην, καὶ ἐποίουν τὰ ἔργα τοῦ βασιλέως, καὶ ἐθαύμαζον τὴν ὅρασιν, καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιῶν. » Μαθὼν γὰρ τὰ καταληψόμενά μου τὸν λαὸν πάλιν κακὰ, οὕτως ἀνιαρῶς διετέθην, ὡς καὶ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν· ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτον διακείμενος τὸν τρόπον, ᾠκονόμουν τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐγκεχειρισμένα μοι, μηδενὸς γινώσκοντος τὴν τῆς ἀῤῥωστίας αἰτίαν. Οὗτος ᾔδει καὶ [52] μετὰ τοῦ μακαρίου Παύλου λέγειν· « Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; » Καὶ τό· « Κλαίειν μετὰ κλαιόντων, καὶ χαίρειν μετὰ χαιρόντων. » Καί· « Εἰ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. » Οὕτω διακείμενος, καὶ ταύτην ἔχων περὶ τοὺς συνδούλους [53] φιλοστοργίαν [54], μαθὼν τὰς πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς καταληψομένας τοὺς συνδούλους αὐτοῦ συμφορὰς, θρηνῶν καὶ ὀλοφυρόμενος διετέλει· καὶ ταῦτα εἰδὼς ἀκριβῶς ὡς αὐτὸς πεῖραν τούτων οὐδεμίαν λήψεται, ἀλλὰ τῆς παρούσης ζωῆς οὐκ εἰς μακρὰν ἀπαλλαγήσεται. Ταύτην προσῆκε καὶ ἡμᾶς περὶ τοὺς ὁμοφυεῖς τε καὶ ὁμοδούλους τὴν ἀγάπην ἔχειν, καὶ τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονεῖν, καὶ τὴν περὶ ἄλληλα τῶν μελῶν μιμεῖσθαι συμπάθειαν· ἐπειδὴ μέλη μὲν ἀλλήλων κεκλήμεθα, σῶμα δὲ ἠξιώθημεν προσαγορευθῆναι Χριστοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων [55]. Ἀμήν.

tu, signa, inquit, visionem, quia in dies multos erit. » Hoc est, obscuram adhuc ipsam multis relinque : tibi enim ut cupienti hæc ante res ipsas declaranda curavi.

Vers. 27. « Et ego, inquit, Daniel dormivi, et obtorpui dies, et surrexi, et faciebam opera regis, et admirabar visionem, et non erat intelligens. » Cum enim didicissem ea mala, quæ rursus populum meum essent oppressura, tanto mœrore affectus fui, ut etiam in ægritudinem inciderim : verumtamen licet ita affectus, quæ a rege mihi commissa fuerant, administrabam, nemine infirmitatis causam cognoscente. Hic noverat etiam cum beato Paulo dicere : « Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror [d]? » Et, « flere cum flentibus, **1225** et gaudere cum gaudentibus [e]. » Et, « Si patitur unum membrum, una patiuntur omnia membra [f]. » Ita affectus, et hac erga conservos benevolentia præditus, perceptis calamitatibus, quæ multis post sæculis ipsis conservis essent eventuræ, lamentari ac lugere perseverabat : præsertim cum exploratum haberet se malorum eorum omnino expertem fore, qui e præsenti vita haud multo post esset decessurus. Hanc eamdem charitatem decet nos item cognatis et conservis præstare, idemque mutuo sentire, et membrorum mutuam, qua sibi compatiuntur, cognationem imitari : siquidem alter alterius membra vocati sumus [g] : ac digni effecti, qui Christi corpus appellemur [h]. Ipsi sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[d] II Cor. II, 29. [e] Rom. XII, 15. [f] I Cor. XII, 26. [g] Rom. XII, 5. [h] I Cor. XII, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[50] Καὶ σύ. Ex A suppl. [51] ἔσται. Des. in A. [52] καί. Des. in B. [53] συνδ. B ὁμοδούλους. Ita quoque post pauca. [54] φιλ. B præm. τήν. [55] τ. αἰών. Des. in B.

ΤΟΜΟΣ Θ'.

LIBER NONUS.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

α, β'. « Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀσσουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῶν Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν Χαλδαίων· ἐν ἔτει ἑνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὃς ἐγενήθη λόγος Κυρίου [56] πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ, ἑβδομήκοντα ἔτη. »

CAP. IX.

Vers. 1, 2. « Anno primo Darii, filii Assueri, de semine Medorum, qui regnavit super regno Chaldæorum : anno primo regni ejus, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierosolymæ septuaginta anni. » Hinc quoque perspicuum est, aliud

VARIÆ LECTIONES.

[56] Κυρ. Des. in A.

Digitized by Google

fuisse Darii Assueri, aliud Cyri Persæ regnum : et cum iis, quæ paulo ante dicta sunt, modo recitata consentiunt. Neque enim Darium simpliciter Medum appellavit, sed **1226** « de semine Medorum; » ut planum fieret, non utrinque, paterno scilicet et materno genere, Medum illum fuisse, regnasse tamen super regnum Chaldæorum, Baltasare post impietatem divina plaga nocte interfecto. Et per breve admodum tempus Darius iste regnasse mihi videtur. Beatus enim Daniel, cum jam deinceps expletum videret captivitatis terminum, subducta ratione numeri septuaginta annorum, quem per prophetam Jeremiam prædixit omnium rerum Deus, pro populo cœpit Domino supplicare. Tempus autem expletum est regnante Cyro Persarum rege, ut beatus Esdras ait, qui statim ab initio sui voluminis, post procœmia, facta breviter mentione de Hierosolymorum expugnatione, et de servitute, in quam patria redacta fuit, et de captivis in Babylonem abductis, subjecit : « Et fuerunt pueri ei, » et filiis ejus, quoad regnarent Persæ, ut expleretur sermo Domini per os Jeremiæ, quousque susciperet terra Sabbata sua, per omne tempus desolationis suæ Sabbata celebrabit, ut expleantur anni septuaginta, regnante Cyro Persarum rege anno primo, ut perficiatur verbum Domini per os Jeremiæ [i]. » Et sanctissimus Jeremias ita ait : « Ecce ego mitto, et sumam gentem Aquilonis, Nabuchodonosorem regem Babylonis, servum meum : et adducam eum super terram hanc, et super incolentes **1227** eam, et super omnes nationes quæ sunt in circuitu ipsorum, et desolabo eos, et dabo eos in desolationem, et in sibilum, et in opprobrium sempiternum : et auferam ab ipsis vocem gaudii, et vocem lætitiæ, et vocem sponsi, et vocem sponsæ, odorem unguenti, et lumen lucernæ, et erit omnis ipsius terra in desolationem : et servient in gentibus per septuaginta annos. Et postquam expleti fuerint septuaginta anni, vindicabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitates ipsorum, et super terram Chaldæorum, et ponam eos in desolationem sempiternam [j]. » Beatus igitur Jeremias tunc expletum iri captivitatis tempus innuit, cum Chaldaicum regnum everteretur ; quod Esdras, facta Cyri mentione, apertius declaravit. Comperimus etiam beatissimum Zachariam aliter hoc tempus numerasse. Nam post obitum Cyri et Cambysis ejus filii, Dario Hystaspis filio Persarum imperium adepto, tempus commemorans prophetа : « Quarto, inquit, et vicesimo (die) undecimi mensis, hic est mensis Sabat, anno secundo regnante Dario, factum est verbum Domini ad Za-

A Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἑτέρα μὲν ἡ Δαρείου τοῦ Ἀσσουήρου βασιλεία, ἑτέρα δὲ ἡ Κύρου τοῦ Πέρσου· συμφωνεῖ δὲ καὶ τοῖς πρώην εἰρημένοις [57] τὰ νῦν ἀναγνωσθέντα. Οὐχ ἁπλῶς γὰρ Μῆδον τὸν Δαρεῖον προσηγόρευσεν, ἀλλ' « ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῶν Μήδων· » ὡς εἶναι δῆλον [58], ὅτι οὐχ ἑκατέρωθεν, πατρόθεν φημὶ καὶ μητρόθεν, Μῆδος οὗτος ἦν· ἐβασίλευσε δ' ὅμως ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῶν Χαλδαίων, θείᾳ πληγῇ τοῦ Βαλτάσαρ μετὰ τὴν ἀσέβειαν [59] νύκτωρ ἀναιρεθέντος. Δοκεῖ δέ μοι λίαν βραχὺν βεβασιλευκέναι χρόνον οὗτος ὁ Δαρεῖος. Ὁ γὰρ μακάριος Δανιὴλ, ὡς ἤδη λοιπὸν πληρωθέντα τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ὅρον ἰδὼν, καὶ τὸν τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν συλλογισάμενος ἀριθμὸν, ὃν διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου προεῖπεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἱκετηρίαν B προσφέρειν ἄρχεται τῷ Δεσπότῃ. Ἐπληρώθη δὲ ὁ χρόνος ἐπὶ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ὡς ὁ μακάριος Ἔσδρας φησίν· εὐθὺς γὰρ ἐν ἀρχῇ [60] τοῦ συγγράμματος, μετὰ τὰ προοίμια, ἐν συντόμῳ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων μνημονεύσας, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἀνδραποδισμοῦ, καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα τῶν αἰχμαλώτων μετοικίας, ἐπήγαγε· « Καὶ ἦσαν παῖδες αὐτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, μέχρι τοῦ βασιλεῦσαι Πέρσας, εἰς πλήρωσιν τοῦ ῥήματος τοῦ Κυρίου ἐν στόματι Ἱερεμίου, ἕως τοῦ εὐδοκῆσαι τὴν γῆν τὰ Σάββατα αὐτῆς, πάντα χρόνον τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς σαββατιεῖ εἰς συμπλήρωσιν ἐτῶν ἑβδομήκοντα βασιλεύοντος [61] Κύρου Περσῶν ἔτους πρώτου, εἰς συντέλειαν ῥήματος Κυρίου ἐν στόματι Ἱερεμίου. » Λέγει δὲ καὶ ὁ θειότατος Ἱερεμίας οὕτως· C « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω, καὶ λήψομαι τὴν πατριὰν τοῦ βορρᾶ, τὸν Ναβουχοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος τὸν δοῦλόν μου, καὶ ἄξω αὐτὸν [62] ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἐπὶ [63] τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη [64] τὰ κύκλῳ αὐτῶν, καὶ ἐξερημώσω αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς συριγμὸν, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν αἰώνιον, καὶ ἀφελῶ [65] ἀπ' αὐτῶν φωνὴν χαρᾶς, καὶ φωνὴν εὐφροσύνης, καὶ [66] φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης, ὀσμὴν μύρου, καὶ φῶς λύχνου, καὶ ἔσται ἡ γῆ αὐτῆς πᾶσα εἰς ἀφανισμὸν, καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἑβδομήκοντα ἔτη. Καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ ἐπὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο, φησὶ Κύριος, τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ γῆν Χαλδαίων, καὶ θήσομαι αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν D αἰώνιον. » Ὁ μὲν οὖν μακάριος Ἱερεμίας ᾐνίξατο συμπληροῦσθαι τῆς αἰχμαλωσίας τὸν χρόνον ἐν τῇ καταλύσει τῆς Χαλδαϊκῆς βασιλείας· ὁ δὲ Ἔσδρας καὶ σαφέστερον τοῦτο πεποίηκε, τοῦ Κύρου ποιησάμενος μνήμην. Εὑρίσκομεν δὲ καὶ [67] τὸν θειότατον Ζαχαρίαν ἑτέρως τοῦτον ἀριθμοῦντα τὸν χρόνον. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Κύρου τελευτὴν, καὶ Καμβύσου τοῦ υἱέως αὐτοῦ, τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τὸ

[i] 1 Esdr. I, 58; II, 1. [j] Jerem. XXV, 9-12.

VARIÆ LECTIONES.

Vers. 7. « Et vidi ego Daniel visionem solus, et viri illi, qui mecum erant, non viderunt visionem, sed exstasis magna incidit in eos, et fugerunt metu. » Sed aliquis fortasse dixerit, cur fugerint ii, qui visionem non viderunt? At verisimile est, hoc ipso majorem illis metum fuisse incussum: nullum enim conspicati, et maximam vocem audientes, merito terrore perculsi aufugerunt. *Exstasin* autem hic vocat non timiditatem solam, sed et cæcitatem. Et similia sunt hæc iis quæ beato Paulo in itinere acciderunt, cum Damasco appropinquaret. Etenim ibi vidit ipse lumen, quod eum circumfulsit, [1] et qui cum eo erant nihil videntes solam vocem audierunt [1]. Igitur hic quoque fugiunt similiter qui cum divino propheta erant, sola audita voce: ipse autem solus manet.

Vers. 8. « Ego enim relictus sum, inquit, solus, et vidi visionem hanc magnam, et non est relictum in me robur, et gloria mea conversa est in corruptionem, et non obtinui vires. » Tantus enim mihi metus incidit ex ea visione, ut membrorum dissolveretur **1260** harmonia, et color ille, qui erat in corporis superficie, mutaretur, atque omnibus viribus destituerer.

Vers. 9. « Et audivi, inquit, vocem sermonum ejus, et cum audirem ego, eram compunctus super faciem meam, et facies mea super terra. » Statim enim audita, inquit, maxima illa voce, pronus cecidi, et cum aspicere nequirem horribilem visionem, os meum in terram demisi.

Vers. 10. « Et ecce manus attingens me, et erexit me super genua mea, et super vestigia D manuum mearum statuit me. » Ita, inquit, affectus sentio veluti manum quamdam me tangentem et erigentem, et ego genibus manibusque innixus (dissolverat enim me metus), resurgere conabar.

Vers. 11. « Ille autem dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige in sermonibus his, quos ego loquar ad te, et sta in statione tua, quia nunc

[1] Act. IX, 3 seq.

VARIÆ LECTIONES.

[75] B ὡσεί. [76] B ἔδοξα δέ. [77] A διαλεγομένου πολλοῦ [78] B ἐνεργάσασθαι. [79] αὐτ. B add. μέν. [80] φεύγ. B add. μέν. [81] B οὐ κατελείφθη. [82] B ἐπέπεσεν. [83] B ὑπ'. [84] μέν. B μου. [85] μέ. A add. φωνὴν ῥημάτων αὐτοῦ. [86] ἐπὶ πρ. μου. Des. in A. [87] καὶ — ἔστ. με. A καὶ ταρσοὺς χειρῶν μου. [88] ἔστ. με. Des. in B. [89] B ἄνερ. [90] τούτ. Des. in B. [91] ἐπί. B ἐν.

Digitized by Google

missus sum ad te. » Attende, inquit, diligenter ad ea quæ a me dicuntur, et abjecto metu ita audi quæ dicenda sunt, ut intelligas : siquidem ut ea te docerem missus ipse sum, quia corporis cupiditates vicisti, ac divinarum rerum amator factus, et benevolentia quadam naturali erga populum affectus, quæ ei eventura sunt percipere concupisti. Vocatque ipsum non Baltasarem, sed *Danielem*. Illud enim Chaldæorum, hoc Hebræorum nomen erat : et hoc a piis impositum, illud ab impiis additum. Significat autem *Daniel* Græcis *judicium Dei* : ita ut ipse nomini suo respondens, rebus ipsis prædicaret, eum se esse quem Deus justo ac recto judicio **1261** prophetica gratia sit dignatus, cuique multis post sæculis futura declaraverit. « Cumque loqueretur ipse ad me sermonem, surrexi tremens. » Sermo quidem idoneus fuit ad hoc ut surgerem, at vero metum ipsum non omnino abjeceram.

Vers. 12. « Et dixit ad me : Ne timeas, Daniel, quia a primo die, quo dedisti cor tuum, ut intelligeres et affligeres te coram Domino Deo tuo, auditi sunt sermones tui, et ego veni in sermonibus tuis. » Hinc docemur, quantum nobis voluntaria prosit afflictio. Etenim beatus Daniel, cum voluntario jejunio se afflixisset, et Dominum quæsiisset, statim propitium eum fecit, et voti sui compos factus est. Quod is quoque, qui se ei in visione obtulerat, declarat : « A primo enim die, inquit, quo dedisti cor tuum ut intelligeres et ut affligeres te coram Domino Deo tuo, auditi sunt sermones tui : » cujus rei maximum habes indicium, adventum meum. « Ego enim veni, inquit, in sermonibus tuis, » id est, propter sermones tuos, et propter illas quas adhibuisti preces.

Vers. 13. « Et princeps, inquit, regni Persarum, stetit ex adverso mei, per unum et viginti dies. » Ipse, inquit, primo die deprecationis tuæ admissis tuis precibus ad te missus fui ; sed omnibus his diebus prohibuit me, ne ad te venirem, Persarum regni princeps. « Et ecce Michael unus de principibus primis venit ad opitulandum mihi, et ipsum reliqui ibi cum principe regni Persarum. » Hæc apertius nos docet beatus **1262** Moses, cum ait : « Quando divisit Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adami, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei [u]. » Et Dominus in sacris Evangeliis ad apostolos : « Videte, inquit, ne contemnatis unum ex his pusillis, quia angeli eorum quotidie vident faciem Patris mei in cœlis [v]. » Alia quoque multa hujuscemodi in divina Scriptura exstant. His itaque docemur, singulis angelis uniuscujusque nostrum creditam esse cu-

[u] Deut. xxxii, 8. [v] Matth. xviii, 10.

ἀπεστάλην πρός σέ. » Πρόσεχε, φησίν, ἀκριβῶς τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, καὶ τὸ δέος ἀποθέμενος, μετὰ συνέσεως ἄκουε τῶν ῥηθησομένων· ταῦτα γὰρ ἀπεστάλην διδάξαι σε· ἐπειδὴ τῶν μὲν τοῦ σώματος ἐπιθυμιῶν κρείττων ἐφάνης, ἐραστὴς δὲ ἐγένου τῶν θείων, καὶ φιλοστόργως δὲ περὶ τὸν λαὸν διακείμενος τὰ τούτῳ συμβησόμενα μαθεῖν ἐπεθύμησας. Καλεῖ δὲ αὐτὸν οὐ Βαλτάσαρ, ἀλλὰ *Δανιήλ*· τὸ μὲν γὰρ ἦν Χαλδαίων, τὸ δὲ Ἑβραίων ὄνομα· καὶ τὸ μὲν ὑπὸ εὐσεβῶν ἐτέθη, τὸ δὲ ὑπὸ δυσσεβῶν προσετέθη. Σημαίνει δὲ τὸ *Δανιὴλ* τῇ Ἑλλάδι φωνῇ *κρίσιν Θεοῦ*· ὡς εἶναι αὐτὸν καὶ φερώνυμον, καὶ δι' αὐτῶν κηρύττειν τῶν πραγμάτων, ὡς ὀρθῇ καὶ δικαίᾳ κρίσει χρώμενος ὁ Θεὸς τῆς προφητικῆς αὐτὸν ἠξίωσε χάριτος, καὶ τὰ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς ἐσόμενα δῆλα πεποίηκε. « Καὶ ἐν τῷ λαλῆσαι αὐτὸν πρός με τὸν λόγον, ἀνέστην ἔντρομος. » Ἤρκεσε μὲν γὰρ ὁ λόγος ἀναστῆσαί με, παντελῶς δὲ τὸ δέος οὐκ ἀπεθέμην.

ιβ'. « Καὶ εἶπε πρός με· Μὴ φοβοῦ, Δανιήλ, ὅτι ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας, ἧς ἔδωκας τὴν καρδίαν σου τοῦ συνιέναι καὶ κακωθῆναι ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἠκούσθησαν οἱ λόγοι σου, καὶ ἐγὼ ἦλθον ἐν τοῖς λόγοις σου. » Ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, ὅσον ἡμᾶς ἡ αὐθαίρετος ὠνίνησι κάκωσις. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος Δανιὴλ κακώσας ἑαυτὸν τῇ αὐθαιρέτῳ νηστείᾳ, καὶ τὸν Κύριον ἐκζητήσας, παραυτίκα πέπεικεν, καὶ ὧν ἐπεπόθησεν ἔτυχεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ δῆλον ποιεῖ· « Ἀπὸ γὰρ τῆς πρώτης, φησὶν, ἡμέρας, ἧς ἔδωκας τὴν καρδίαν σου συνιέναι καὶ κακωθῆναι ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἠκούσθησαν οἱ λόγοι σου· » τεκμήριον δὲ τούτου μέγιστον ἔχεις τὴν ἐμὴν παρουσίαν. « Ἐγὼ γὰρ ἦλθον, φησὶν, ἐν τοῖς λόγοις σου· » ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοὺς λόγους σου, καὶ ἣν [92] προσενήνοχας δέησιν.

ιγ'. « Καὶ ὁ ἄρχων, φησὶ, βασιλείας Περσῶν εἱστήκει ἐξ ἐναντίας μου, εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν. » Ἐν αὐτῇ, φησὶ, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς προσευχῆς σου δεχθείσης σου τῆς ἱκετείας, ἀπεστάλην πρὸς σέ· πάσας δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας διεκώλυσέ [93] μου τὴν πρὸς σὲ ἄφιξιν ὁ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἄρχων. « Καὶ ἰδοὺ Μιχαὴλ εἷς τῶν ἀρχόντων τῶν πρώτων ἦλθε βοηθῆσαί μοι, καὶ αὐτὸν κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τοῦ ἄρχοντος βασιλέως [94] Περσῶν. » Ταῦτα σαφέστερον ἡμᾶς διδάσκει ὁ μακάριος Μωσῆς. « Ὅτε γὰρ, φησὶ, διεμέρισεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. » Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς [95] Εὐαγγελίοις φησὶ τοῖς ἀποστόλοις· « Ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων, ὅτι [96] οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἐν [97] τῇ θείᾳ Γραφῇ. Διδασκόμεθα τοίνυν ἐκ τούτων,

VARIÆ LECTIONES.

[92] ἦν. B præm. δι'. [93] B διεκώλυεν. [94] A βασιλείας. Ita quoque apud Nostrum, infra, pag. seq. [95] ἱερ. Des. in B. [96] ὅτι, κ. τ. λ. Alter l. c. leg. [97] ἐν. B præm. ἔστιν εὑρεῖν.

Digitized by Google

ὡς τῶν ἀγγέλων μὲν ἕκαστος τὴν ἑκάστου ἡμῶν ἐπιμέλειαν ἐγκειρίσεται, εἰς τὸ φρουρεῖν καὶ φυλάττειν, καὶ τῶν τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐπιβουλῶν ἀπαλλάττειν· οἱ δὲ ἀρχάγγελοι τὰς τῶν ἐθνῶν ἐπιστασίας ἐνεπιστεύθησαν, ὡς μακάριος [98] ἐδίδαξε Μωσῆς. Συμφωνεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος Δανιήλ· λέγει γὰρ καὶ αὐτὸς τῆς *βασιλείας Περσῶν ἄρχοντα*· καὶ πάλιν μετὰ βραχέα, *ἄρχοντα τῶν Ἑλλήνων*, καὶ τὸν Μιχαὴλ δὲ [99] *ἄρχοντα τοῦ Ἰσραὴλ* ἀποκαλεῖ. Τούτων τοίνυν ἐντεῦθέν τε κἀκεῖθεν ὄφλων γεγενημένων, ζητητέον τί δήποτε ὁ τῆς Περσικῆς βασιλείας ἄρχων ἐναντιοῦσθαι ἐδόκει τῷ τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ποιουμένῳ συνηγορίαν. Ὅτι μὲν γὰρ παθῶν ἐστι τῶν ἀγγέλων ἡ φύσις ἀμείνων, καὶ ἁγιωσύνης ἀνάπλεως, παντὶ που δῆλον. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς θείοις νεύμασιν ἀνενδοιάστως ἕπονται, καὶ τοῦτο πανταχόθεν ἔστι καταμαθεῖν. Πῶς τοίνυν τῇ τῶν Ἰσραηλιτῶν κηδεμονίᾳ ἐναντιοῦσθαι ἐδόκει [1] τῆς Περσῶν βασιλείας ὁ ἄρχων; Ἀλλὰ γὰρ εἴ τις ἀκριβῶς κατανοεῖν [2] ἐθελήσειεν, εὑρήσει τῶν εἰρημένων τὸν νοῦν. Ὅ τε γὰρ *τῶν Περσῶν ἄρχων*, καὶ *ὁ τῶν Ἑλλήνων ἄρχων*, τουτέστιν, οἱ τὴν τούτων φυλακήν τε καὶ ἐπιμέλειαν ἐγκεχειρισμένοι, ἀναγκαίως, ἅτε δὴ φιλοστόργως περὶ τούτους διακείμενοι, ὧν τὴν κηδεμονίαν εἶχον, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ δὲ τὴν παρανομίαν ὁρῶντες, ἐδυσχέραινον πλείονος αὐτοὺς βλέποντες ἀπολαύοντας προμηθείας. Οὐ [3] γὰρ ᾔδεισαν τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἐν τῷ Θεῷ τῷ πάντα [4] κτίσαντι. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνανθρώπησιν, ὡς ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, ἐγνωρίσθη ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις [5], διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο τοίνυν τὸ μυστήριον ἀγνοοῦντες, καὶ τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν Ἰσραὴλ πρόνοιαν ὁρῶντες οἱ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τὴν ἐπιμέλειαν πεπιστευμένοι, ἐδυσχέραινον θεώμενοι μάλιστα μετὰ νόμον, καὶ προφήτας, καὶ τοσαύτην διδασκαλίαν τε καὶ κηδεμονίαν, χείρονς [6] τῶν ὑπ' αὐτῶν ποιμαινομένων διακειμένους, καὶ πλείοσιν ἐμπεφυρμένους κακοῖς. Τοῦτο καὶ ὁ τῷ μακαρίῳ Δανιὴλ ὀφθεὶς ἄγγελος ἔλεγε [7]· « Καὶ ὁ ἄρχων βασιλείας Περσῶν εἱστήκει ἐξ ἐναντίας μου εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν· » ἀντὶ τοῦ, Ταύτας ἁπάσας τὰς ἡμέρας πείθων αὐτὸν διετέλουν, ὡς δικαίως ταύτης οὗτοι ἀξιοῦνται τῆς προμηθείας· συνηγόρει δέ μοι καὶ ὁ Μιχαὴλ εἷς τῶν πρώτων ὑπάρχων ἀρχόντων. « Καὶ αὐτὸν, φησὶ, κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τοῦ ἄρχοντος βασιλείας [8] Περσῶν. »

ram, ut custodiant, tueantur, et a pravi dæmonis nos liberent insidiis. Archangelis vero illud munus est impositum, ut gentium sint præfecti, sicuti beatus Moses docuit, cujus dictis beatus item Daniel consentit, cum dicit ipse *regni Persarum principem*; et rursus paulo post, *principem Græcorum*, Michaelem quoque *principem Israelis* vocat. His itaque tum ex hoc, tum ex illo loco perspicuis factis, illud quærendum, quanam de causa Persici regni princeps resistere videbatur ei qui pro populo patrocinium susceperat? nam perturbationibus angelorum naturam non esse obnoxiam, quippe sanctitatis plenam, cuivis perspicuum est. Et divinis eos nutibus obtemperare sine ulla controversia, usquequaque licet intelligere. Quomodo itaque Israelitarum tutelæ adversari videbatur Persarum regni princeps? verumenimvero si quis diligenter considerare velit, comperiet eorum quæ dicta sunt, sensum. Nam *Persarum princeps*, et *princeps Græcorum*, **1263** hoc est, ii quibus eorum custodia et cura commissa est, convenienter, utpote erga eos benevolentia affecti quorum tutelam habebant, cum cernerent ipsius Israelis iniquitatem, ægre ferebant, siquidem videbant ipsos majoris providentiæ fructus ferre. Neque enim noverant mysterium in Deo, qui omnia creavit, occultum. Nam postquam Salvator noster homo factus est: Innotuit, sicut dixit beatus Paulus [x], principibus et potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Hoc itaque mysterium ignorantes, et multam Dei erga Israelem providentiam cernentes ii, quibus aliarum nationum credita cura fuerat, indignabantur, quod aspicerent eos maxime post legem, et prophetas, tantamque doctrinam et curam, pejus affectos iis, quos regebant, et pluribus malis oppressos. Hoc etiam beato Danieli angelus, qui sese ei videndum obtulit, dicebat: « Et princeps regni Persarum stetit ex adverso mei per unum et viginti dies; » hoc est, bis omnibus diebus ei persuadere studebam, jure eos hac providentia dignos censeri, opitulante mihi Michaele, qui unus erat e primis principibus. « Et ipsum, inquit, reliqui ibi cum principe regni Persarum. »

ιδ'. « Καὶ ἦλθον συνετίσαι σε, ὅσα ἀπαντήσει [9] τῷ λαῷ σου ἐπ' ἐσχάτων [10] τῶν ἡμερῶν, ὅτι ἰδοὺ [11] ἡ ὅρασις εἰς ἡμέρας. » Καὶ ἐμοῦ δὲ [12], φησὶν, ἀφικομένου [13] πρὸς σὲ ἐπὶ τῷ σε προδιδάξαι τὰ μετ' [14] οὐ πολὺν χρόνον συμβησόμενα τῷ λαῷ σου, ἐπέμεινεν [15] ὁ Μιχαὴλ τῷ ἄρχοντι βασιλείας [16] Περσῶν διαλεγόμενος. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε τῷ ἄρχοντι Περ-

VERS. 14. « Et veni ut docerem te quæcunque obtingent populo tuo in novissimis diebus, quia ecce visio in dies. » Cumque ego, inquit, venissem ad te, **1264** ut quæ haud multo post tempore eventura sunt populo tuo, ante docerem te, remansit Michael disputans cum principe regni Persarum. Neque simpliciter dixit, cum principe Persa-

[x] Ephes. III, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[98] μακ. B præm. ὁ. [99] δέ. Des. in B. [1] B δοκεῖ. [2] B κατανοῆσαι θελήσειεν. [3] B οὐδέ. [4] πάντα. B præm. τά. [5] ἐξουσ. Loco cit. seq. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. [6] B χείρω. [7] ἔλ. B præm. αἰνιττόμενος. [8] B βασιλέως. [9] B ἀπαντήσεται. [10] B ἐσχάτου. [11] ἰδού. B ἔτι. [12] δέ. Des. in B. [13] ἀφ. B ἐρχομένου. [14] B μετά, omisso, οὐ. [15] B ἔμεινεν. [16] B βασιλέως. Ita quoque post pauca.

Digitized by Google

rum, sed « cum principe regni Persarum, » hoc est, cui etiam in ipsum Persarum regem commissum est imperium.

VERS. 15. « Cumque loqueretur ipse mecum secundum verba hæc, dedi faciem meam in terram, et compunctus sum. » Cum enim audissem, angelorum quoque principes ægre ferre eam curam, quæ haberetur erga populum, tristitiæ rursus plenus dejecto in terram vultu stabam, nec sursum aspicere poteram.

VERS. 16, 17. « Et ecce quasi similitudo Filii hominis tetigit labia mea, et locutus sum, et dixi ad stantem coram me : Domine, in visione tua conversa sunt interiora mea in me, et ecce non habeo robur. Et quomodo poterit, Domine, servus tuus, loqui cum Domino meo hoc? et ego imbecillis factus sum, et ex hoc tempore non consistet in me robur, et spiritus non est relictus mihi. » Cum vidisset, inquit, me denuo animi anxietate cruciari, ac veluti humana quadam manu labia mea attigisset, dedit mihi colloquendi facultatem, et dixi ei : Solus conspectus tuus omnes mihi vires ademit, animumque confusione ac perturbatione implevit, et pristino decore cogitationem nudavit ; adeo enim imbecillis præ metu effectus sum, ut ne usitato quidem more possim spiritum ducere : quomodo igitur potero, quæ a te **1265** dicantur, intelligere, aut congruens reddere responsum? Nemo autem existimet, qui ab eo conspectus est, illum esse Dominum, propterea quod Daniel ipsum *Dominum* appellet. Sic enim ipse in fine visionis : « Sublatis, inquit, manibus suis in cœlum, per Viventem Dominum juravit, » æquo animo suam confitens servitutem. *Dominum* itaque illum vocat, non ut Deum, sed honorem illi debitum tribuens. Etenim nos etiam cum illustrioribus viris colloquentes hac appellatione uti consuevimus : quemadmodum etiam beatus Abraham angelos ut homines conspicatus, et cum ipsis, ut cum hominibus colloquens : « Obsecro, dixit, Domine, si invenero gratiam apud te, ne transeas coram servo tuo [y]. » Et beata Rebecca beati Abrahami servo : « Bibe, inquit, domine, et camelis tuis hauriam aquam [z]. » Igitur hoc etiam loco *Dominus* non rerum omnium auctorem significat Deum : quod apertius ex fine cognoscemus, interim autem institutum persequamur.

VERS. 18, 19. « Et addidit, inquit, et tetigit me quidam instar hominis, et corroboravit me, et dixit mihi : Ne timeas, vir desideriorum, pax tibi, viriliter age, et esto robustus. » Hoc est, ne sollicitus sis, neque enim ut detrimenti aliquid tibi afferrem

A σῶν, ἀλλὰ « τῷ ἄρχοντι βασιλείας Περσῶν, » ἀντὶ τοῦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Περσῶν ἄρχειν [17] πεπιστευμένῳ.

ιε'. « Καὶ ἐν τῷ λαλῆσαι αὐτὸν μετ' ἐμοῦ κατὰ τοὺς λόγους τούτους, ἔδωκα τὸ πρόσωπόν μου εἰς τὴν γῆν, καὶ κατενύγην. » Ἀκούσας γάρ, ὅτι καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ πρῶτοι δυσχεραίνουσι τὴν γινομένην εἰς τὸν λαὸν κηδεμονίαν, ἀθυμίας πάλιν ἀναπλησθεὶς συγκεκυφὼς εἱστήκειν, καὶ ἀναβλέπειν οὐ δυνάμενος.

ις', ιζ'. « Καὶ ἰδοὺ ὡς ὁμοίωσις Υἱοῦ ἀνθρώπου ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ ἐλάλησα [18], καὶ εἶπον [19] πρὸς τὸν ἑστῶτα ἐναντίον μου· Κύριε, ἐν τῇ ὁράσει [20] σου ἐστράφη τὰ ἐντός μου ἐν ἐμοὶ, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἔχω [21] ἰσχύν. Καὶ πῶς δυνήσεται, Κύριε, ὁ παῖς B σου λαλῆσαι μετὰ τοῦ Κυρίου μου [22] τούτου ; Καὶ ἐγὼ ἠσθένησα, καὶ [23] ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ στήσεται ἐν ἐμοὶ ἰσχὺς, καὶ πνοὴ οὐχ ὑπελείφθη ἐν ἐμοί. » Θεασάμενός με, φησὶ, πάλιν ἀγωνίας ἀνάπλεων, οἷόν τινι ἀνθρωπείᾳ χειρὶ τῶν χειλέων μου ἁψάμενος, ἐντέθεικέ μοι διαλέξεως δύναμιν, καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Καὶ μόνη σου ἡ θεωρία δυνάμεως μὲν ἀπάσης ἔρημόν με κατέστησε [24], θορύβου τε καὶ ταραχῆς τὴν ψυχὴν ἀνέπλησε [25], καὶ τῆς προτέρας εὐταξίας τὸν λογισμὸν ἐγύμνωσεν. Τοσαύτην γὰρ ἀσθένειαν ἐκ τοῦ δέους ἐδεξάμην, ὡς μηδὲ συνήθως ἀναπεῖν δύνασθαι τὸν ἀέρα· πῶς οὖν δυνήσομαι, ἢ συνιέναι τῶν ὑπὸ σοῦ λεγομένων, ἢ ἀπόκρισιν τὴν ἁρμόττουσαν ἀντιδοῦναι ; Μηδεὶς δὲ νομιζέτω, τὸν ὀφθέντα αὐτὸν εἶναι τὸν Δεσπότην, ἐπειδὴ *Κύριον* αὐτὸν ὁ C Δανιὴλ προσαγορεύει. Οὗτος γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ τέλει τῆς ὀπτασίας· « Ἀνατείνας, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι Κυρίῳ, » τὴν δουλείαν εὐγνωμόνως ὁμολογῶν. *Κύριον* τοίνυν αὐτὸν ἀποκαλεῖ [26], οὐχ ὡς Θεὸν, ἀλλὰ τιμὴν ἀπονέμων τὴν προσήκουσαν. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τοῖς ἐντιμοτέροις τῶν ἀνθρώπων διαλεγόμενοι, τούτῳ κεχρῆσθαι εἰώθαμεν τῷ προσρήματι, ὥσπερ καὶ ὁ μακάριος Ἀβραὰμ τοὺς ἀγγέλους ὡς ἄνδρας θεασάμενος, καὶ ὡς ἀνδράσι διαλεγόμενος· « Δέομαι, Κύριε, εἶπεν, εἰ ἄρα ηὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά [27] σου. » Καὶ ἡ μακαρία [28] Ῥεβέκκα τῷ οἰκέτῃ τοῦ μακαρίου Ἀβραάμ· « Πίε, φησὶ, κύριε, καὶ ταῖς καμήλοις σου ὑδρεύσομαι. » Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα D τὸ *Κύριος* οὐ τὸν τῶν ὅλων σημαίνει Θεόν· καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐκ τοῦ τέλους γνωρισόμεθα [29], τέως δὲ τῆς ἀκολουθίας ἐχώμεθα.

ιη', ιθ'. « Καὶ προσέθετο, φησὶ, καὶ ἥψατό μου ὡς ὅρασις ἀνθρώπου, καὶ ἐνίσχυσέ με, καὶ εἶπέ μοι· Μὴ φοβοῦ, ἀνὴρ [30] ἐπιθυμιῶν, εἰρήνη σοι, ἀνδρίζου, καὶ ἴσχυε. » Ἀντὶ τοῦ· Μηδὲν ἀγωνιάσῃς· οὐ γὰρ ἐπὶ λύμῃ σου παρεγενόμην, ἀλλ' ὥστε γνωρίσαι σοι,

[y] Gen. XVIII, 3. [z] Gen. XXIV, 44.

VARIÆ LECTIONES.

[17] B ἀρχήν, in margine ἄρχειν. [18] ἐλ. A et B præm. καὶ ἤνοιξα τὸ στόμα μου. [19] A et B εἶπα. [20] ὁρ. A ὀπτασίᾳ. [21] A ἔτχον. [22] μου. Des. in B. [23] ἠσθ. καί. Des. in A. [24] B με ἀπέφηνεν ἔρημον. [25] B ψυχήν μου ἐπλήρωσεν. [26] ἀποκ B præm. ὁ Δανιὴλ [27] παῖδα. B δοῦλον. [28] μακ. B add. δέ. [29] B γνωσόμεθα. [30] B ἄνερ.

Digitized by Google

ἃ μαθεῖν ἐπεθύμησας· τὸ δέος τοίνυν ἀπορρίψας ἀνόρίζου, καὶ ἴσχυε. Καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπηκολούθησε.

κ', κα'. « Καὶ ἐν τῷ λαλῆσαι, φησὶν, αὐτὸν μετ' ἐμοῦ, ἐνίσχυσα [31], καὶ εἶπον· Λαλείτω ὁ Κύριός μου, ὅτι ἐνίσχυσάς με. Καὶ εἶπεν· Εἰ οἶδας τί [32] ἦλθον πρὸς σέ; Καὶ νῦν ἐπιστρέψω τοῦ πολεμῆσαι μετὰ τοῦ ἄρχοντος Περσῶν· καὶ ἐγὼ ἐξεπορευόμην, καὶ ὁ ἄρχων τῶν Ἑλλήνων ἤρχετο. Ἀλλ' ἢ ἀναγγελῶ σοι τὸ τεταγμένον ἐν Γραφῇ ἀληθείας, καὶ οὐκ ἔστιν εἷς ἀντεχόμενος μετ' ἐμοῦ περὶ τούτων [33], ἀλλ' ἢ Μιχαὴλ ὁ ἄρχων ὑμῶν [34]. » Τί δήποτε γὰρ, φησὶν, ἕνα ἢ δύο λέγω, τόν τε Περσῶν ἄρχοντα, ἢ τῶν Ἑλλήνων; Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων βούλεταί τινος ἀγαθοῦ τὸν ὑμέτερον τυχεῖν λαὸν, διὰ [35] τὴν πολλὴν δηλονότι παρανομίαν, ἢ μόνος Μιχαὴλ, ὃς τὴν ὑμετέραν ἐνεχειρίσθη κηδεμονίαν. Τὸ δὲ *πολεμῆσαι*, ἀντὶ τοῦ, *διαλεχθῆναι*, καὶ *πεῖσαι* τέθεικεν, δεῖξαι βουλόμενος τήν τε ἐκείνου δικαίαν κατὰ τοῦ λαοῦ ἀγανάκτησιν, καὶ τὴν αὐτοῦ περὶ τὸν λαὸν εὔνοιαν. Εἰκὸς δὲ τὸν διαλεγόμενον εἶναι τὸν ἅγιον Γαβριήλ· οὗτος γὰρ αὐτῷ καὶ ἤδη τὰς ἄλλας ἀποκαλύψεις ἡρμήνευσε.

ISTUC veni, sed ut ea tibi indicarem, quæ discere concupisti : abjecto itaque metu, virum te, et fortem præbeas. Et verbum res est consecuta.

VERS. 20, 21. « Et cum ipse mecum loqueretur, inquit, corroboratus sum, et dixi : Loquatur Dominus **1266** meus, quia corroborasti me. Et dixit : Anne nosti, cur venerim ad te? et nunc revertar, ut prœlier cum principe Persarum : et ego egrediebar, et princeps Græcorum veniebat. Verumtamen annuntiabo tibi id quod constitutum est in Scriptura veritatis, et nemo est qui auxilio esset mihi in omnibus his, nisi Michael princeps vester. » Cur enim, inquit, unum aut duo dicam, Persarum principem, aut Græcorum? Siquidem nulla potestatum cœlestium populum vestrum boni alicujus compotem vult fieri, propter multa videlicet scelera, nisi solus Michael, cui vestra tutela credita est. *Prœliari* vero pro *disserere* ac *persuadere* posuit, cum ostendere vellet illius justam contra populum indignationem, et suam erga eumdem populum benevolentiam. Est autem verisimile eum, qui disserebat, sanctum esse Gabrielem, qui jam alias etiam revelationes ipsi interpretatus erat.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

α'. « Καὶ ἐγένετο [36], φησὶν, ἐν ἔτει πρώτῳ Κύρου, ἔστην εἰς κράτος καὶ ἰσχύν [37]. » Εὐθὺς, φησὶ, τοῦ Κύρου βασιλεύσαντος, καὶ τοῦ ὅρου τῆς αἰχμαλωσίας συμπληρωθέντος, ἀνέστην ἕως οὗ τὴν ἄφεσιν τῷ λαῷ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐπραγματευσάμην.

β'. « Καὶ νῦν ἀναγγελῶ σοι ἀλήθειαν. » Λέγω δέ σοι μετὰ ἀληθείας τὰ ἐσόμενα. « Ἰδοὺ ἔτι τρεῖς βασιλεῖς [38] ἀναστήσονται ἐν τῇ Περσίδι. » Μετὰ Κῦρον ἐβασίλευσε Καμβύσης· τοῦτον οἱ Μάγοι διαδεξάμενοι, δέκα μῆνας ἐβασίλευσαν· μετ' ἐκείνους Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου. « Καὶ ὁ τέταρτος, φησὶ, πλουτήσει πλοῦτον μέγαν παρὰ πάντας. » Τὸν Ξέρξην λέγει, τὸν τοῦ Δαρείου υἱόν. « Καὶ μετὰ τὸ κρατῆσαι αὐτὸν τοῦ πλούτου [39], ἐπαναστήσεται πάσαις ταῖς [40] βασιλείαις τῶν Ἑλλήνων. » Τούτου καὶ οἱ ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου ἱστοριογράφοι τε καὶ συγγραφεῖς, σοφισταί τε καὶ ῥήτορες μέμνηνται, καὶ διηγοῦνται αὐτοῦ τήν τε ὑπερήφανον στρατείαν, καὶ τὴν καταγέλαστον ἀναχώρησιν. Εἶτα μέχρις αὐτοῦ τὰ Περσικὰ ἐν κεφαλαίῳ διδάξας, καὶ τοὺς μετὰ τοῦτον βασιλεύσαντας, ὡς ἀσθενεστέρους γεγενημένους, καταλιπὼν, ἐπὶ τὸν Μακεδόνα τὸν λόγον μετήνεγκε, καὶ φησι·

CAPUT XI.

VERS. 1. « Et factum est, inquit, anno primo Gyri, steti in fortitudinem et robur. » Statim, inquit, cum Cyrus regno potitus, et terminus captivitatis expletus esset, institi, donec efficerem, ut populus dimissus in libertatem vindicaretur.

VERS. 2. « Et nunc annuntiabo tibi veritatem. » Vere tibi dico quæ futura sint. « Ecce adhuc tres reges surgent in Perside. » Post Cyrum Cambyses regnavit, cujus successores magi per decem menses regno potiti sunt, post illos Darius Hystaspis. « Et quartus, **1267** inquit, ditescet divitiis magnis super omnes. » Xerxes, de quo hic loquitur, est Darii filius. « Et postquam ipse obtinuerit divitias, insurget in omnia regna Græcorum. » Hujus etiam exteri ac profani historici, scriptores, sophistæ, et oratores meminerunt, qui narrant et illius superbam cum exercitu profectionem, et ridiculum discessum. Tum usque ad ipsum summatim traditis Persicis rebus, et iis qui post ipsum regnarunt, ut qui imbecilliores erant, omissis, ad Macedonem transtulit orationem.

γ', δ'. « Καὶ ἀναστήσεται βασιλεὺς δυνατὸς, καὶ κυριεύσει κυρείας πολλῆς, καὶ ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Καὶ ἐὰν [41] στῇ ἡ βασιλεία αὐτοῦ συντριβήσεται, καὶ διαιρεθήσεται εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. » Τοῦ γὰρ Ἀλεξάνδρου, ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν, τὴν ἁπάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς οἰκουμένης ἀναδησαμένου βασιλείαν, εἶτα τὸ

VERS. 3, 4. « Et consurget, inquit, rex potens, et dominium habebit magnum, et faciet secundum voluntatem suam. Et cum steterit regnum ejus, conteretur, et dividetur in quatuor ventos cœli. » Alexandro enim, ut jam ante diximus, omnem propemodum orbem terrarum adepto, deinde communem hominum finem sortito, quadrifariam divisum

VARIÆ LECTIONES.

[31] A ἴσχυσα. [32] τί. A ἵνατί. [33] B τούτου. [34] ὑμ. Vid. supra, t. I, p. 32. [35] διὰ — παραν. Des in B [36] A ἐγώ. [37] A ἔστ. εἰς ἰσχ. κ. κράτος. [38] Edit. prior hab. βασιλεῖαι. [39] πλ. A præm. τοῦ. [40] ταῖς et deinde τῶν, des. in A. [41] ἐάν. B præm. ἕως. A ὡς ἄν.

Digitized by Google

est regnum, ut sæpius jam commemoravimus. Et hic rursus divus archangelus ita ait : « Et dividetur in quatuor ventos cœli, et non in novissima ejus, neque secundum dominationem ejus qua dominatus est. » Quod autem dicit, ita se habet : Alexander, cum duodecim annos integros regnasset, sex ultimis annis et Persarum et Ægyptiorum exertit regnum, omnesque interjectas nationes sub ditionem suam redegit. Ait itaque, reges, qui post ipsum regnaturi essent, **1268** nulla in re similes esse futuros Alexandro, neque virtute, neque potestate illa, quam novissimis annis fuerat adeptus. Ita enim dicit : « In novissimo ejus, neque secundum dominationem ipsius qua dominatus est. Quia lacerabitur regnum ejus, et dabitur aliis præter hos. » Non solum enim in hos quatuor, inquit, dividetur, sed etiam aliis præter hos tradetur. His enim regnantibus, Arsaces Persa bello victor adeptus est regnum, et partem quamdam Persici imperii recuperavit : ex quo ad hoc usque tempus Persarum reges Arsacidæ vocantur, cum superiores non Arsacidæ, sed Achæmenidæ appellarentur. Romanorum quoque, Macedonico diviso regno, major fuit potentia, utpote qui ab isdem regibus tributum exegerunt. Ita præsignificata divisione, duorum regum mentionem prætermittit. Neque enim rex Asiæ, neque rex Macedoniæ, diutius permansit : præterea que nihil ab his calamitatis accidit Judæis. Duorum igitur duntaxat meminit, per quos graves calamitatos experti fuere Judæi. Et hi sunt, Ægypti rex, et is cui nationum Orientem incolentium commissum fuit imperium, qui in Antiochia et Babylone habuerunt sedem regiam. Decet autem nos prius eorum quæ dicenda sunt, argumentum declarare, deinde ea sigillatim interpretari. *Hircus* ille, quem beatus Daniel vidit, post unum cornu confractum, « quatuor cornua produxit, » **1269** hos ipsos reges : « ex uno ipsorum alterum cornu natum est, » quod et Ægyptum maxime debellavit, et Judæorum nationem in infinitas calamitates conjecit : et per hoc cornu significatur Antiochus Epiphanes. Et *quartam bestiam* vidit beatus Daniel, decem cornibus præditam, et inter cornua ejus ascendebat parvum cornu, quod oculos habebat, et os loquens magna, et prœlium committebat cum sanctis. Rursus autem ex his intelligimus, in fine regni Romani decem eodem tempore exorituros esse reges : qui multa sibi ultro citroque damna inferrent, alter alterius regna mutuo debellantes, quemadmodum Macedones faciebant : cumque hæc acciderint, appariturum esse hominem peccati, filium perditionis, id est, Antichristum. Quia itaque similes sunt regni Romanorum fines divisioni regni Macedonici, quæ tum ab his, tum ab illis facienda essent, simul edocetur beatus Daniel. Alia enim ex iis quæ

κενὸν τῶν ἀνθρώπων δεξαμένου τέλος, τετραχῆ ἡ βασιλεία διῃρέθη, ὡς καὶ ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν [42], καὶ ἐνταῦθα δὲ πάλιν ὁ θεῖος ἀρχάγγελος οὕτως ἔφη· « Καὶ διαιρεθήσεται εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτοῦ, οὐδὲ κατὰ τὴν κυρείαν αὐτοῦ, ἣν ἐκυρίευσεν. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ Ἀλέξανδρος δώδεκα ἔτη τὰ πάντα βασιλεύσας, ἐν τοῖς ἓξ τοῖς τελευταίοις ἔτεσι, καὶ τὴν Περσῶν, καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων κατέλυσε βασιλείαν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ δὲ ἔθνη ἅπαντα ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο. Λέγει τοίνυν, ὅτι οἱ μετ' αὐτὸν βασιλεύσοντες οὐδὲν ἐοικότες ὀφθήσονται τῷ Ἀλεξάνδρῳ, οὔτε κατὰ τὴν ῥώμην, οὔτε κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς τελευταίοις ἐκτήσατο. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Εἰς τὰ ἔσχατα αὐτοῦ, οὐδὲ κατὰ τὴν κυρείαν αὐτοῦ, ἣν ἐκυρίευσεν. Ὅτι ἐκτιλήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ, καὶ δοθήσεται [43] ἑτέροις ἐκτὸς τούτων. » Οὐ μόνον γάρ, φησὶν, εἰς τούτους τέσσαρας [44] διαιρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις χωρὶς τούτων δοθήσεται. Ἐπὶ γὰρ τούτων καὶ Ἀρσάκης ὁ Πέρσης πολέμῳ κρατήσας ἀνεδήσατο τὴν βασιλείαν, καὶ μέρος τι τῆς Περσικῆς ἀρχῆς ἀνεκτήσατο· ἐξ οὗ μέχρι τοῦ παρόντος οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι προσαγορεύονται, τῶν προτέρων οὐκ Ἀρσακιδῶν, ἀλλὰ Ἀχαιμενιδῶν ὀνομαζομένων. Καὶ Ῥωμαίοις δὲ, τῆς Μακεδονικῆς διαιρεθείσης [45] βασιλείας, μείζονα ἔσχον τὴν ἰσχὺν, ἀμέλει καὶ παρ' αὐτῶν τούτων τῶν βασιλέων δασμὸν ἐκομίζοντο. Οὕτω τὴν διαίρεσιν προμηνύσας, τῶν μὲν δύο βασιλέων καταλιμπάνει τὴν μνήμην· οὔτε γὰρ ὁ τῆς Ἀσίας, οὔτε ὁ τῆς Μακεδονίας, ἐπὶ πολὺν διήρκεσαν χρόνον· ἄλλως τε δὲ οὔτε συνέβη τι λυπηρὸν διὰ τούτων [46] Ἰουδαίοις. Μόνον [47] οὖν τῶν δύο μέμνηται, δι' ὧν τῶν χαλεπῶν συμφορῶν ἐπειράθησαν Ἰουδαῖοι. Οὗτοι δέ εἰσιν, ὅ τε τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, καὶ ὁ τῶν πρὸς ἕω κειμένων ἐθνῶν τὴν ἀρχὴν πεπιστευμένος· εἶχον δὲ τὰ βασίλεια ἔν τε Ἀντιοχείᾳ καὶ Βαβυλῶνι. Προσήκει δὲ πρότερον ἡμᾶς τῶν ῥηθησομένων εἰπεῖν τὴν ὑπόθεσιν, εἶθ' οὕτως τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἅψασθαι. Ὁ τράγος, ὃν ὁ μακάριος εἶδε Δανιὴλ, μετὰ τὴν συντριβὴν τοῦ ἑνὸς κέρατος, « τέσσαρα ἐβλάστησε κέρατα » τούτους αὐτοὺς τοὺς βασιλέας· « ἐκ τοῦ [48] ἑνὸς αὐτῶν ἕτερον ἔφυ κέρας, » ὃ τήν τε Αἴγυπτον σφόδρα κατεπολέμησε, καὶ μυρίαις συμφοραῖς τὸ Ἰουδαίων περιέβαλεν ἔθνος· σημαίνεται δὲ διὰ τούτου τοῦ κέρατος Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής. Καὶ τὸ τέταρτον δὲ θηρίον ὁ μακάριος εἶδε Δανιὴλ, δέκα κέρατα ἐσχηκέναι [49], καὶ μεταξὺ τῶν κεράτων μικρὸν κέρας ἀνέβαινεν, ὀφθαλμοὺς ἔχον, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων. Πάλιν δὲ διὰ τούτων μανθάνομεν, ὡς ἐν τῷ τέλει τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δέκα κατ' αὐτὸν [50] ἀναστήσονται βασιλεῖς, πολλὰ κατ' ἀλλήλων ἐργαζόμενοι κακὰ, καὶ τὰς ἀλλήλων καταγωνιζόμενοι βασιλείας, ὃν τρόπον οἱ Μακεδόνες διετέλουν [51] ποιοῦντες· καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[42] B προειρήκαμεν. [43] δοθ. In A et B des. [44] τέσσ. B præm. τούς. [45] διαιρ. In B ponitur post βασιλ. [46] B διὰ τούτων λυπηρόν. [47] B μόνων. [48] τοῦ. B præm. δέ. [49] B ἐσχηκός. [50] B κατὰ ταὐτόν. [51] διετ. In B ponitur ante οἱ Μακ.

Digitized by Google

ὅτι τούτων οὕτω γινομένων, φανήσεται ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, τουτέστιν ὁ Ἀντίχριστος. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔοικε τῆς Ῥωμαίων βασιλείας τὰ τέλη τῇ διαιρέσει τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας, τὰ ὑπὸ τούτων κἀκείνων γενησόμενα κατὰ ταὐτὸν ὁ μακάριος διδάσκεται Δανιήλ. Τινὰ μὲν γὰρ τῶν ῥηθησομένων τοῖς Μακεδόσιν ἁρμόττει, τινὰ δὲ τοῖς ἐσομένοις δέκα κέρασι, καὶ τῷ μεταξὺ αὐτῶν βλαστήσαντι. Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἐξ αὐτῆς μαθησόμεθα τῆς προφητείας. Προσήκει τοίνυν ἡμᾶς μετὰ πάσης προσέχειν ἀκριβείας, καὶ διαιρεῖν προσφόρως τά τε τούτοις, τά τε ἐκείνοις ἁρμόττοντα. Ἔχομεν δὲ τούτου παράδειγμα τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν. Καὶ γὰρ τοῦ Κυρίου τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις εἰρηκότος τοῖς ἀποστόλοις· « Ἀμὴν [52], ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ μείνῃ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ, » εἶτα ἐκείνων ἐρομένων· « Πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας; » Καὶ διπλῆν ἐρώτησιν προσαγαγόντων, ὁ Κύριος ἀναμίξ ποιεῖται τὴν ἀπόκρισιν, κατὰ ταὐτὸν λέγων τά τε τοῖς Ἱεροσολύμοις συμβησόμενα, καὶ τὰ κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν γενησόμενα [53]. Οἱ δὲ τὰ θεῖα μεμυημένοι διαιροῦσιν εὐκρινῶς τά τε τούτοις, τά τε ἐκείνοις ἁρμόττοντα τοῖς καιροῖς. Τοῦτο τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα μετὰ τῆς προσηκούσης ποιήσομεν ἀποδείξεως. Διδάξας τοίνυν τὸν μακάριον Δανιὴλ ὁ προσδιαλεγόμενος, ὅτι τετραχῇ διαιρεθήσεται ἡ βασιλεία, καὶ τοὺς δύο καταλιπών, τόν τε τῆς Μακεδονίας φημὶ, καὶ τὸν τῆς Ἀσίας, ἤτοι τοῦ Ἑλλησπόντου, ὡς καὶ πρὸς βραχὺν διαρκέσαντας χρόνον, καὶ Ἰουδαίους ἥκιστα λελυπηκότας, ἐπάγει·

A dicenda sunt, Macedonibus conveniunt, alia futuris decem cornibus, atque illi quod inter ipsa prodiit. Et hæc ita se habere, ex ipsa prophetia discemus. Decet itaque nos omni studio animum adhibere, ut congruenter dividamus, quæ his quæve illis conveniant. Cujus rei exemplum habemus evangelicam doctrinam. Etenim cum Dominus de templo quod erat Hierosolymis, apostolis dixisset : « Amen, amen dico vobis, non relinquetur hic lapis **1270** super lapidem, qui non destruatur [a], » deinde illis interrogantibus : « Quando hæc erunt, et quod signum adventus tui [b]? » Et duplici allata interrogatione, Dominus promiscuum reddit responsum, simul ea dicens, et quæ Hierosolymis eventura, et quæ in consummatione sæculi futura essent. Qui vero sunt divinis initiati mysteriis, hi et his et illis temporibus congruentia facile discernunt. Hoc itaque nos etiam hoc in loco, adhibita, quam par est, demonstratione, facturi sumus. Cum igitur docuisset beatum Danielem is qui cum eo colloquebatur, quadrifariam regnum divisum iri, duobus omissis, Macedoniæ, inquam, et Asiæ, sive Hellesponti regibus, ut qui breve tempus regnassent, ac Judæos minime offendissent, subjicit :

B

ε'. « Καὶ ἐνίσχυσεν [54] ὁ βασιλεὺς τοῦ Νότου, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ [55] εἷς ἐνισχύσει ἐπ' αὐτὸν [56], καὶ κυριεύσει κυρείαν πολλὴν ἐκτὸς [57] ἐξουσίας αὐτοῦ. » Πτολεμαῖον δὲ λέγει τὸν Φιλοπάτορα, μὴ ἀρκεσθέντα τῇ τῆς Αἰγύπτου βασιλείᾳ, ἀλλὰ καὶ Φοινίκην, καὶ Σαμάρειαν, καὶ τὴν Ἰουδαίαν προσλαβόντα. Ἕνα δὲ ἀπὸ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐνισχύοντα [58] τὸν Σκοπᾶν λέγει, οὗ καὶ ὁ Ἰώσηππος [59] ὁ Ἑβραῖος μέμνηται συγγραφεύς, ὃς ἄριστα στρατηγήσας, πολλὰ τῶν ἔξω τῆς τοῦ [60] Πτολεμαίου βασιλείας τῷ Πτολεμαίῳ ὑπέταξε. Τοῦτο αἰνιττόμενος, λέγει· « Καὶ κυριεύσει κυρείαν πολλὴν ἐκτὸς ἐξουσίας αὐτοῦ, » τουτέστι, κρατήσει ἐθνῶν [61] πολλῶν ἔξω τῆς ἀφωρισμένης αὐτῷ ἐξουσίας ὄντων.

C

Vers. 5. « Et corroboratus est rex Austri, et de principibus ejus unus corroborabitur super ipsum, et dominabitur dominatione multa extra potestatem suam. » Ptolemæum autem dicit Philopatorem, qui non contentus Ægypti regno, etiam Phœniciam, et Samariam, Judæamque sibi ascivit. Unum autem de principibus ejus corroboratum, Scopam intelligit, cujus etiam Josephus scriptor Hebræus meminit : qui cum optimum se ducem præbuisset, multa eorum quæ extra Ptolemæi regnum erant, in Ptolemæi ditionem redegit. Hoc innuens : « Et dominabitur, inquit, dominatione multa extra potestatem suam, » hoc est, potietur multis nationibus, quæ fuerint extra potestatem **1271** illi definitam.

ς'. « Καὶ μετὰ τὰ ἔτη αὐτοῦ συμμιγήσονται, καὶ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως τοῦ Νότου εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ Βορρᾶ, τοῦ ποιῆσαι συνθήκας μετ' αὐτοῦ. » Μετὰ τὴν τοῦ Φιλοπάτορος Πτολεμαίου τελευτὴν ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Ἐπιφανὴς προσαγορευόμενος. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι « Μετὰ τὰ ἔτη αὐτοῦ συμμιγήσονται· » καὶ διδάσκων, πῶς συμμιγήσονται· « Θυγάτηρ, φησὶ, τοῦ βασιλέως τοῦ Νότου εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα

Vers. 6. « Et post annos ejus commiscebuntur, et filia regis Austri ingredietur ad regem Aquilonis, ut faciat fœdera cum eo. » Post Ptolemæi Philopatoris obitum regnavit Ptolemæus filius ejus, Epiphanes appellatus. Hoc significat, cum dicit : « Post annos ejus commiscebuntur : » et docens, qualis futura sit commistio. « Filia, inquit, regis Austri ingredietur ad regem Aquilonis, ut percutiat fœdera cum ipso. » *Regem* vero *Aquilonis* ap-

D

[a] Matth. xxiv, 2. [b] Ibid. 3.

VARIÆ LECTIONES.

[52] Ἀμ. Des. in B. Aliter leg. l. c. [53] γεν. B συμβησόμενα. [54] A et B ἐνισχύσει. [55] A εἷς τ. ἀρχ. αὐτοῦ, omisso ἀπό. [56] A αὐτῶν. [57] ἐκτ. A ἐπ'. [58] B ἰσχύοντα. [59] ὁ Ἰώσ. *Ant. Jud.* l. xii, c. 3. [60] τοῦ. Des. in B. [61] ἐθν. In B post πολλῶν ponitur.

Digitized by Google

pellat Antiochum, non Epiphanem, sed illum qui vocatus est Magnus, Antiochi Epiphanis patrem : hic enim fuit illis Ptolemæis coævus. « Et non obtinebit robur brachii, neque consistet semen ejus, et tradetur ipsa, et ferentes eam, et puella, et corroborans ipsam in temporibus. » Verum nuptiæ quidem fient, inquit, sed non diu connubium durabit, sed reddetur ei, qui miserit ipsam, per eos qui ipsam adduxere, una cum iis cum ea fuerint allata. Hoc enim significat : « Et corroborans ipsam in temporibus, » id est, divitiæ, quæ matrimonium potens optatumque efficiunt.

VERS. 7. « Et surget, inquit, de flore ex radice ejus in præparatione ipsius. » Hoc est, reddetur quidem parenti, sed pariet regem, qui regno illius qui dedit, adversabitur. « Et veniet, inquit, ad virtutem. » *Virtutem* ipsam Hierosolymam vocat, ut quæ divina gratia fruens divinam virtutem per ea miracula, **1272** quæ pro tempore fiebant, ostenderet. Quod nos item tertius Machabæorum liber docuit [c]. Ptolemæus enim, præter omnem spem, devicto Antiocho Magno, Hierosolymam pervenit, Deoque sumptuosa obtulit sacrificia ; conatusque ingredi in adyta templi, cum noluisset sacerdotibus, qui supplicantes eum arcebant, obtemperare, flagellis percutitur, quæ minime cernebantur. Interminatus autem Judæis Alexandriam pervenit, et illa facere aggreditur, quæ historia docet. Idque etiam prophetia prædicit. « Veniet, inquit, ad virtutem, et ingredietur in munitiones regis Aquilonis, et faciet in ipsis, et corroborabitur. » *Munitiones* vocat civitates tributum ipsi præbentes : quodammodo enim fulciunt et sustentant regnum, quæ afferuntur tributa, quibus militum aluntur copiæ.

VERS. 8. « Et deos eorum cum conflatilibus eorum, omne vas desiderabile ipsorum, argenti et auri, cum captivitate introducet in Ægyptum, et ipse stabit super regem Aquilonis. » Primo enim et altero prœlio Ptolemæi vicerunt, ut docent historiæ. Josephus quoque ita scribit : « Judæis enim, Antiocho Magno Asiæ regnum obtinente, accidit, ut et ipsi multis modis premerentur, vexata eorum regione, et illi itidem qui Cœle-Syriam incolebant. Nam bellum ipso gerente adversus Ptolemæum Philopatorem, et contra **1273** filium ipsius Ptolemæum cognomento Epiphanem, accidit, ut ipsi

τοῦ βορρᾶ, τοῦ ποιῆσαι συνθήκας μετ' αὐτοῦ. » Βασιλέα δὲ τοῦ βορρᾶ τὸν Ἀντίοχον λέγει, οὐ τὸν Ἐπιφανῆ, ἀλλὰ τὸν καλούμενον Μέγαν, τὸν τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου πατέρα· οὗτος γὰρ ἦν τοῖς Πτολεμαίοις ἐκείνοις ὁμόχρονος. « Καὶ οὐ κρατήσει ἰσχὺς βραχίονος, καὶ οὐ στήσεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ παραδοθήσεται αὕτη [62], καὶ οἱ φέροντες αὐτὴν, καὶ ἡ νεᾶνις, καὶ ὁ κατισχύων αὐτὴν ἐν τοῖς καιροῖς. » Ἀλλ' ὁ μὲν γάμος, φησὶ, γενήσεται, οὐ μὴν ἐπὶ πολὺ διαρκέσει τὸ συνοικέσιον, ἀλλ' ἀποδοθήσεται τῷ πεπομφότι αὐτὴν διὰ τῶν ἀγαγόντων αὐτὴν, μετὰ τῶν προσενηνεγμένων αὐτῇ. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Καὶ ὁ κατισχύων αὐτὴν ἐν τοῖς καιροῖς. » ὁ τὸν γάμον ἰσχυρὸν καὶ ποθεινὸν ἐργαζόμενος πλοῦτος.

ζ'. « Καὶ ἀναστήσεται, φησὶ, ἐκ τοῦ ἄνθους ἐκ [63] τῆς ῥίζης αὐτῆς ἐπὶ τῆς [64] ἑτοιμασίας αὐτοῦ. » Ἀντὶ τοῦ, ἀποδοθήσεται μὲν τῷ γεγεννηκότι, παιδοποιήσει δὲ βασιλέα τῇ βασιλείᾳ τοῦ δεδωκότος ἐναντιωθησόμενον. « Καὶ ἥξει, φησὶ, πρὸς τὴν δύναμιν. » Δύναμιν δὲ καλεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς τῆς θείας χάριτος ἀπολαύουσαν, καὶ διὰ τῶν κατὰ καιρὸν γινομένων θαυμάτων τὴν θείαν ὑποδεικνύουσαν δύναμιν. Καὶ τοῦτο δὲ ἡμᾶς ἡ τρίτη τῶν Μακκαβαίων ἐδίδαξε βίβλος. Νενικηκὼς γὰρ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν Ἀντίοχον τὸν Μέγαν ὁ [65] Πτολεμαῖος, ἀφίκετο μὲν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προσενήνοχε δὲ τῷ Θεῷ θυσίας πολυτελεῖς· πειραθεὶς δὲ τῶν ἀδύτων ἐπιβῆναι [66] τοῦ ναοῦ, καὶ τοῖς ἱερεῦσι μεθ' ἱκετείας ἀπείργουσι, εἶξαι μὴ βουληθεὶς, μαστιγοῦται μὲν μάστιξιν ἀοράτοις· ἀπειλήσας δὲ τοῖς Ἰουδαίοις καταλαμβάνει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα ἐπιχειρεῖ, ἃ ἡ ἱστορία διδάσκει. Τοῦτο καὶ ἡ προφητεία προλέγει. « Ἥξει, φησὶ, πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ εἰσελεύσεται εἰς [66] τὰ ὑποστηρίγματα τοῦ βασιλέως τοῦ Βορρᾶ, καὶ ποιήσει ἐν αὐτοῖς, καὶ κατισχύσει. » Ὑποστηρίγματα δὲ καλεῖ τὰς τὸν φόρον αὐτῷ παρεχούσας πόλεις· οἷον γάρ πως στηρίζει καὶ ὑπερείδει τὴν βασιλείαν τὰ προσφερόμενα τέλη, δι' ὧν ἡ στρατιωτικὴ τρέφεται δύναμις.

η'. « Καί γε τοὺς θεοὺς αὐτῶν μετὰ τῶν χωνευτῶν αὐτῶν, πᾶν σκεῦος ἐπιθυμητὸν αὐτῶν, ἀργυρίου καὶ χρυσίου, μετ' αἰχμαλωσίας εἰσοίσει [67] εἰς Αἴγυπτον, καὶ αὐτὸς στήσεται ὑπὲρ βασιλέα τοῦ Βορρᾶ. » Ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ συμπλοκῇ οἱ Πτολεμαῖοι νενικήκασιν, ὡς αἱ ἱστορίαι διδάσκουσιν. Λέγει [67a] δὲ καὶ Ἰώσηππος οὕτως· « Τοὺς γὰρ Ἰουδαίους ἐπ' Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ἔτυχεν αὐτούς τε πολλὰ ταλαιπωρῆσαι, τῆς γῆς αὐτῶν κακουχουμένης [68], καὶ τοὺς τὴν Κοίλην Συρίαν νεμομένους. Πολεμοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Φιλοπάτορα [69] Πτολεμαῖον, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πτο-

[c] Mach. III, 1 seqq. apocryph.

VARIÆ LECTIONES.

[62] αὖτ. Edit. prior hab. αὐτῇ. Ita quoque A et B sed minus recte. [63] ἐκ. Des. in A. [64] ἐπὶ τῆς. Des. in B. [65] ὁ Ex B suppl. [66] ἐπιβ. In B post ναοῦ ponitur. [66] εἰς. A πρός. [67] A οἴσει. [67a] λέγει — οὕτως. *Ant. jud.* l. c. [68] B κακουμένης. Ita quoque Josephus, l. c. [69] Φιλοπ. Apud Jos. l. c. est Εὐπάτορα, sed codex quem Hudsonus ad h. l. allegavit, consentit cum nostra lectione.

Digitized by Google

λεμαῖον, ἐπικληθέντα δὲ [69a] Ἐπιφανῆ, κακοπαθεῖν A multa sustinerent, et eodem tam victo quam victore eadem paterentur. » Ac paulo post : « Cumque vicisset, inquit, Ptolemæum Antiochus, Judæam occupavit. Vita vero functo Philopatore, filius ejus magnum misit exercitum, duce Scopa, contra eos qui erant in Cœle-Syria : qui et multas eorum cepit urbes, et nostram gentem, quæ debellata adjuncta est ei. Nec multo post Antiochus Scopam vicit ad fontes Jordanis cum eo congressus, ac magnum illius exercitus partem occidit. Postea vero cum Antiochus urbes in Cœle-Syria subegisset, quas Scopas occuparat, et Samariam, sponte ad eum se adjunxere Judæi, receptoque in civitate omni ejus exercitu, et militibus, et elephantis, abunde commeatum præbuere, et præsidia a Scopa in arce Hierosolymorum relicta obsidenti alacriter opem tulere. » Et ne alia persequens ultra modum extendam volumen, ad illa volentem remitto.

συνέβαινεν αὐτοῖς, καὶ νικῶντος αὐτοῦ [70] καὶ πταίοντος τὰ αὐτὰ πάσχειν. » Καὶ μετὰ βραχέα· « Νικήσας μέντοι, φησὶ [71], τὸν Πτολεμαῖον ὁ Ἀντίοχος, τὴν Ἰουδαίαν προσάγεται. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Φιλοπάτορος ὁ παῖς αὐτοῦ μεγάλην ἐξέπεμψε δύναμιν, καὶ στρατηγὸν τὸν [71a] Σκοπᾶν ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ· ὃς πολλάς τε αὐτῶν πόλεις ἕλαβε, καὶ τὸ ἡμέτερον ἔθνος· πολεμούμενον γὰρ αὐτῷ προσέθετο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν Σκοπᾶν ὁ Ἀντίοχος νικᾷ συμβαλὼν αὐτῷ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου, καὶ πολλὴν αὐτοῦ τὴν στρατείαν [72] διέφθειρεν· ὕστερον δὲ, Ἀντιόχου χειρωσαμένου τὰς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις, ἃς ὁ Σκοπᾶς κατεσχήκει, καὶ τὴν Σαμάρειαν, ἑκουσίως αὐτῷ προσέθεντο Ἰουδαῖοι [73], καὶ τῇ πόλει δεξάμενοι, πᾶσαν [73a] αὐτοῦ τῇ τε στρατείᾳ καὶ τοῖς ἐλέφασιν ἀφθονίαν παρέσχον, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ [74] Σκοπᾶ καταλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ἱεροσολύμων φρουροὺς πολιορκοῦντι προθύμως συνεμάχησαν. » Καὶ ἵνα μὴ καὶ τὰ ἄλλα λέγων πέρα τοῦ μέτρου μηκύνω τὸ σύγγραμμα, εἰς ἐκεῖνα τὸν βουλόμενον παραπέμπω [75].

multa sustinerent, et eodem tam victo quam victore eadem paterentur. » Ac paulo post : « Cumque vicisset, inquit, Ptolemæum Antiochus, Judæam occupavit. Vita vero functo Philopatore, filius ejus magnum misit exercitum, duce Scopa, contra eos qui erant in Cœle-Syria : qui et multas eorum cepit urbes, et nostram gentem, quæ debellata adjuncta est ei. Nec multo post Antiochus Scopam vicit ad fontes Jordanis cum eo congressus, ac magnum illius exercitus partem occidit. Postea vero cum Antiochus urbes in Cœle-Syria subegisset, quas Scopas occuparat, et Samariam, sponte ad eum se adjunxere Judæi, receptoque in civitate omni ejus exercitu, et militibus, et elephantis, abunde commeatum præbuere, et præsidia a Scopa in arce Hierosolymorum relicta obsidenti alacriter opem tulere. » Et ne alia persequens ultra modum extendam volumen, ad illa volentem remitto.

θ', ι'. « Καὶ εἰσελεύσεται, φησὶν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ βασιλέως [76] τοῦ Νότου, καὶ ἀναστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ συνάξουσιν ὄχλον δυνάμεων πολλῶν. » *Υἱοὺς* δὲ *αὐτοῦ* καλεῖ τὴν στρατείαν [76a] πεπιστευμένους, ὡς υἱοὺς ἀνθρώπων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ υἱοὺς τῶν [77] προφητῶν τοὺς προφήτας· ἰδίωμα γάρ ἐστι τῆς Ἑβραίων διαλέκτου. « Καὶ εἰσελεύσεται ἐρχόμενος, καὶ κατακλύζων. » Ἀντὶ τοῦ, ῥύμῃ φερόμενος, καὶ κατακλυσμοῦ δίκην ἅπαντα διαφθείρων. « Καὶ παρελεύσεται, καὶ καθιεῖται, καὶ συμπλακήσεται ἕως τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. » Ἀντὶ τοῦ, παντὶ σθένει χρώμενος ὁρμήσει μὲν κατὰ τῆς Αἰγύπτου, στουδῇ δὲ στρατοπεδεύσει, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ μεταθήσει τὸν πόλεμον. Τούτοις ἐπάγει·

Vers. 9, 10. « Et ingredietur, inquit, in regnum regis Austri, et revertetur ad terram suam. Et filii ejus cogent turbam exercituum multorum. » *Filios* autem *ejus* vocat eos, quibus militandi munus impositum fuerat, sicuti filios hominum homines, et filios prophetarum prophetas, quod est Hebræorum linguæ idioma. **1274** « Et ingredietur veniens, et inundans. » Hoc est, cum impetu irruens, et diluvii instar omnia destruens. « Et præteribit, et sedebit, et congredietur usque ad robur ejus. » Hoc est, omnibus viribus invadet Ægyptum, et celeritate adhibita castra ponet, translato in eam regionem bello. His subjicit :

ια', ιβ'. « Καὶ ἀγριανθήσεται ὁ [77a] βασιλεὺς τοῦ Νότου, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ πολεμήσει μετὰ τοῦ βασιλέως τοῦ Βορρᾶ, καὶ στήσει ὄχλον πολὺν, καὶ παραδοθήσεται ὄχλος [78] ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ λήψεται ὄχλον πολὺν [79], καὶ ὑψωθήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ καταβαλεῖ μυριάδας, καὶ οὐκ ἰσχύσει [80]. » Τοῦ γὰρ βασιλέως τοῦ Νότου ἀντιπαρατεταγμένου μετὰ πλήθους πολλοῦ, περιγενήσεται, φησὶν, ὁ Ἀντίοχος, καὶ λήψεται τὸν ὄχλον ὑποχείριον, καὶ ὡς νενικηκὼς ὑπερηφανίᾳ χρήσεται, καὶ [81] πολλὰς κατακοντίσει μυριάδας. Ἀλλ' ὅμως οὐ περιγενήσεται τῆς Αἰγύπτου, οὐδὲ κρατήσει τῆς τοῦ Πτολεμαίου βασιλείας· οὗ χάριν δυσχεραίνων πάλιν, φησίν·

Vers. 11, 12. « Et irritabitur rex Austri, et egredietur, et pugnabit bello cum rege Aquilonis, et statuet turbam multam, et tradetur turba in manum ejus. Et capiet turbam multam, et exaltabitur cor ejus, et dejiciet multa millia, neque corroborabitur. » Cum enim rex Austri instructam turbam multam in acie opposuerit, superabit inquit, Antiochus, ac multitudinem illam sibi subjiciet, et quasi victor superbia elatus multa hominum millia conficiet. Verumtamen non potietur Ægypto, neque obtinebit Ptolemæi regnum. Qua de causa indignatus rursus :

ιγ'. « Ἐπιστρέψει βασιλεὺς τοῦ Βορρᾶ, καὶ ἄξει ὄχλον πολὺν ὑπὲρ τὸν πρότερον, καὶ εἰς τὸ τέλος τῶν καιρῶν, καὶ [82] ἐπελεύσεται εἰσόδια ἐν δυνάμει μεγάλῃ καὶ ἐν ὑπάρξει πολλῇ. » Αὖθις γὰρ, φησὶ, μείζω

Vers. 13. « Revertetur, inquit, rex Aquilonis, et adducet turbam majorem priori, et in fine temporum ingredietur ingrediendo in virtute magna et in substantia multa. » Rursus enim major, inquit,

VARIÆ LECTIONES.

[69a] ἐπικλ. δέ. Apud Jos. leg. τὸν κληθέντα. [70] αὐτ. Des. apud Jos. [71] φησί. Des. in B. [71a] τόν. Des. in B et apud Jos. [72] Βτῆς στρατείας, Jos. l. c. τῆς στρατιᾶς. [73] Ἰουδ. B præm. οἱ quod des. apud Jos. [73a] Apud Jos. leg. πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ. [74] τοῦ. Des. apud Jos. [75] B παραπέμψω. [76] τ. βασ. Des. in A. [76a] B τοὺς τὴν στρατηγίαν. [77] τῶν. Des. in B. [77a] ὁ. Des. in A et B. [78] ὄχλ, A et B præm. ὁ. [79] πολ. Des. in A et B. [80] A οὐ κατισχύσει. [81] καί. B. add. γάρ. [82] καί. Des. in A.

Digitized by Google

quam antea, exercitu coacto, invadet Ægyptum : quod faciet circa regni sui finem. Id enim significat : « In fine temporum, et ingredietur ingrediendo in virtute magna. » Hic duplicatio est Hebraica : voluit enim dicere, magno comitatu eum ingressurum **1275** esse. Est autem idioma tum Hebræorum, tum Syrorum, qui consueverunt dicere : Ingrediens ingressus est, et egrediens egressus est, et comedens comedit, et alia omnia hujuscemodi. Interpretes itaque nimia adhibita diligentia idiomata quoque Hebræa secuti sunt.

A τῆς προτέρας συναγαγὼν στρατείαν ὁρμήσει κατὰ τῆς Αἰγύπτου, ποιήσει δὲ τοῦτο περὶ τὸ τέλος τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας· τοῦτο γὰρ σημαίνει· « Εἰς τὸ τέλος τῶν καιρῶν, καὶ ἐπελεύσεται εἰσόδῳ ἐν δυνάμει μεγάλῃ [83]. » Ἐνταῦθα διπλασιασμός ἐστιν Ἑβραϊκός· ἠβουλήθη γὰρ εἰπεῖν, ὅτι εἰσόδῳ μεγάλῃ χρήσεται. Ἴδίωμα δέ ἐστι καὶ Ἑβραίων, καὶ Σύρων· καὶ οὗτοι γὰρ κἀκεῖνοι λέγειν εἰώθασιν· Εἰσερχόμενος εἰσελήλυθε, καὶ Ἐξερχόμενος ἐξελήλυθε, καὶ Ἐσθίων ἐσθίει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμοίως. Πλείονι τοίνυν οἱ ἑρμηνευταὶ ἀκριβείᾳ χρώμενοι, καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἰδιώμασιν ἠκολούθησαν.

Vers. 14. « Et in temporibus illis, inquit, multi assurgent adversus regem Austri. » Ita enim ab Antiocho debellatum Ptolemæum, ut imbecillem, in reliquum etiam finitimi contemnent. « Et filii pestilentium populi tui extollentur, ut statuant visionem, et extollentur ac debilitabuntur. » Hic rursus pestilentes *filios pestilentiarum* appellavit : scelesti enim, et improbis moribus depravati, impiamque vitam pietati præferentes, per hos reges cultum legitimum evertere conabuntur, neque poterunt : illi enim minus impii Judæorum nationem coluerunt et observarunt.

ιδ'. « Καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, φησὶ, πολλοὶ ἐπαναστήσονται ἐπὶ βασιλέα τοῦ Νότου. » Οὕτω γὰρ Ἀντιόχου [84] καταγωνισαμένου τὸν Πτολεμαῖον, ὡς ἀσθενοῦς λοιπὸν καὶ οἱ πλησιόχωροι καταφρονήσουσι. « Καὶ οἱ υἱοὶ τῶν λοιμῶν τοῦ λαοῦ σου ἐπαρθήσονται [85], τοῦ στῆσαι ὅρασιν, καὶ ἐπαρθήσονται, καὶ ἀσθενήσουσι. » Πάλιν ἐνταῦθα *υἱοὺς λοιμῶν* τοὺς λοιμοὺς προσηγόρευσεν· οἱ γὰρ πονηρίᾳ, φησὶ, καὶ μοχθηρίᾳ τρόπων συζῶντες, καὶ τὸ δυσσεβῶς [86] ζῆν τῆς εὐσεβείας προαιρούμενοι, πειραθήσονται διὰ τούτων τῶν βασιλέων τὴν νομικὴν καταλῦσαι λατρείαν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν· ἧττον γὰρ ὄντες ἀσεβεῖς οὗτοι θεραπεύοντες τὸ Ἰουδαῖον διετέλεσαν ἔθνος.

Vers. 15. « Et accedet, inquit, rex Aquilonis, et struet aggerem, et capiet urbes munitas. » Hoc est, obsidens aggeribus adhibitis, machinisque admotis. « Et brachia regis Austri non stabunt. » Hoc est, omnibus destituetur viribus. « Et consurgent electi ejus, neque erit robur ad standum. » Et coactis strenuis bellatoribus suis nihil proficiet.

ιε'. « Καὶ εἰσελεύσεται, φησὶν, ὁ βασιλεὺς [87] Βορρᾶ, καὶ ἐκχεεῖ πρόσχωμα, καὶ συλλήψεται πόλεις ὀχυράς. » Ἀντὶ τοῦ, πολιορκίᾳ [88], καὶ χώμασι, καὶ μηχανήμασι χρήσεται. « Καὶ βραχίονες [89] τοῦ [90] βασιλέως τοῦ Νότου οὐ στήσονται· » τουτέστι, πάσης δυνάμεως ἔρημος γενήσεται. « Καὶ ἀναστήσονται οἱ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ἰσχὺς τοῦ στῆναι [91]. » Καὶ τοὺς ἀριστέας δὲ αὐτοῦ συλλέγων ὀνήσει οὐδέν [92].

Vers. 16. « Et faciet adveniens adversus eum secundum voluntatem suam, et non est qui stet ante faciem ejus. » Facile enim, inquit, erit in posterum unicuique, eum contemnere, **1276** quod resistere et adversarios superare nequeant. « Et stabit in terra Sabir. » Quædam exemplaria « in terra Sabaim » habent : et quidam eorum, qui Hebræorum vocem in Græcam transtulere, *voluntatis terram* terram Sabir vocarunt : significat autem promissionis terram, quæ voluntatis erat, et montem Sion [d], quem dilexit, et in quo beneplacitum est Deo habitare in eo [e]. *Sabaim* vero virtutum (sive exercituum) exponitur. Sive igitur terra voluntatis, sive terra virtutis Judæa vocata sit (etenim supra quoque *virtutem* ipsam appellavit, et hic *Sabaim* sive *Sabir* eam nuncupat) : ingredietur, inquit, rex Babylonis in hanc quoque terram.

ιδ'. « Ἐξαναστήσεται γὰρ ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα τὰ τετειχισμένα σου ἀφανισθήσεται [53]· » οὔτε τοῦ πλήθους ὄνησίν σοί τινα φέροντος, οὔτε τῶν τειχῶν παρεχόντων τὴν ἀσφάλειαν.

« Καθὼς ἠφανίσθη ὁ ἄρχων Σαλμανὰ ἐν [54] τῷ οἴκῳ Ἀρβεὴλ, ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν. (ιε'.) Οὕτω ποιήσω ὑμῖν, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ [55], ἀπὸ προσώπου τῆς κακίας ὑμῶν. » Τινές φασι περί τινος ἄρχοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ταῦτα καὶ δεδρακότος καὶ πεπονθότος εἰρῆσθαι τὰ εἰρημένα· ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι περὶ τοῦ Μαδιὰμ ἄρχοντος ταῦτα λελέχθαι, ὃν χειρωσάμενος ἀνεῖλεν ὁ Γεδεών· καὶ γὰρ ἐκείνου ὠμότητα ἡ θεία κατηγορεῖ Γραφή. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Θοῦ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, ὡς τὸν Ὠρήβ, καὶ Ζήβ, καὶ Ζεβεὲ [56], καὶ Σαλμανά. » Λέγει τοίνυν, ὅτι Καθάπερ ὁ Σαλμανὰ παντελῆ ὑπέμεινεν ὄλεθρον, ἐπειδὴ ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισεν· οὕτω καὶ ποιήσω ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ προσώπου τῆς κακίας ὑμῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

α'. « Ὄρθρου ἀπερρίφησαν [57]. » Ὅτε προσεδόκησαν τὴν τῶν Αἰγυπτίων βοήθειαν ὡς ὄρθριον αὐτοῖς ἐν σκότει διάγουσι φανησομένην, τηνικαῦτα ἀπήχθησαν δορυάλωτοι. « Ὡς ὄρθρος [58] ἀπερρίφη βασιλεὺς Ἰσραήλ. » Τὸ σύντομον τῆς πανωλεθρίας διὰ τούτων ἠνίξατο· βραχὺν γὰρ καὶ ὁ ὄρθρος κατέχει καιρὸν, εἶτα ἀνίσχων ὁ ἥλιος τὴν ἡμέραν ποιεῖ. « Διότι νήπιος Ἰσραήλ. » Ἐξ ἀνοίας, φησὶ, καὶ παιδικῆς διαet metite fructum **1360** vitæ. » Nam vobis, non Deo, semina seminantur, et metuntur. « Illuminate vobis lumen scientiæ. » Prius enim oportet alias virtutes excolere, tum ad divinorum cognitionem aspirare. « Dum adhuc est tempus, quærite Dominum, donec obtingant vobis fruges justitiæ. » Tale est illud a Davide dictum : « Veniamus ante faciem ejus cum confessione [f]. » Interea dum nos ejus patientia tolerat, in meliora vitam commutemus, ut fructus justitiæ percipiamus.

Vers. 13. « Cur reticuistis impietatem, et fructum ejus vindemiastis? » Vos, inquit, qui impie egistis, pœnitentiæ remediis curari oportebat, et non tacere, sed confiteri mala, quæ commisistis. « Comedistis fructum mendacem, quia sperasti in curribus tuis, in multitudine virtutis tuæ. » *Cibum mendacem* vocat vanam spem : nam cum multitudini et curribus confideres, nullam ex his utilitatem reportasti. Etenim :

Vers. 14. « Consurget perditio in populo tuo, et omnia munita tua delebuntur : » nullam opem tibi ferente multitudine, nullamque securitatem muris præstantibus.

« Sicut exstinctus est princeps Salmana in domo Arbeelis, in diebus belli matrem super filios alliserunt. (Vers. 15.) Sic faciam vobis, domus **1361** Israelis, propter malitiam vestram. » Quidam dicunt, hæc de quodam principe dicta esse, qui eo tempore hæc faciebat et patiebatur : ego vero existimo, hæc de Madianis principe dicta fuisse, quem captum interfecit Gedeon. Illius enim crudelitatem damnat sacra Scriptura. Hujus quoque mentionem facit beatus David, dicens : « Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmana [g]. » Ait itaque, Non secus ac Salmana funditus periit, cum tempore belli matrem super filios allisisset : sic faciam vobis, domus Israelis, propter malitiam vestram.

CAPUT XI.

Vers. 1. « Mane projecti sunt. » Cum exspectarent ipsi ab Ægyptiis subsidium, quod illis in tenebris degentibus tanquam diluculum appariturum esset, tunc in captivitatem abducti fuerunt. « Sicut mane projectus est rex Israelis. » Repentinum exitium his verbis designavit. Nam ad breve tempus durat diluculum, mox exoriens sol diem infert. « Quia parvulus Israel. » Propter inscitiam,

[f] Psal. xciv, 2. [g] Psal. lxxxii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[49] ἑαυτ. Edit. prior hab. αὐτοῖς. [50] ὡς ἔτι καιρ. Ita Ald. [51] τ. καρπ. Rec. lect. est, τὰς ἀδικίας. [52] ἅρμ. Ita A et C cum Alex. Præstat lectio cod. Vat. ἁμαρτήμασι. [53] Rec. lectio est, περιτετειχισμένα σου οἰχήσεται. [54] ἐν — Ἀρβ. Bene juxta Hebr. ut in Barb. et Laud. apud Grab. [55] Ἰσρ. Ex errore librariorum ortum esse videtur ex Ἠλ. [56] Ζεβ. C præm. ὡσεί. [57] Ὀρθ. ἀπ. et deinde ὡς — Ἰσρ. ad finem cap. x pertinet juxta Hebr. [58] Ὡς ὄρθρ. Des. apud LXX.

Digitized by Google

inquit, et puerilem sensum, hanc sustinent ultionem. [2] Ego enim eos ex Ægypto reduxi, et ex acerbissima illa servitute liberavi : ipsi contra me ingrati facti, idolorum cultum magis amaverunt (hæc enim vocat Baalim), [3, 4] me vero, qui colligavi, **1362** et ab incondito gressu expedivi, et paternum affectum erga eum ostendi, et omnis generis curationem ei adhibui, agnoscere noluit, etsi ab omni pernicie hominum invadentium sæpe eos liberavi, amoris in eos studio tanquam vinculo quodam constrictus, quo etiamnum eos curo, et his correctionibus trado, haud aliter ac si quis peccantem puerum in maxilla feriat. Mihi vero satis est, ut torve illum intuear, et penitus ipsum perdam. Hoc enim significavit, cum dixit :

« Respiciam ad eum, et prævalebo ei. (Vers. 5.) Habitavit Ephraim in Ægypto, et Assur ipse rex ejus. » Non enim effugiet hujus dominatum, licet millies in Ægyptum fugiat : causa vero malorum illi exstitit, « quia noluit converti. » Propterea enim, etsi multitudine et omni genere armorum utitur, nihil tamen virile edet : sed malorum consiliorum fructus capiet, longeque a terra sua abducetur, quandoquidem omnia pretiosa adversariis tradam, et continuo deprimam. Postquam hos terrores injecit, rursus misericordiæ verbis utitur, sermonis varietate utilitatem eis comparans.

Vers. 8. « Quomodo te disponam, Ephraim ? » Quomodo, inquit, o Ephraim, erga te me geram ? « Protegam te, Israel : quomodo te disponam ? » Ego enim te defendere studeo, sed me hoc facere impia scelera tua non sinunt. Quare « sicut Adama ponam te, et sicut Seboim. » Quæ una cum Sodoma **1363** et Gomorrha incensæ sunt. At vixdum contra eos sententiam tulerat, cum misericordia ductus sententiam revocat.

« Conversum est cor meum in ipso : simul commota est pœnitentia mea. (Vers. 9.) Non faciam juxta iram furoris mei, non derelinquam ut deleatur Ephraim. » Patrem imitatur, et matrem, qui a natura conturbantur, et diu aversari filios non possunt. Hæc autem dicit, non quasi hoc nunc velit, nunc rursus, mutata voluntate, nolit : sed sermonem effingit ad iram et benignitatem, ad vindictam et miserationem, ut per illa terrorem afferat, per hæc vero exhortationem. Hanc ejus misericordiam beatus quoque David celebrat : « Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentium se [h]. » Et per Isaiam dicit ipse Deus : « Nunquid oblivisci potest mulier infantis

[h] Psal. CII, 13.

A νοίας ταύτην ὑπομένουσι τὴν τιμωρίαν. Ἐγὼ γὰρ αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα, καὶ τῆς πικρᾶς ἐκείνης ἠλευθέρωσα δουλείας· αὐτοὶ δὲ ἀγνώμονες περὶ ἐμὲ γενόμενοι, τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν προείλοντο· ταῦτα γὰρ καλεῖ Βααλείμ· ἐμὲ δὲ τὸν συμποδίσαντα, καὶ τῆς ἀτάκτου φορᾶς ἀπαλλάξαντα, καὶ πατρικὴν περὶ αὐτὸν φιλοστοργίαν ἐπιδειξάμενον, καὶ ἴασιν αὐτῷ παντοδαπὴ ἐπιτεθεικότα, ἐπιγνῶναι οὐκ ἠβουλήθη· καὶ μὴν ἀπὸ παντοδαπῆς αὐτοὺς διαφθορᾶς τῶν ἐπιόντων ἀνθρώπων πολλάκις ἀπήλλαξα, οἷόν τινι δεσμῷ τῇ περὶ αὐτοὺς κατεχόμενος ἀγάπῃ, δι' ἣν καὶ ἔτι αὐτῶν κήδομαι, καὶ ταύτας περιβάλλω ταῖς παιδείαις, ὅμοιον ποιῶν, ὡς εἴ τις ἡμαρτηκότα παῖδα κατὰ τῆς σιαγόνος παίσειεν. Ἀρκεῖ δέ μοι, καὶ δριμὺ πρὸς αὐτὸν βλέψαι, καὶ
B παντοδαπῶς αὐτὸν ἀναλῶσαι. Τοῦτο γὰρ ἐσήμανεν εἰρηκώς·

« Ἐπιβλέψομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δυνήσομαι αὐτῷ. (ε'.) Κατῴκησεν Ἐφραὶμ Αἴγυπτον [59], καὶ Ἀσσὼρ αὐτὸς ὁ [60] βασιλεὺς αὐτοῦ. » Οὐ διαφεύξεται γὰρ τὴν τούτου δεσποτείαν, κἂν μυριάκις εἰς Αἴγυπτον δραπετεύσῃ· αἴτιον δὲ αὐτῷ τῶν κακῶν, « ὅτι οὐκ ἠθέλησεν ἐπιστρέψαι. » Τούτου γὰρ [61] χάριν, καὶ πλήθει χρώμενος καὶ πανοπλίαις, οὐδὲν ἀνδρεῖον ἐπιδείξεται· ἀλλὰ τῶν κακῶν βουλευμάτων δρέψεται τοὺς καρποὺς, καὶ πόρρω τῆς οἰκείας γενήσεται γῆς· ἐπειδὴ ἐγὼ πάντα τὰ [62] τίμια παραδώσω τοῖς ἐναντίοις, καὶ διηνεκῶς ταπεινώσω. Τούτοις αὐτοῖς [63] καταλήξας, πάλιν τοῖς τῆς φιλανθρωπίας κέχρηται λόγοις, τῇ ποικιλίᾳ τῆς διαλέξεως ὠφέλειαν αὐτοῖς μηχανώμενος.
C η'. « Τί σε διαθῶ, Ἐφραΐμ; » Πῶς σοι, φησὶν, ὦ Ἐφραΐμ, χρήσομαι; « Ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραήλ· τί σε διαθῶ [64]; » Ἐγὼ γὰρ [65] ὑπερμαχῆσαί σου βούλομαι· οὐκ ἐᾷ δέ με τὰ ὑπὸ σοῦ τολμώμενα ἀσεβήματα· διὸ « ὡς Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβωΐμ [66]. » Αἳ μετὰ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐνεπρήσθησαν. Ἀλλ' οὕπω τὴν κατ' αὐτῶν ψῆφον ἐξενεγκὼν, τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀπόφασιν λύει.

« Μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τούτῳ [67]· συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου. (θ'.) Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου· οὐ μὴ ἐγκαταλίπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ. » Πατέρα μιμεῖται καὶ μητέρα ὑπὸ τῆς φύσεως διαταραττομένους, καὶ
D ἐπὶ πλεῖστον ἀποστρέφεσθαι τὰ τέκνα μὴ δυναμένους. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς νῦν μὲν τοῦτο βουλόμενος, νῦν δὲ τοῦτο μεταβουλευόμενος· ἀλλὰ σχηματίζει τὸν λόγον εἰς ὀργὴν καὶ φιλανθρωπίαν, εἰς τιμωρίαν καὶ ἔλεον, καὶ δι' ἐκείνων καταπλήττων, καὶ διὰ τούτων προτρέπων. Ταύτην αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ ὁ μακάριος ᾄδει Δαβίδ· « Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν. » Καὶ διὰ Ἡσαΐου αὐτός φησιν [i]

VARIÆ LECTIONES.

[59] Rec. lectio est ἐν Αἰγύπτῳ. [60] ὁ. Des. in C. [61] γάρ. Des. in C. [62] τά. Ib. præm. αὐτοῦ. [63] C αὐτούς. [64] τί σε διαθῶ. Des. ibid. [65] γάρ. C μέν. [66] Ibid. Σεβωείμ. [67] Rec. lectio est τῷ αὐτῷ.

Digitized by Google

Θεός· « Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ γυνὴ ἐπιλάθοιτο ταῦτα ποιῆσαι, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι, εἶπεν ὁ Ἅγιος. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν λέγει· « Μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τούτῳ, συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου. Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου, οὐ μὴ ἐγκαταλίπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ. Διότι Θεός εἰμι ἐγὼ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἐν σοὶ ἅγιος, καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. » Οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ, φησὶ, παραπλησίως ὀργίζομαι, οὐδὲ ἐπὶ πλεῖστον μνησικακεῖν ἀνέχομαι· Θεὸς γάρ [68] εἰμι ἅγιος, καὶ ἐν τοῖς περὶ σὲ φαινόμενος, καὶ τῶν γηΐνων ἁπάντων ὑπέρτερος, καὶ οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις οἰκεῖν ἠναγκασμένος· παντα-χοῦ δὲ παρὼν, καὶ τοῖς πᾶσι παριστάμενος. Τοσαύ-της τοίνυν φιλανθρωπίας ἀπολαύοντες,

ι'. « Ὀπίσω, φησὶ, Κυρίου πορεύεσθε [69]· » ἑπόμενοι διηνεκῶς, καὶ πᾶν τὸ κελευόμενον δρῶντες. « Ὡς λέων γὰρ ἐρεύξεται, καὶ ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων. » Καθάπερ γὰρ ὁ [70] λέων βρυχώμενος, τὰ πελάζοντα καὶ τοῦ βρυχήματος ἐπαΐοντα δεδίττεται ζῶα· οὕτω τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐπαμῦναι ὑμῖν ἐθελή-σαντος, δειλία καθέξει τοὺς ἐναντίους, δίκην ἰχθύων οὐδὲ τὸν τυχόντα κτύπον φέρειν ἀνεχομένων, ἀλλ' ἐν τοῖς ὕδασι κρυπτομένων. *Τέκνα* γὰρ *ὑδάτων* τοὺς ἰχθύας προσηγόρευσεν, ὡς ἐν τοῖς ὕδασι τὰς τῆς ζωῆς ἔχοντας ἀφορμάς. Οὕτω δὲ τῇ θείᾳ βουλῇ τῶν πολεμίων καταλυθέντων,

ια'. « Ἥξουσιν [71] ὡς ὄρνεον ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὡς περιστερὰ ἐκ γῆς Ἀσσυρίων, καὶ ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, λέγει Κύριος. » Ὃν τρόπον γὰρ τὰ τε ἄλλα ὄρνεα, καὶ διαφερόντως αἱ περιστεραὶ, τῇ πτήσει χρώμεναι καὶ περιπετόμεναι, ῥᾳδίως ἐπανίασιν εἰς τὰς οἰκείας καλιάς· οὕτω καὶ ὑμᾶς τοὺς μὲν ἔνθεν, τοὺς δὲ ἐκεῖθεν, εὐπετῶς ἐπαν-άξει, καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀπολαβεῖν παρασκευάσει. Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὴν ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ γενομέ-νην ἐπάνοδον· τῶν γὰρ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόν-των [72], καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοικοδομούντων κατὰ τὸν Κύρου τοῦ Πέρσου νόμον, καὶ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ διάγοντες θαῤῥήσαντες ἐπανῆλθον.

ιβ'. « Ἐκύκλωσέ με ἐν ψεύδει Ἐφραΐμ, καὶ ἐν ἀσεβείᾳ [73] οἶκος Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα. » Ἐγὼ μὲν, φησὶ, τοσαύτης αὐτοὺς ἀξιῶ προμηθείας· αὐτοὶ δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀμείβονται, τὴν ψευδῆ καὶ δυσσεβῆ λατρείαν τῆς ἐμῆς προαιρούμενοι θεραπείας. « Νῦν ἔγνω αὐ-τοὺς ὁ Θεὸς, καὶ λαὸς ἅγιος κεκλήσεται Θεοῦ. » Ἀλλ' ὅμως καὶ τοιούτους ὄντας ἐπιμελείας ἀξιώσω, καὶ λαὸν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀφιερωμένον χρηματίσαι ποιήσω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

α'. « Ὁ δὲ Ἐφραΐμ, πονηρὸν πνεῦμα, ἐδίωξε καύσωνα ὅλην τὴν ἡμέραν. » Καὶ διδάσκων, τί

sui, ut non misereatur filii uteri sui? Et si illa oblita fuerit hæc facere, ego tamen non obliviscar tui, dixit Sanctus [i]. » Hic igitur ait quoque: « Conversum est cor meum in ipso, simul commota est pœnitentia mea. Non faciam juxta iram furoris mei, non derelinquam ut deleatur Ephraim. Quoniam Deus sum, et non homo, in te sanctus, et non ingrediar civitatem. » Non enim pariter, inquit, atque homo, irascor, neque possum diutissime injuriarum memoriam retinere. Deus enim sanctus sum, et in tuis apparens, et terrenis rebus omnibus superior: nec similiter ut homines habitare **1364** cogor, sed ubique adsum, et omnibus assisto. Cum igitur tantam obtineatis misericordiam,

Vers. 10. « Post Dominum, inquit, ambulate: » sequentes perpetuo, et omne imperatum facientes. Etenim: « Sicut leo rugiet, et formidabunt filii aquarum. » Nam quemadmodum leo rugiens vicina et rugitum exaudientia animalia perterrefacit: sic Dei præpotentis, vobis auxiliari volentis, metus perterrebit hostes, more piscium ne minimum quidem crepitum ferre valentium, sed in aquas se abdentium. *Filios* enim *aquarum* vocavit pisces, in aquis vitæ opportunitatem invenientes. Atque in hunc modum hostibus divina voluntate dissipatis,

Vers. 11. « Venient quasi avis ex Ægypto, et quasi columba de terra Assyriorum: et restituam eos ædibus suis, dicit Dominus. » Sicut enim tum cæteræ aves, tum maxime columbæ, alarum ope circumvolantes, facile in nidos suos revertuntur; ita et vos alios hinc, alios illinc facile revocabit, et patrium in solum redire faciet. Per hæc autem significat reditum sub Zorobabele factum. Nam cum alii ex Babylone reversi essent, et urbem Hierosolymam ex Cyri Persæ lege rœdificassent, alii etiam, qui in Ægypto versabantur, fiducia sumpta, redierunt.

Vers. 12. « Circumdedit me mendacio Ephraim: et impietate domus Israel et Juda. » Ego quidem, inquit, tanta illos dignor providentia: **1365** ipsi vero contrariis compensant, falsam et impiam religionem cultui meo anteponentes. « Nunc cognovit eos Dominus, et populus sanctus Dei vocabitur. » Et tamen, cum tales sitis, mihi nihilominus curæ eritis, et vos populum universorum Deo consecratum appellari faciam.

CAPUT XII.

Vers. 1. « Ephraim autem pravus spiritus, persecutus est æstum toto die. » Et docens, quid

[i] Isa. XLIX, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[68] γάρ. C δέ. [69] Rec. lect. est πορεύσομαι. [70] ὁ. Des. in C. [71] Ἥξ. Rec. lect. est ἐκστήσονται. [72] ἐπαν. Ita cum C leg. Sirm. ἐπαγγελθέντων. [73] Rec. lectio est ἀσεβείαις.

Digitized by Google

æstum vocet, subdit : « Inania et vana multiplicavit, et fœdus cum Assyriis pepigit, et oleo in Ægypto mercaturam fecit. » *Pravum spiritum* vocat malam voluntatem ; *studium* vero *circa æstum* dicit, non solum infructuosum, sed etiam perniciosum laborem. Cum enim, inquit, ego tali animi sensu erga illos usus essem, impie viventes, colles atque idolorum multitudinem erexerunt. Hæc enim *inania* et *vana* vocavit, quæ æstus instar omnes eorum fructus corruptura sint. Ad hæc, cum a cura mea defecissent, modo Assyrium sibi præesse rogarunt, modo ab Ægyptiis subsidia petierunt. *Olei* enim *mercaturam* istud vocat. Mercaturam quippe non damnat, sed duorum alterum significat : vel quod oleum velut donum quoddam regi Ægyptiorum offerrent, vel quod aurum offerentes, misericordiam ab eo poscerent, ut eis auxilio esset, rogantes.

A καύσωνα καλεῖ, ἐπάγει · « Κενὰ καὶ μάταια ἐπλήθυνε, καὶ διαθήκην μετὰ Ἀσσυρίων ἔθετο, καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο. » *Πονηρὸν πνεῦμα* τὴν πονηρὰν προσαγορεύει προαίρεσιν · *τὴν δὲ περὶ τὸν καύσωνα σπουδὴν*, τὸν οὐ μόνον ἄκαρπον, ἀλλὰ καὶ ἐπιζήμιον λέγει πόνον. Ἐμοῦ γὰρ, φησὶ, τοιαύτῃ περὶ αὐτοὺς κεχρημένου τῇ γνώμῃ, μοχθηρίᾳ συζῶντες βουνοὺς καὶ πλῆθος εἰδώλων ἀνέστησαν· ταῦτα γὰρ *κενὰ* καὶ *μάταια* κέκληκεν, ἃ δίκην καύσωνος ἅπαντας αὐτῶν διαφθερεῖ τοὺς καρπούς. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τῆς ἐμῆς σφᾶς αὐτοὺς ἀποστήσαντες κηδεμονίας, νῦν μὲν τὸν Ἀσσύριον προστατεύειν αὐτῶν ἐλιπάρησαν, νῦν δὲ τῶν Αἰγυπτίων τὴν ἐπικουρίαν ἐζήτησαν. *Ἔλαιον* γὰρ *ἐμπορίαν* τοῦτο καλεῖ. Οὐ γὰρ τῆς ἐμπορίας κατηγορεῖ, ἀλλὰ B τῶν δύο τὸ ἕτερον αἰνίττεται· ἢ ὅτι τὸ ἔλαιον οἷόν τι δῶρον τῷ τῶν Αἰγυπτίων προσέφερον βασιλεῖ, ἢ ὅτι χρυσὸν προσφέροντες τὸν παρ' ἐκείνου ἐπήγγελλον ἔλεον, ἐπίκουρον αὐτοῖς γενέσθαι παρακαλοῦντες.

Vers. 2. « Et judicium Domino cum Juda, ut vindictam sumat de Jacobo juxta vias ejus, et juxta adinventiones ejus reddet ei. » Cæterum contra **1366** ista sic ab illis commissa judicium exercebo, et Judam iniquitatis reum faciam, ac justam in illum sententiam feram, quod avitam virtutem non æmulatus fuerit, sed impietate progenitorem dehonestarit. Post hæc Jacobi res gestas in medium affert, ut virtutis paternæ collatione apertius horum redarguat iniquitatem.

β'. « Καὶ κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς Ἰούδαν, τοῦ ἐκδικῆσαι τὸν Ἰακὼβ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ. » Ἀλλὰ γὰρ τούτων οὕτω παρ' αὐτῶν γιγνομένων, δικαστήριον συγκροτήσω· καὶ τὴν τοῦ Ἰούδα παρανομίαν ἐλέγξω, καὶ δικαίαν κατ' αὐτοῦ τὴν ψῆφον ἐξοίσω, ὅτι τοῦ προπάτορος τὴν ἀρετὴν οὐκ ἐζήλωσεν, ἀλλὰ τῇ δυσσεβείᾳ τὸν πρόγονον ὕβρισεν. Εἶτα τὰ κατὰ τὸν Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην εἰς μέσον φέρει, τῇ παραθέσει τῆς πατρῴας ἀρετῆς ἐναργέστερον τὴν τούτων διελέγχων παρανομίαν.

Vers. 3, 4. « In utero supplantavit fratrem suum, et in labore suo prævaluit Deo. Et confortatus est cum angelo, et prævaluit. » Ille in ipso, inquit, partus tempore plantam fratris tenens in lucem prodiit [j], qualis futurus esset præsignificans, et fore ut scita fraude primogenituræ acceptarus esset benedictionem. Progressu vero temporis vir factus, adeo virtutis exercitatione excelluit, ut Dei sibi providentiam conciliaverit : cumque aliquando fratris timeret adventum, Deumque invocasset, non qualecunque auxilium obtinuit, sed noctu visus est sibi luctari [k] cum eo qui apparuerat, atque victoriam reportare, ut metum ex animo ejiceret, reputans, eum qui superare Deum sibi visus fuisset, nequaquam ab homine victum iri. Eumdem autem et *Deum* et *angelum* vocavit, quia utrumque nomen beatus Moses posuit. Dominus enim noster Jesus Christus, et Deus fortis, et magni consilii Angelus ab Isaia [l] vocatus est. « Fleverunt, et deprecati sunt me, in domo On invenerunt me ; et ibi dictum est ad eos. » Hoc **1367** alii interpretes, Aquila, Symmachus, et Theodotio, ut de Jacobo dictum posuerunt : « Flevit, et deprecatus est cum, et in Bethel invenit eum. »

γ', δ'. « Ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐν κόποις αὐτοῦ ἴσχυσε πρὸς Θεόν. Καὶ ἐνίσχυσε μετὰ ἀγγέλου, καὶ ἠδυνήθη. » Ἐκεῖνος, φησὶ, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῶν ὠδίνων καιρὸν τῆς τοῦ ἀδελφοῦ πτέρνης ἐπειλημμένος εἰς φῶς προελήλυθε, προσημαίνων οἷος ἔσται, καὶ ὅτι τῶν πρωτοτοκίων διὰ τῆς καλῆς ἀπάτης κομιεῖται τὴν εὐλογίαν. Καὶ τοῦ χρόνου δὲ προελθόντος εἰς ἄνδρα τελέσας, οὕτως ἐν τοῖς τῆς ἀρετῆς διέπρεψε πόνοις, ὡς καὶ τὴν θείαν προμήθειαν ἐπισπάσασθαι, καί ποτε δείσας τὴν ἄφιξιν τοῦ Ἡσαῦ, καὶ τὸν Θεὸν ἀντιβολήσας, οὐχ ἁπλῶς τῆς ἐκεῖθεν ἐπικουρίας ἀπήλαυσεν, ἀλλὰ καὶ παλαίειν ἔδοξε νύκτωρ ὀφθέντι, καὶ δρέπεσθαι τὴν νίκην, ἵνα τὸ δέος τῆς διανοίας ἐκβάλῃ, λογισάμενος ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ περιγενέσθαι δόξας, ὑπ' ἀνθρώπων οὐχ ἡττηθήσεται. Τὸν δὲ αὐτὸν καὶ *Θεὸν* καὶ *ἄγγελον* κέκληκεν, ἐπειδὴ καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς ἀμφότερα τέθεικε τὰ ὀνόματα. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς, καὶ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ προσηγόρευται. « Ἐκλαυσαν, καὶ ἐδεήθησάν μου, ἐν τῷ οἴκῳ Ὧν ηὗρόν με, καὶ [74] ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς. » Τοῦτο οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, καὶ Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος, καὶ Θεοδοτίων, ὡς περὶ τοῦ Ἰακὼβ εἰρημένον τε-

[j] Gen. xxv, 26. [k] Gen. xxxii, 24, seqq. [l] Isa. ix, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[74] καὶ. Des. in C.

Digitized by Google

θείκασιν· « Ἔκλαυσε [75], καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ, καὶ ἐν Βαιθὴλ ηὗρεν αὐτόν. » Φεύγων γὰρ ὁ Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ πρὸς Λάβαν τὸν θεῖον ἀποδιδράσκων, ἐν τῇ Βαιθὴλ γενόμενος τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἔτυχε, καὶ τὰς θείας ἐπαγγελίας ἐδέξατο. « Μὴ φοβοῦ γὰρ, φησὶν, Ἰακὼβ, διότι ἐγὼ μετὰ σοῦ εἰμι. » Καὶ κλαίων δὲ, ὡς εἰκὸς, τοὺς λόγους ἐκείνους ἐποιήσατο· « Ἐάν μοι δῷ Κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι, καὶ ἀποκαταστήσει [76] με μετ' εἰρήνης, ἔσται μοι Κύριος εἰς Θεὸν, καὶ ὁ λίθος, ὃν ἔστησα, ἔσται μοι εἰς οἶκον Θεοῦ, καὶ πάντων, ὧν ἐάν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι αὐτά. » Καὶ ἐπανιὼν δὲ, κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον γενόμενος, τὸν εὐεργέτην ὑμνῶν ἔλεγεν, ὅτι « Ἐν τῇ [77] ῥάβδῳ μου ταύτῃ παρῆλθον τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἰδοὺ γέγονα εἰς δύο παρεμβολάς. » Τοῦτο τοίνυν οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον ἑρμηνεύσαντες παρεδήλωσαν, διδάσκοντες ὅτι ἐν τῇ Βαιθὴλ, ἥτις, φησὶ, νῦν τὸ Ὢν εἴδωλον ἔχει, ὤφθη τῷ Ἰακώβ· οἱ δὲ Ἑβδομήκοντα ἐπὶ πληθυντικὸν ἀπὸ τοῦ ἑνικοῦ μεταβάντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς οὕτω νοεῖν, ὅτι Ὁ μὲν προπάτωρ ὑμῶν τοιοῦτος περὶ ἐμὲ γενόμενος τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἠξίωται· ὑμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν ὠδεύσατε, καὶ μεταμελείᾳ δὲ χρήσασθαι βουληθέντες, οὐκ εἰς τὸν ἀφιερωμένον μοι νεὼν ἐληλύθατε, ἀλλὰ παρὰ τὸ Ὢν εἴδωλον ὀλοφυρόμενοι τὴν ἐμὴν ἐζητεῖτε βοήθειαν. Ἐγὼ δὲ καὶ οὕτω παροινούμενος ἐπεφάνην [78] ὑμῖν, καὶ ἐν οἷς ἐκαλέσατε τόποις τὰς ἀποκρίσεις ἐποιησάμην. Καὶ τοῦτο διδάσκει σαφῶς Ἀμὼς ὁ προφήτης, ἐν τῇ Βαιθὴλ, ἐν ᾗ τὸ εἴδωλον ἦν τὸ Ὢν, πᾶσαν ποιησάμενος τὴν προφητείαν· πρὸς ὃν καὶ ὁ Ἀμασίας, ὁ τῆς Βαιθὴλ ἱερεὺς, ἔφη· « Πορεύου εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ μὴ προφήτευε εἰς Βαιθὴλ, ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστίν. »

ε', ς'. « Ὁ δὲ Κύριος [79] ὁ παντοκράτωρ ἔσται μνημόσυνον αὐτοῦ. Ἔλεον [80] καὶ κρῖμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διὰ παντός. » Τοιοῦτον ἔχων Δεσπότην, ὃς κατὰ πάντων ἔχει τὸ κράτος, ἅληστον αὐτοῦ διὰ παντὸς ἔχε τὴν μνήμην, καὶ δικαιοσύνης ἀντέχου, καὶ φιλάνθρωπος ἔσο περὶ τὸν πέλας, καὶ τοῖς θείοις διηνεκῶς ἀκολούθει προστάγμασιν· οὕτω γὰρ τῷ Θεῷ πελάζων ἕξεις αὐτὸν ὑπερμαχοῦντα προθύμως.

ζ', η'. « Χαναὰν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας· καταδυναστεύειν ἠγάπησε· καὶ εἶπεν Ἐφραΐμ· Πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀνάπαυσιν [81] ἐμαυτῷ. » *Χαναὰν* τὸν Ἐφραΐμ προσαγορεύει [82]. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μακάριος Ἰεζεκιὴλ προσδιαλεχθῆναι προσετάχθη τῇ Ἱερουσαλήμ· « Τὸ σπέρμα σου καὶ ἡ γένεσίς σου, ἐκ τῆς Χαναάν· ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χεττταία. » Ὧν γὰρ ἐζήλωσαν τὴν ἀσέβειαν, τούτων καὶ τῆς προσηγορίας μετέλαχον. Σὺ τοίνυν, ὦ Ἐφραΐμ, τὴν τοῦ Χαναὰν μιμούμενος πονηρίαν,

A Nam cum fugeret Jacob fratris insidias, atque ad Labanum avunculum perfugeret, ubi Bethelem pervenit, ibi divinam revelationem nactus est, et divinas promissiones accepit. Dixit enim : « Ne timeas, Jacob, quoniam ego tecum sum [m]. » Et flens, ut par erat, hæc verba fecit : « Si mihi Dominus dederit panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum, et reduxerit me cum pace, erit mihi Dominus pro Deo, et lapis iste, quem erexi, erit mihi pro domo Dei, et omnium quæ dederis mihi, decimas offeram tibi [n]. » Cum rediens pervenisset ad locum illum, benefactorem laudatione prosequens, dixit : « Cum baculo isto meo transivi Jordanem, et nunc cum duabus turmis regredior [o]. »

B Hoc igitur Aquila et Symmachus, sua interpretatione exponentes, docuerunt, Bethele, quæ nunc, inquit, idolum On habet, a Jacobo conspectum fuisse. Septuaginta vero interpretes, singulari numero ad pluralem translato, sic intelligere nos docent : Jacobus progenitor vester, cum erga me talis esset, cura mea dignus habitus est. Vos vero contrariam viam ingressi estis, et cum pœnitere velletis, non templum mihi dedicatum adiistis, sed apud idolum On lamentantes, meum petiistis auxilium. Ego vero hoc modo indigna passus, vobis tamen me ostendi, **1368** et quibus in locis implorastis, responsa dedi. Atque hoc plane docet Amos propheta, qui Bethele, ubi On idolum fuit, omnem prophetiam docuit, cui et Amasias sacer-

C dos Bethelis dixit : « Vade in terram Judæ, et Bethele non amplius prophetes, quia sanctuarium regis est [p]. »

Vers. 5, 6. « Dominus autem Deus omnipotens erit memoriale ejus. Misericordiam et judicium custodi : et appropinqua Deo tuo semper. » Cum talem habeas Dominum, qui omnibus dominatur, jugem ejus memoriam tene, et justitiam amplectere, et humanus esto in proximum, et divinis præceptis semper obsequere. Sic enim Deo appropinquans, habebis eum promptum tui propugnatorem.

Vers. 7, 8. « Chanaan, in manu ejus statera iniquitatis ; opprimere per potentiam dilexit : et dixit Ephraim : Verumtamen dives effectus sum : D inveni requiem mihi. » *Chanaan* vocat Ephraimum. Ita enim beatus etiam Ezechiel affari jussus est Hierosolymam : « Semen tuum, et generatio tua de terra Chanaan : pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa [q]. » Ab iis enim, quorum imitati sunt impietatem, sortiti sunt nomen. Et tu, o Ephraim, imitans malitiam Chanaanis iniquam

[m] Gen. xxviii, 13, 15. [n] ibid. 20 22. [o] Gen. xxxii, 10. [p] Amos vii, 12, 13. [q] Isa. xvi, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[75] Ἐκλ. — ηὗρ. αὐτ. Bene juxta Hebr. [76] C ἀποκαταστήσῃ. [77] τῇ et deinde μου des. in C. [78] ἐπεφάνην. Des. in C quæ proxima sunt, usque ad initium vers. 11. [79] Κύρ. LXX addunt ὁ Θεός. [80] Ἔλεον. Apud LXX præc. Καὶ σὺ ἐν Θεῷ σου ἐπιστρέψεις. [81] ἀν. Rec. lect. est ἀναψυχήν. [82] τ. Ἐφρ. πρ. Aut potius, eos qui mercaturam exercebant.

Digitized by Google

mentis stateram habes : justitiam enim semper vilipendis, et iniquam potentiam exoptas, et de divitiis gloriaris, et earum collectionem tibi arrogas insolenter. Sciendum vero, Davidem **1369** quoque stateræ iniquæ facere mentionem, his verbis : « Mendaces filii hominum in stateris, ut injuste agant [r]. » Et quæ subjiciuntur, conveniunt cum his quæ dicta sunt de Ephraimo : « Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere : divitiæ si affluant, nolite cor apponere [s]. » Ab uno enim Spiritu et hæc et illa profluxerunt. Postrema etiam illa : « Quia tu reddes unicuique juxta opera sua [t], » conveniunt cum iis quæ hoc loco subsequuntur : « Labores ejus non invenientur ei propter iniquitates, in quibus peccavit. » Bonis enim divitiarum spoliabitur, justas pœnas pro iniquitate persolvens.

A ἄδικα ἐκτήσω τὰ τῆς διανοίας ζυγά· τὸ γὰρ δίκαιον ἀτιμάζων διατελεῖς, τὴν ἄδικον δυναστείαν πυθεὶς, καὶ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖς, καὶ ἀλαζονευόμενος σαυτῷ τὴν τούτου συλλογὴν ἐπιγράφεις. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸν ἄδικον ζυγὸν καὶ ὁ μακάριος μνημονεύει Δαβὶδ, λέγων· « Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι. » Καὶ τὰ ἑπαγόμενα δὲ συμφωνεῖ τοῖς περὶ τοῦ Ἐφραΐμ εἰρημένοις· « Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. » Ἐκ γὰρ πνεύματος καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τὰ νάματα. Καὶ τὸ ἀκροτελεύτιον δὲ ἐκεῖνο, « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, » συμφωνεῖ τοῖς ἐπαγομένοις ἐνταῦθα· « Πάντες γὰρ οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας, ἃς ἥμαρτεν. » Γυμνωθήσεται γὰρ τῶν τῆς εὐπορίας ἀγαθῶν, δικαίας τῆς παρανομίας ἀπαιτούμενος δίκας.

B

Vers. 9. « Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te e terra Ægypti : adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festi. » Quia enim ab Ægyptiaca servitute liberatus, oblivioni beneficium tradidisti, rursus habitabis in tabernaculis, factus in aliena terra inquilinus, et recordaberis tabernaculorum, quæ faciebas, cum in diebus festis lætitia exsultares, et memoriam habitationis in deserto celebrares. Scenopegiæ autem solemnitatem significat.

θ'. « Ἐγὼ δὲ Κύριος ὁ Θεός σου ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἔτι κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέραις ἑορτῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας ἀπαλλαγεὶς λήθῃ τὴν εὐεργεσίαν παρέδωκας, αὖθις οἰκήσεις σκηνὰς, μέτοικος ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ γενόμενος, καὶ ἀναμνησθήσῃ ὧν ἐπετέλεις σκηνῶν ἐν ταῖς ἑορταῖς τρυφῶν, καὶ τῆς ἐν ἐρήμῳ διαγωγῆς πανηγυρίζων τὴν μνήμην. Λέγει δὲ τῆς Σκηνοπηγίας τὴν ἑορτήν.

Vers. 10. « Et locutus sum ad prophetas, et ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum. » Jure autem hanc pœnam sustines, qui hanc non extimueris, cum a prophetis prædictiones ejus accepisses, neque mentem mutare volueris : præcipue cum prædictiones non tantum verbis, sed etiam rebus significatæ sint. Nam tale quiddam erat quod ab Osea factum est, qui modo meretricem, modo adulteram Dei jussu uxorem duxit, Dei universorum **1370** referens imaginem, ac populi iniquitatem redarguens. Præterea docet, se variis revelationibus usum fuisse : non ut meam, ait, naturam ostendam, invisibilis enim hæc est, sed ut, prout opus est, contemplationem ad usum effingam. Neque enim omnibus similiter apparui, sed aliter Danieli, aliter Ezechieli, alio modo Isaiæ, alio Michææ; Mosi vero, et ante hunc Abrahamo, diverso modo me ostendi.

ι'. « Καὶ ἐλάλησα [83] πρὸς προφήτας, καὶ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Ἐνδίκως δὲ τήνδε τὴν τιμωρίαν ὑπομένεις, ἐπειδὴ ταύτης διὰ τῶν προφητῶν τὰς προρρήσεις δεξάμενος οὐκ ἔδεισας, οὐδὲ μεταβαλεῖν ἐβουλήθης τὴν γνώμην· καὶ ταῦτα, οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων τῶν προρρήσεων γενομένων. Τοιοῦτον γὰρ ἦν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Ὡσηὲ γεγενημένον· ποτὲ μὲν γὰρ γυναῖκα πόρνην, ποτὲ δὲ μοιχεύτριαν, κατὰ τὴν θείαν ἔλαβεν ἐντολὴν, εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γινόμενος, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ παρανομίας κατηγορῶν. Πρὸς δὲ τούτῳ δηλοῖ, ὅτι Καὶ διαφόρως ἀποκαλύψεσιν ἐχρησάμην, οὐ τὴν ἐμὴν φύσιν ὑποδεικνὺς (ἀόρατος γὰρ αὕτη), ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν ἑκτυπῶν τὴν θεωρίαν. Οὔτε γὰρ ὁμοίως ἅπασι ὤφθην· ἄλλως γὰρ τῷ Δανιὴλ, καὶ ἄλλως τῷ Ἰεζεκιὴλ, ἑτέρως δὲ τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ τῷ Μιχαΐᾳ οὐ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον· καὶ Μωσῇ δὲ καὶ Ἀβραὰμ πρὸ τούτου διαφόρως.

C

D

Vers. 11. « Si non [u] Galaad est, ergo falsi erant principes in Galgalis immolantes. » Vos vero, cum per me his fruamini, in Galaad et Galgalis, urbibus idolis deditis, cum vestris principibus sacra dæmonibus facitis : etsi non ab his, sed a me beneficia percipiatis. Nam si ex Galaad, hoc est ex idolis, bonum aliquod perciperetis, esset aliquis fallaciæ locus. Cum autem donis meis perfruentes,

ια'. « Εἰ μὴ Γαλαάδ ἐστιν, ἆρα ψευδεῖς ἦσαν ἄρχοντες ἐν Γαλγάλοις [84] θυσιάζοντες. » Ὑμεῖς δὲ, τούτων ἀπολαύοντες παρ' ἐμοῦ, ἐν Γαλαὰδ καὶ Γαλγάλοις ταῖς κατειδώλοις πόλεσι, σὺν τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑμετέροις τοῖς δαίμοσι τὰς θυσίας προσφέρετε· καὶ ταῦτα, οὐ παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ τὰς εὐεργεσίας δρεπόμενοι. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ Γαλαὰδ, τουτέστι, παρὰ τῶν εἰδώλων, ἀγαθοῦ τινος ἀπελαύετε, εἶχεν ἄρα

[r] Psal. LXI, 10. [s] ibid. 11. [t] ibid. 13.

VARIÆ LECTIONES.

[83] Rec. lectio est, λαλήσω. [84] C Γαλαάδ.

Digitized by Google

τινὰ χώραν ἡ ἐξαπάτη· ἐπειδὴ δὲ ταῖς ἐμαῖς δωρεαῖς ἐντρυφῶντες, ἐν Γαλαὰδ καὶ Γαλγάλοις θύετε τοῖς εἰδώλοις, κήρυκες ὑμεῖς γίνεσθε τῆς οἰκείας ἀχαριστίας. « Καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν, ὡς χελῶναι ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ. » Τῶν ἀμφιβίων ἐστὶν ἡ χελώνη, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ὕδασι διαιτωμένη διαφεύγει πολλάκις τῶν θηρευόντων τὰς χεῖρας· εἰς δὲ τὴν γῆν βαδίζουσα, πρόχειρός ἐστι καὶ εὐάλωτος. Ταύτῃ τοίνυν, φησὶ, παραπλησίως εὐάλωτοι ἔσονται οἱ παρ' ὑμῶν τοῖς δαίμοσι κατασκευασθέντες βωμοὶ, καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων κατασκαφήσονται. Εἶτα πάλιν τῆς τοῦ προπάτορος ἀρετῆς ἀναμιμνήσκει.

ιβ', ιγ'. « Καὶ ἀνεχώρησεν Ἰακὼβ εἰς πεδίον Συρίας, καὶ ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο. Καὶ ἐν προφήτῃ ἀνήγαγε Κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐν προφήτῃ διεφυλάχθη. » Ὁ γὰρ ὑμέτερος πρόγονος, τῆς μητρὸς τὰς ὑποθήκας δεξάμενος, τὴν πατρῴαν ἠνέσχετο καταλιπεῖν οἰκίαν, καὶ τὴν ἀλλοδαπῆ τῆς οἰκείας προείλετο, καὶ γυναικὸς χάριν, ἵνα μὴ λάβῃ Χαναναίαν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Σὴμ συγγενείας, δουλείαν ἐλευθερίας προτετίμηκε, καὶ τὸν περὶ τῆς γυναικὸς ὑπὸ τῶν πατέρων τεθέντα διεφύλαξε νόμον. Διὸ μέχρι τῶν ἀπογόνων τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας ἀπῆλαυσε· τὸ γὰρ ἐκείνου γένος, Αἰγυπτίοις δουλεύειν ἠναγκασμένον, διὰ τοῦ μεγάλου προφήτου Μωσέως τῆς ἐλευθερίας ἠξίωσεν ὁ Θεός· καὶ μέντοι καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου γενόμενον, ἀλώβητον διετήρησε, τῷ αὐτῷ προφήτῃ διακόνῳ χρησάμενος.

ιδ'. « Ἐθύμωσέ με [85] Ἐφραὶμ καὶ παρώργισε, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ Κύριος κατὰ τὸν λόγον Ἐφραὶμ [86]. » Οὗτος δὲ, φησὶν, ἐξ ἐκείνου κατάγων τὸ γένος, εἰς ὀργήν με παρακινεῖ, παρανομίᾳ πάσῃ συζῶν· ἀλλὰ τῶν παρ' αὐτοῦ σπειρομένων ἀμήσει τὰ δράγματα, ἀναλόγους ὧν δέδρακε τὰς δίκας πραττόμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Εἰληφὼς γὰρ παρ' ἐμοῦ δικαιώματα καὶ νόμους, καθ' οὓς προσῆκεν αὐτὸν πολιτεύεσθαι, τὰς τῶν εἰδώλων παρανομίας ἀντ' ἐκείνων ἠγάπησεν· παρ' ὧν ἀντὶ ζωῆς ἐδρέψατο θάνατον. Αὔξουσι δὲ τὴν ἀσέβειαν καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν, ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τεκταινόμενοι ζώων διαφόρων ἐνδάλματα, καὶ χειροποιήτοις εἰδώλοις λατρεύοντες. Τοσούτῳ γὰρ οἴστρῳ περὶ ταῦτα κατέχονται, ὡς τῷ πλήθει τῶν ἱερείων ἐπιλιπεῖν τῶν θυμάτων τὸ γένος, καὶ τολμῆσαι αὐτοὺς εἰπεῖν·

« Θύσατε ἀνθρώπους· μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασι. (γ'.) Διὰ τοῦτο ἔσονται ὡς νεφέλη πρωϊνὴ, καὶ ὡς δρόσος ὀρθρινὴ πορευομένη, καὶ ὡς [87] χνοῦς ἀποφυσώμενος [88] λαίλαπι ἀπὸ ἅλωνος, καὶ ὡς ἀτμὶς [89] ἀπὸ ἀκρίδων [90]. » Ταύτης ἕνεκα, φησὶ, τῆς ἀσεβείας,

A in Galaad et in Galgalis immoletis idolis, ingrati animi vestri vosmetipsos præcones efficitis. « Et altaria eorum quasi testudines super desertum agri. » E genere amphibiorum est testudo : sed cum in aquis degit, sæpe ex manibus piscatorum effugit : in terram vero dum venit, subito et facile capitur. Ad eumdem ergo modum, nullo labore capientur altaria, quæ dæmonibus ædificastis, et ab hostibus evertentur. Tum rursus progenitoris virtutem commemorat.

B Vers. 12, 13. « Et recessit Jacob in campum Syriæ, et servivit Israel ob uxorem, et ob uxorem custodivit (gregem). Et per prophetam eduxit Dominus Israelem ex Ægypto, **1371** et per prophetam servatus est. » Proavus enim vester, matris consilium secutus, domum paternam relinquere non abnuit, atque exteram regionem suæ antetulit, et quidem uxoris gratia, ne duceret Chananæam, sed ex genere Semi, servitutem libertati anteposuit, legemque de uxoribus a patribus latam servavit. Quamobrem usque ad posteros suos divina providentia potitus est. Genus enim illius, in Ægyptiorum servitutem redactum, per magnum prophetam Mosen liberavit Deus, et cum in deserto versaretur, illæsum custodivit, ejusdem prophetæ ministerio.

C Vers. 14. « Indignari me fecit, et ad iracundiam provocavit Ephraim, et sanguis ejus super ipsum effundetur : et opprobrium illius restituet ei Dominus juxta sermonem Ephraimi. » Hic vero, inquit, ex illo genus ducens, ad iram me commovet, quod in omni genere vitiorum versetur : sed eorum quæ seminaverit, manipulos metet, dignasque factis suis pœnas persolvet.

CAPUT XIII.

[1, 2] Cum enim a me accepisset justificationes et leges, secundum quas vitam exigi oportuerat, idolorum iniquitates pro illis amplexus est, a quibus pro vita mortem accepit. Jam vero impietatem in dies propemodum augent, ex auro et argento fabricantes diversorum animalium simulacra, et manufactis idolis servientes. Tanta enim D insania in hæc feruntur, ut præ multitudine sacrificiorum **1372** deficiant victimæ, ita ut dicere non vereantur :

« Immolate homines, vituli enim defecerunt. (Vers. 3) Idcirco erunt quasi nubes matutina, et sicut ros matutinus pertransiens, et sicut pulvis turbine exsufflatus ex area, et sicut vapor de locustis. » Propter hanc, inquit, impietatem, hostili

VARIÆ LECTIONES.

[85] μέ. Omitti solet in textu τῶν Ο'. [86] κατὰ τ. λ. Ἐφρ. Hæc ad c. XIII pertinent juxta Hebr. et LXX. [87] ὡς. Erasum est in C. [88] χν. ἀποφ. C ἄχνη ἀποφυσωμένη. [89] Id. ἀτμός, contra alios codices. [90] Id. ἀκρίδος, sed æque contra Hebræum. Lectionem ἀπὸ ἀκρίδων Grabius auctoritate Theodoreti et Hieronymi in editionem suam recepit, spreta lectione cod. Alex. ἐκ καπνοδόχης, a qua parum differt lectio Cyrilli ἀπὸ καπνοδόχης.

Digitized by Google

impetu funditus illos perdam. Sicut enim rorem matutinum, et nubem quæ tunc apparet, exoriens sol facile absumit et celeriter dissipat, et sicut aream pulverem vehemens ventus nullo negotio discutit, vaporemque in aere excitatum grex locustarum adveniens dissolvit : sic vos hostium manus perdet, et terram quæ nunc a vobis inhabitatur, desertam reddet.

A φρούδους αὐτοὺς ποιήσω τῇ τῶν πολεμίων ἐφόδῳ. Καθάπερ γὰρ τὴν ἑωθινὴν δρόσον, καὶ τὴν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπιφαινομένην νεφέλην, ἀνίσχων ὁ ἥλιος τὴν μὲν δαπανᾷ ῥᾳδίως, τὴν δὲ σκεδάννυσιν εὐπετῶς, τὸν δὲ τῆς ἅλω [91] χνοῦν βίαιος ἄνεμος εὐμαρῶς ἀφανίζει, ἀτμὸν δὲ ἐν ἀέρι γινόμενον νέφος ἀκρίδων ἐπιγενόμενον διαλύει· οὕτως ὑμᾶς τῶν πολεμίων ἀναλώσει τὸ νέφος, καὶ τὴν νῦν ὑφ' ὑμῶν οἰκουμένην γῆν ἔρημον καταστήσει.

Vers. 4. « Ego enim sum Dominus Deus tuus; firmans cœlum, et creans terram, cujus manus formarunt omnem exercitum cœli. » Hoc est : Qui cœlum et terram non creavi modo, sed etiam perfeci, ut stabilia diutissime permaneant; ego et omnem exercitum cœli produxi, seu visibilem, seu invisibilem, sive superiores virtutes naturasque intellectuales, tum stellarum multitudinem, una cum sole et luna, magnis luminaribus.

δ'. « Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, στερεῶν [92] οὐρανὸν, καὶ κτίζων γῆν, οὗ αἱ [93] χεῖρες ἔπλασαν τὴν [94] στρατιὰν αὐτοῦ. » Τουτέστιν· Ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐ μόνον κτίζων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιμένειν αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖστον δωρούμενος· ἐγὼ καὶ πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήγαγον, εἴτε ὁρατὴν, εἴτε ἀόρατον, εἴτε τὰς ἄνω δυνάμεις καὶ νοητὰς φύσεις, εἴτε τῶν ἀστέρων τὸ πλῆθος, σὺν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, τοῖς μεγάλοις φωστῆρσι.

B

« Et non ostendi ea tibi ut ambulares post ea. (Vers. 5.) Et ego eduxi te e terra Ægypti : et Deum præter me non cognosces, et salvator non est absque me. » **1373** Cum enim liberato tibi, et educto ex Ægypto, leges darem, admonui, ne quem alium præter me Deum agnosceres. Nam dixi : « Non facies ullius rei similitudinem, eorum quæ sunt in cœlo sursum, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra [u]. » Non solum autem te a dura Ægyptiorum servitute liberavi, sed etiam

« Καὶ οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν. (ε'.) Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ Θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ, καὶ σώζων οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. » Νομοθετῶν γάρ σοι μετὰ τὴν γενομένην ἐλευθερίαν, καὶ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἀπαλλαγὴν, παρηγγύησα μηδένα ἕτερον πλὴν ἐμοῦ εἰδέναι Θεόν. « Οὐ ποιήσεις γὰρ, εἶπον, παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω [95], καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασι ὑποκάτω τῆς γῆς. » Οὐ μόνον δέ σε τῆς πικρᾶς τῶν Αἰγυπτίων ἠλευθέρωσα δουλείας,

C

« In deserto pavi te, in terra inhabitabili. (Vers. 6.) Juxta pascua eorum. » Hoc est, præbens ad usus tibi necessarios, manna ex cœlo, coturnices ex mari, aquam ex petra. Non enim, velut in loco deserto viventes, necessariis rebus eguerunt, sed « Ad saturitatem expleti sunt, et elati sunt cordibus suis. Propterea obliti sunt mei. » Non dissimilia de illis « beatus quoque Moses ait : « Et comedit Jacob, et repletus est : et recalcitravit dilectus : incrassatus, impinguatus, dilatatus est, et dereliquit Deum factorem suum [v]. » Atqui non sinam eum, inquit, non castigatum. Nam

ἀλλὰ καὶ

« Ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐποίμανόν σε, ἐν γῇ ἀοικήτῳ. (ς'.) Κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν. » Ἀντὶ τοῦ, Τὰς ἁρμοττούσας σοι χορηγῶν χρείας, μάννα ἐξ οὐρανοῦ, ὀρτυγομήτρας ἐκ θαλάττης, ὕδωρ ἐκ πέτρας. Οὐ γὰρ, ὡς ἐν ἐρήμῳ διάγοντες, ἐν σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἦσαν, ἀλλ' « Ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονὴν, καὶ ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν· ἕνεκεν τούτου ἐπελάθοντό μου. » Τοιαῦτα καὶ ὁ θεῖος ἔφη περὶ αὐτῶν Μωσῆς· « Καὶ [96] ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Κύριον τὸν ποιήσαντα αὐτόν. » Ἀλλ' οὐκ ἐάσω αὐτὸν, φησὶν [97], ἀπαίδευτον·

Vers. 7. « Ero ei quasi panthera, et sicut pardus in via Assyriorum. » Ferocissimos enim hostes in eum concitabo, qui non aliter, quam solent panthera et pardus, eum tractabunt. Nam quia ipse, qui omnia gubernat, hostes immittit, seipsum pantheræ et pardi similem esse dicit. Addit vero porro :

ζ'. « Ἔσομαι δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὡς πάνθηρ, καὶ ὡς πάρδαλις, κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν [98] Ἀσσυρίων. » Τοὺς γὰρ θηριώδεις αὐτῷ πολεμίους ἐπαναστήσω, πάνθηρος δίκην καὶ παρδάλεως χρησομένους αὐτῷ. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς, ἅτε δὴ πάντα [99] πρυτανεύων, ἐπάγει τοὺς πολεμίους, ἑαυτὸν πάνθηρι καὶ παρδάλει ἀπεικάζεσθαι λέγει. Προστέθεικε δὲ, ὅτι

D

Vers. 8. « Occurram eis sicut ursa orbata pullis : et disrumpam clausuram cordis eorum. » Sic-

η'. « Ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκος ἀπορουμένη, καὶ διαῤῥήξω συγκλεισμὸν καρδίας αὐτῶν. » Καθά-

[u] Exod. xx, 4. [v] Deut. xxxii, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[91] C ἅλωνος. [92] στερ. — στρατ. αὐτοῦ, et deinde Καὶ οὐ — ὀπίσω αὐτῶν. Hæc omnia des. in Hebr. et in antiqua edit. τῶν Ο', ut jam recte ab Hier. monitum est ; allegantur autem a Theophilo Antioch. lib. II *Ad Autolycum*. [93] αἱ — καὶ τὴν γῆν. Des. in C. [94] ἔπλ. τὴν. Ita Ald. Rec. lectio est, ἔκτισαν πᾶσαν τὴν στρ. [95] ἄνω. Des. in C. [96] Καί. Des. ibid. [97] φησί. Des. ib., tum h. l., tum post pauca. [98] τῶν. Des. ibid. [99] πάντα. Des. ibid.

Digitized by Google

περ γὰρ ἡ ἄρκος στενοχωρουμένη, καὶ φυγεῖν οὐ δυναμένη, μετὰ πολλῆς τῆς μανίας τοῖς προσιοῦσιν ἐπέρχεται· οὕτως οἱ πολέμιοι φειδοῦς αὐτοὺς οὐδεμιᾶς ἀξιώσουσιν, ἀλλ' ὠμὴν καὶ ἀπηνῆ περὶ αὐτοὺς ἐπιδείξονται γνώμην. Ταῦτα δὲ εἰς αὐτοὺς διαπράξομαι, τὴν συγκεκλεισμένην αὐτῶν καρδίαν καὶ διανοιχθῆναι μὴ βουλομένην, ἀλλ' ἀτεράμονα καὶ ἀκαμπῆ μένουσαν, διανοῖξαι καὶ κατανῦξαι βουλόμενος, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ προσήκοντος ἀγαγεῖν. « Καὶ καταφάγονται αὐτοὺς ἐκεῖ σκύμνοι δρυμοῦ, καὶ θηρία ἀγροῦ διασπάσει αὐτούς. » Διαφόρως εἴρηκε τὰ αὐτὰ, τῷ πλήθει τῶν φοβερῶν εἰκόνων τοὺς ἀναλγησίαν νοσοῦντας καταπλήττων καὶ δεδιττόμενος. Εἶτα θρηνεῖ καθ' αὐτὸν, καὶ ὀνειδίζει, καὶ τῆς προτέρας ἀβελτηρίας ἀναμιμνήσκει.

θ', ι'. « Τῇ διαφθορᾷ [1] σου, Ἰσραὴλ, τίς βοηθήσει σοι [2]; Ποῦ ὁ βασιλεύς σου οὗτος; καὶ διασωσάτω σε ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, καὶ κρινάτω σε, ὃν εἶπας· Δός μοι βασιλέα καὶ ἄρχοντα. » Τίς ἂν πρὸς ἀξίαν τὴν διαφθοράν σου, ὦ Ἰσραὴλ, θρηνήσειε; Μεμένηκας γὰρ πάσης ἔρημος βοηθείας, καὶ ταῦτα ὑπὸ βασιλέως ἀρχόμενος, καὶ ὑπὸ τούτῳ πολιτευόμενος· τὴν γὰρ ἐμὴν ἀτιμάσας ἡγεμονίαν, ἄνθρωπον ἔχειν ἐπόθησας βασιλέα.

ια'. « Ἐγὼ δὲ ἔδωκά σοι ἐν τῇ ὀργῇ μου· ἀλλὰ ἀνέσχον [3] πάλιν ἐν τῷ θυμῷ μου. » Ὀργισθεὶς μὲν γὰρ διὰ τὴν ἄλογον αἴτησιν, ἔδωκά σοι τὸν Σαοὺλ· ἀνεξικακίᾳ δὲ καὶ μακροθυμίᾳ πάλιν χρησάμενος, ἀντεισήγαγον τὸν Δαβίδ. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Ἀνέσχον ἐν τῷ θυμῷ μου· » ἀντὶ τοῦ, Μακροθυμίᾳ ἐχρησάμην.

ιβ'. « Συστροφὴ [4] ἀδικίας Ἐφραΐμ, ἐγκεκρυμμένη ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ. » Ἔοικε τοῦτο τοῖς ὑπὸ Ἡσαΐου λεχθεῖσιν· « Οὐαὶ, οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ! » Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα λέγει, ὅτι ὁ Ἐφραΐμ συστρέφει τὰς ἀδικίας, καὶ αὔξει διηνεκῶς, βουλῇ πονηρᾷ κεχρημένος. Τὸ γὰρ, « Ἐγκεκρυμμένη ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, » τοῦτο δηλοῖ, τουτέστι, Εἰς βάθος ἔχει τὴν πονηρίαν· ἀλλὰ τοσούτοις αὐτὸν περιβαλῶ κακοῖς, ὡς ὠδινούσῃ γυναικὶ παραπλησίως ὀδυνᾶσθαι. Εἶτα ὡς κατ' ἐρώτησιν πρὸς τὸν Ἰσραήλ·

ιγ'. « Οὗτος ὁ [6] υἱός σου ὁ φρόνιμος. » Τοῦτον, φησὶ [7], τοῦ Μανασσῆ προτετίμηκας, καὶ νέον ὄντα τοῦ πρεσβυτέρου προέταξας· ἀλλ' ἀντὶ τῆς τιμῆς ἐκείνης ἀτιμίαν [8] περιβληθήσεται. « Οὐ γὰρ μὴ ὑποστῇ ἐν συντριβῇ τέκνων αὐτοῦ. » Οὔτε γὰρ τοῖς περιοίκοις πολεμουμένοις ἐπαμῦναι δυνήσεται. Οὕτω τὰ λυπηρὰ παραγγείλας, ἐπὶ τὴν τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίαν πάλιν μεταφέρει τὸν λόγον.

ιδ'. « Ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ θανάτου λυτρώσομαι αὐτούς. » Εἶτα παιανίζειν κατὰ

A ut enim ursa in loci angustias compulsa et fugere non valens, **1374** magna cum rabie appropinquantes invadit: sic hostes nullam illis veniam indulgebunt, sed atrocem et immanem in eos animum ostendent. Hæc autem contra eos faciam, volens cor eorum clausum, nec aperire se studens, sed obduratum et inflexibile perseverans, recludere et compungere, atque ad cognitionem honesti deducere. « Et devorabunt eos ibi catuli sylvæ: et bestiæ agri disrumpent eos. » Diversis modis eadem dixit, ut multitudine horribilium similitudinum stupore et indolentia laborantes perterrefaceret. Mox lamentatur secum, et objurgat, prioremque insipientiam iterum commemorat.

B Vers. 9, 10. « Quis auxiliabitur corruptioni tuæ, o Israel? Ubi est rex tuus iste? et salvum te faciat in cunctis urbibus tuis: et judicet te, de quo dixisti: Da mihi regem et principem. » Quis satis digne tuam corruptionem, o Israel, deflere posset? Mansisti enim ab omni auxilio inops et nudus, idque, dum a rege gubernaris, et sub eo vivis. Spreto enim meo principatu, hominem habere regem exoptasti

Vers. 11. « Ego autem dedi tibi (regem) in ira mea, et sustinui rursus in furore meo. » Iratus enim ob importunam flagitationem, dedi tibi Saulem; patientia rursus et tolerantia usus, in ejus locum substitui Davidem. Hoc enim dicit, cum ait:

C « Sustinui in furore meo, » hoc est, Patientissime tuli.

Vers. 12. « Conglobatio iniquitatis Ephraim, absconditum peccatum ejus. » Simile est hoc iis, quæ dicta sunt ab **1375** Isaia: « Væ illis qui trahunt peccata quasi funiculo longo [x]! » Hoc enim hic etiam dicit, quod Ephraim coacervet iniquitatem, assidueque augeat, malo utens consilio. Hoc nempe significat quod ait, « Absconditum peccatum ejus, » hoc est, Penitus infixam habet malitiam: sed tantis malis eum implicabo, ut mulieris parturientis more torqueatur. Deinde veluti per interrogationem ad Israelem dicit:

D Vers. 13. « Iste est filius tuus sapiens. » Hunc tu, inquit, præposuisti Manassi, et juniorem majori natu antetulisti: verum pro honore illo infamia afficietur. « Quia non sustinebit in contritione filiorum suorum. » Non enim vicinis bello impetitis opitulari poterit. Postquam vero tristia sic denuntiavit, ad bonorum promissionem iterum convertit sermonem.

Vers. 14. « E manu inferni liberabo eos, et de morte redimam illos. » Deinde tanquam pæana

[x] Isa. v, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[1] οὐ. C μή. [2] διαφθ. C διασπορᾷ. Et deinde διασποράν. [3] σοι. Des apud O'. [4] ἀν. Ita Ald. Rec. lectio est ἔσχον, omisso πάλιν. [5] Rec. lectio Συστροφήν. [6] ὁ — φρόν. Hanc lectionem librariorum negligentia, ut videtur, corruptam, bene emendavit Grabius, qui habet, υἱὸς οὐ ὁ φρόνιμος. Hoc autem loco rec. lectionem, quam Noster per ironiam interpretatus est, mutare non licuit. [7] φησί. Des. in C. C ἀτιμίᾳ.

Digitized by Google

contra mortem canere jubet. « Ubi lis tua, mors? ubi est aculeus tuus, inferne? » Hæc typice quidem in reditu Judæorum facta fuerunt; tropice enim vitam in captivitate actam *infernum* et *mortem* vocat: perfectum autem et verum finem sortita sunt post Salvatoris nostri resurrectionem. Primitiis enim nostris resurgentibus, spem resurrectionis omnes suscepimus. Hoc idem vero licet invenire in prophetia Ezechielis. Etenim ibi quoque ossium resurrectio duo ostendit; tum **1376** reditum Israelis, qui omnem bonam spem præcidens dicebat: « Defecimus, arida facta sunt ossa nostra [y];» tum communem omnium hominum resurrectionem: nam quæ erga Judæos facta sunt, typus erant divinæ de omnibus hominibus curæ. « Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres dividet. » Hæc autem, inquit, consolatio melioris spei, resurrectionisque exspectatio, Judæis, cum captivi essent, et omnibus hominibus occultata olim fuisse videtur. Judæi enim in captivitatem abducti, et separati a cognatione sua, seorsimque alii ab aliis disjuncti servire coacti, nullam spem revocationis habebant. Et homines omnes, cum mortem viderent funditus destruentem naturam, et nunc fratrem a fratre sejungentem, nunc filiis patres privantem, resurrectionis spem prorsus abjiciebant. Attamen vera, inquit, sunt dicta, tametsi in præsens abstrusa multis et abscondita.

A τοῦ θανάτου κελεύει. « Ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; » Ταῦτα τυπικῶς μὲν ἐπὶ τῆς ἐπανόδου τῶν Ἰουδαίων γεγένηται· καλεῖ γὰρ τροπικῶς τὴν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ διαγωγὴν ᾅδην καὶ *θάνατον*. Ἐντελὲς δὲ καὶ ἀληθὲς ἐδέξατο πέρας μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάστασιν· τῆς γὰρ ἡμετέρας ἀπαρχῆς ἀναστάσης, ἅπαντες ἡμεῖς ἐδεξάμεθα τῆς ἀναστάσεως τὴν ἐλπίδα. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείᾳ ἔστιν εὑρεῖν· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ τῶν ὀστῶν ἀναβίωσις τὰ δύο σημαίνει, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἐπάνοδον (ὃς τὰς χρηστὰς ἀποκόψας ἐλπίδας ἔλεγεν· « Ἐκλελοίπαμεν, ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν), » καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀνάστασιν. Τύπος γὰρ τὰ περὶ Ἰουδαίους γεγενημένα τῆς περὶ πάντας ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κη-
B δεμονίας. « Παράκλησις κέκρυπται ἀπὸ ὀφθαλμῶν μου[9], διότι[10] οὗτος ἀναμέσον ἀδελφῶν διαστελεῖ. » Αὕτη δὲ, φησὶν, ἡ παραψυχὴ τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡ προσδοκία, καὶ ἀπὸ τῶν αἰχμαλώτων γιγνομένων Ἰουδαίων, καὶ ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων τέως κεκρῦφθαι δοκεῖ· οἵ τε γὰρ Ἰουδαῖοι ἐξανδραποδιζόμενοι, καὶ τῆς σφετέρας διαχωριζόμενοι συγγενείας, καὶ κατὰ διαίρεσιν καὶ διανομὴν δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι, τῆς ἀνακλήσεως οὐδεμίαν εἶχον ἐλπίδα· καὶ ἅπαντες ἄνθρωποι, τὸν θάνατον ὁρῶντες ἄρδην ἁμῶντα τὴν φύσιν, καὶ νῦν μὲν ἀδελφὸν ἀδελφοῦ χωρίζοντα, νῦν δὲ παιδὸς πατέρα στερίσκοντα, παντελῶς ἀπηγόρευον τὴν ἀνάστασιν. Ἀλλ' ὅμως ἀληθῆ, φησὶ, τὰ εἰρημένα, κἂν ἐπὶ τοῦ
C παρόντος ἄδηλα ᾖ τοῖς πολλοῖς.

Vers. 15. « Adducet enim urentem ventum Dominus e deserto super eos, et siccabit venas ejus, et desolabit fontes illius: iste arefaciet terram ejus, et omnia * vasa desiderabilia ejus. » Per hæc autem significat, Cyrum Persam bellum moturum, et eversurum Assyriorum, sive Babyloniorum, imperium, omnemque regiam stirpem deleturum, et tyrannidis causas sublaturum **1377** esse. Hæc enim per translationem *fontes* et *venas* appellat. Per hæc autem docere voluit, quonam pacto destructurus sit eum quem per translationem *mortem* et *infernum* appellavit. Sed hæc postea fient. Nunc vero,

ιε'. « Ἐπάξει γὰρ Κύριος ἄνεμον καύσωνα ἐκ τῆς ἐρήμου ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀναξηρανεῖ τὰς φλέβας αὐτοῦ, καὶ ἐξερημώσει τὰς πηγὰς αὐτοῦ· οὗτος ἐρημώσει[11] τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ τὰ ἐπιθυμητά. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων Κῦρον τὸν Πέρσην ἐπιστρατεύσαντα, καὶ καταλύσαντα τῶν Ἀσσυρίων, εἴτουν Βαβυλωνίων, τὴν βασιλείαν, καὶ πᾶσαν τὴν βασιλικὴν συγγένειαν διαφθείραντα[12], καὶ τὰς τῆς τυραννίδος ἀφελόμενον ἀφορμάς· ταύτας[13] γὰρ τροπικῶς *πηγὰς* καὶ *φλέβας* προσαγορεύει. Ἠβουλήθη δὲ διὰ τούτων διδάξαι, τίνι τρόπῳ καταλύσει ὃν τροπικῶς *θάνατον* καὶ *ᾅδην* ἐκάλεσεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν μετὰ ταῦτα γενήσεται· νῦν δὲ,

CAPUT XIV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Vers. 1. « Delebitur Samaria. » Quæ ausa est contra voluntatem Dei agere, et bello consumetur, et ejus incolæ videbunt infantes lactentes ad terram allidi, ac prægnantes simul cum fetu perire. Sed ne horum experimentum facias,

D α'. « Ἀφανισθήσεται Σαμάρεια. » Ἐναντία δρᾶσαι τετολμηκυῖα τῷ θείῳ θελήματι, καὶ τοῦ πολέμου γενήσεται παρανάλωμα καὶ ὄψονται οἱ ταύτης οἰκήτορες, τὰ μὲν ὑπομάζια παιδία τῇ γῇ προσρηγνύμενα, τὰς δὲ κυοφορούσας μετὰ τῶν ἐμβρύων ἀναιρουμένας[14]. Ἀλλ' ἵνα τούτων μὴ δέξῃ τὴν πεῖραν,

Vers. 2. « Convertere, o Israel, ad Dominum Deum tuum. » Quoniam in iniquitatibus multum tempus consumpsisti. [3-5] Postea etiam docet

θ'. « Ὅτι κατεκράτησεν ἡ πληγὴ αὐτῆς διότι ἦλθεν[80] ἕως Ἰούδα, καὶ ἥψατο ἕως πύλης λαοῦ μου, ἕως Ἱερουσαλήμ. » Διὰ τούτων προσημαίνει τῶν Ἀσσυρίων τὴν ἔφοδον, Θεγλαθφαλασὰρ, Σαλμανασὰρ, Σενναχηρείμ· οἱ μὲν γὰρ τὰς δέκα φυλὰς ἐξανδραποδίσαντες, δουλαλώτους ἀπήγαγον· ὁ δὲ Σενναχηρεὶμ τὴν Λάχις[81] καὶ τὰς ἄλλας πόλεις τῆς Ἰουδαίας πολιορκήσας ἐπόρθησε· μέχρι δὲ τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ πυλῶν μετὰ Ῥαψάκου πέμψας τῆς στρατιᾶς[82] τὸ πλεῖστον, τῇ πείρᾳ μεμάθηκεν, ὡς οὐδενὸς περιέσται μὴ βουλομένου Θεοῦ. Τὸ δὲ, « Ποιήσεται ὡς κοπετὸν δρακόντων, καὶ πένθος ὡς θυγατέρων Σειρήνων, » εἴρηκεν[83] ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς μύθοις περιφερομένων, δεῖξαι τῆς ἀνίας τὴν ὑπερβολὴν βουληθείς. Ἐπειδὴ γὰρ εἰώθασι καὶ μετά τινος μέλους οἱ πενθοῦντες θρηνεῖν, καὶ δίκην δρακόντων συριττόντων ἐκ τῆς πυρπολουμένης καρδίας ἀναπέμπειν τὸ πνεῦμα, καὶ μετά τινος βίας τοῦτο προσφέρειν τε καὶ προΐεσθαι, τέθεικεν ἐκείνας τὰς προειρημένας εἰκόνας. Ἐπειδὴ δὲ ἀλγεῖν ἁπάσαις ταῖς

Vers. 9. « Quia invaluit plaga ejus : quia venit usque ad Judam, et tetigit usque ad portam populi mei, usque ad Hierosolymam. » Per hæc præsignificat incursum Assyriorum, Theglathphalasaris, Salmanasaris, Sennacherimi. Illi enim decem tribus subjugantes, in captivitatem abduxerunt. Sennacherim vero Lachis aliasque Judææ urbes expugnavit et evertit : cumque usque ad portas Hierosolymæ cum Rapsace maximam partem exercitus misisset, experimento didicit se superaturum esse neminem nolente Deo. Quod vero ait : « Faciet planctum quasi draconum, et luctum quasi filiarum Sirenum, » ex his desumpsit quæ circumferuntur in fabulis, mœroris magnitudinem ostendere volens. Quia vero qui lugent soliti sunt cum cantu quodam lamentari, et more sibilantium draconum ex æstuante corde anhelitum emittere, et cum violentia quadam hunc efferre et ejicere, prædictas similitudines usurpavit. Quoniam autem luctuosa omnibus Israelis tribubus præsentiavit,

[1] Ezech. xvi, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[72] Καὶ πάντα, κ. τ. λ. A præm., Καὶ πάντα τὰ γλυπτὰ αὐτῆς κατακόψουσι. [74] A πορνείας. [75] αὐτά. Des. ibid. [76] lb. ἐπέστρεψεν. [77] Ἀν. Ita in C legitur, Sirm. ἀναθεμάτων. [78] C αὐτῇ. [79] C αὐτοῖς. [80] C ἦλθον. [81] C Λάχης. [82] C στρατείας. [83] εἴρ., κ. τ. λ. Vid. p. 1486.

Digitized by Google

et prævidebat alienigenas **1482** de horum malis gavisuros esse, ad illos sermonem convertit, et dixit :

VERS. 10. « Qui in Geth, nolite magnificari : qui in Enacim, nolite reædificare ex domo derisum : terram aspergite ad derisum vestrum. » Ne efferamini ex horum calamitate exsultantes, quasi malorum expertes maneatis : sed pro derisione, qua contra Israelitas usi estis, pulvere conspersi domesticas lugete calamitates. Enacim autem non est, ut quidam existimarunt, urbs a Geth diversa : sed habitatores Geth appellat *Enacim* ab Enac gigante oriundos ; quod quidem ex multis locis divinæ Scripturæ cognosci potest.

VERS. 11. « Quæ habitat bene. » Demoliar urbes ejus. Nihil enim vobis proderit, nec ædificiorum elegantia, nec locorum munitio, sed urbes vestræ funditus evertentur. « Non est egressa habitatrix Ænan, plangite domum quæ est juxta eam : accipiet ex vobis plagam doloris. » Quoniam vobis condolere noluit, et castigationibus vestris emendari, invita malorum vestrorum particeps efficietur. Ænan autem una vicinarum urbium fuit.

VERS. 12. « Quis incepit in bonis habitanti, dolores ? » Inde sermonem vertit ad Hierosolymam. Verborum constructio implicata est, et valde obscura. Hac itaque ordinatione sensus investigandus est : « Quis incepit * dolores (inferre) habitanti in bonis ? » Quis, inquit, rebus abundanti et pace ac felicitate multa fruenti, auctor miseriarum exstitit ? Ostendere vult autem, non hominem ei, sed **1483** Deum universorum irrogasse supplicia, impietatis ab eo pœnas exigentem. Quamobrem infert : « Quia descenderunt mala a Domino super portas Hierosolymæ. » Et ostendens quænam hæc sint, adjunxit :

VERS. 13. « Sonitus curruum et equitum. » Hæc etiam per Isaiam aperte nos docuit. « Væ Assyriis ! virga furoris mei est in manibus eorum : iram meam in gentem iniquam mittam, et populo meo præcipiam, ut faciat spolia et prædam i. » Sic et hoc loco : « Quis incepit dolores (inferre) habitanti in bonis ? quia descenderunt mala a Domino super portas Hierosolymæ, sonitus curruum et equitum. » Ego enim, inquit, eis omnibus bonis redundantibus dolorem attuli, hostium multitudinem in eos immittens. Quia vero ante Hierosolymam Lachis urbs vastata fuit (nam Hierosolymam Nabuchodonosor, Lachis vero Sennacherim depopulatus est), ad hanc sermonem convertit. « Habitans Lachis princeps peccati est filiæ Sion, quia in te inventæ

A τοῦ Ἰσραὴλ φυλαῖς προηγόρευσε, προεώρα δὲ τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς τούτων ἐφησθησομένους κακοῖς, πρὸς αὐτοὺς τρέπει τὸν λόγον, καί φησιν·

Ι'. « Οἱ ἐν Γὲθ, μὴ μεγαλύνεσθε, καὶ οἱ Ἐνακὶμ, μὴ ἀνοικοδομεῖτε ἐξ οἴκου καταγέλωτα [84] · γῆν καταπάσσασθε εἰς τὸν καταγέλωτα ὑμῶν. » Μὴ μεγαφρονεῖτε, ταῖς τούτων συμφοραῖς ἐφηδόμενοι, ὡς αὐτοὶ μένοντες ἀκήρατοι · ἀλλ' ἀντὶ τοῦ γέλωτος, ᾧ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν κέχρησθε, γῆν καταπαττόμενοι τὰς οἰκείας ὀλοφύρεσθε συμφοράς. Ἐνακὶμ δὲ οὐχ, ὥς τινες ὑπέλαβον, ἄλλη τις πόλις ἐστὶ παρὰ τὴν Γὲθ, ἀλλὰ τοὺς ἐνοικοῦντας τὴν Γὲθ. Ἐνακὶμ ὀνομάζει, ὡς Ἐνὰκ τοῦ γίγαντος ἀπογόνους ὄντας. Καὶ τοῦτο πολλαχόθεν μαθεῖν δυνατὸν παρὰ τῆς θείας Γραφῆς.

B ια'. « Κατοικούσης [85] καλῶς. » Καθελῶ τὰς πόλεις αὐτῆς. Οὐδὲν γὰρ ὑμᾶς ὀνήσει, οὔτε τῶν οἰκοδομημάτων τὸ κάλλος, οὔτε ἡ τῶν χωρίων ἀσφάλεια · ἀλλ' ἀνάστατοι ὑμῶν αἱ πόλεις γενήσονται. « Οὐκ ἐξῆλθε κατοικοῦσα Αἰνὰν [86], κόψασθε [87] οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς· λήψεται ἐξ ὑμῶν πληγὴν ὀδύνης. » Ἐπειδὴ συναλγῆσαι ὑμῖν οὐκ ἠθέλησε, καὶ ταῖς ὑμετέραις σωφρονισθῆναι παιδείαις, κοινωνήσει ὑμῖν ἄκουσα τῆς συμφορᾶς · μία δὲ τῶν γειτονευουσῶν αὐτοῖς πόλεων ἦν ἡ Αἰνάν.

C ιβ'. « Τίς ἤρξατο εἰς ἀγαθὰ κατοικούσῃ ὀδύνας ; » Ἐντεῦθεν πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ μεταφέρει τὸν λόγον · ἔστι δὲ ἡ σύνταξις τῶν ῥητῶν συμπεπλεγμένη καὶ λίαν ἀσαφής. Χρὴ τοίνυν οὕτω συντάξαντας εὑρεῖν τὴν διάνοιαν· « Τίς ἤρξατο εἰς [88] ὀδύνας κατοικούσῃ ἀγαθά; » Τῇ γὰρ εὐθηνουμένῃ, φησὶ, καὶ εἰρήνης ἀπολαυούσῃ, καὶ εὐπραξίας πολλῆς, τίς αἴτιος ἐγένετο τῶν συμφορῶν; Δεῖξαι δὲ βούλεται, ὡς οὐκ ἄνθρωπος αὐτῇ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπάγει τὰς τιμωρίας, ποινὴν πραττόμενος ὧν ἠσέβησε. Τούτου χάριν ἐπάγει· « Ὅτι κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλήμ. » Καὶ δεικνὺς ποῖα ταῦτα, προστέθεικε·

D ιγ'. « Ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων. » Ταῦτα καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου σαφῶς ἡμᾶς ἐπαίδευσεν · « Οὐαὶ Ἀσσυρίοις ! ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, τὴν ὀργήν μου εἰς ἔθνος ἄνομον ἀποστελῶ, καὶ ἐν τῷ ἐμῷ λαῷ συντάξω ποιῆσαι σκῦλα καὶ προνομήν. » Οὕτω κάνταῦθα · « Τίς ἤρξατο εἰς ἀγαθὰ κατοικούσῃ ὀδύνας ; ὅτι κατέβη παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων. » Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τῇ ἀγαθῶν ἀπολαύσει παντοδαπῶν τὰς ὀδύνας ἐπήγαγον, τῶν πολεμίων αὐτοῖς ἐπιστήσας τὸ πλῆθος. Καὶ ἐπειδὴ πρὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ Λάχις ἐπορθήθη (τὴν μὲν γὰρ Ἱερουσαλὴμ ὁ Ναβουχοδονόσορ, τὴν δὲ Λάχις ὁ Σενναχηρεὶμ ἐξεπόρθησε), πρὸς αὐτὴν τρέπει τὸν λόγον. « Κατοικοῦσα Λάχις, ἀρχηγὸς ἁμαρτίας αὐτή [89] ἐστι

i Isa. x, 5, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[84] A κατὰ γέλωτα. [85] A κατοικοῦσα, juxta rec. lect. [86] A Σαιννὰν, ut Ald. [87] Rec. lect. est, κόψασθαι. [89] εἰς. Ita cum C legimus. Sirm. ἐν. [89] αὐτή. Des. in A.

Digitized by Google

τῇ θυγατρὶ Σιών, ὅτι ἐν σοὶ εὑρέθησαν αἱ ἀσέβειαι τοῦ Ἰσραήλ. » Σὺ δὲ, Λάχις, προτέρα δέξῃ τὴν τιμωρίαν, τῶν δέκα φυλῶν ζηλώσασα τὴν ἀσέβειαν, καὶ εἰς τὴν παρανομίαν τὴν Ἱερουσαλὴμ κατασύρασα.

ιδ', ιε'. « Διὰ τοῦτο δώσεις ἐξαποστελλομένους ἕως κληρονομίας Γὲθ, οἴκους ματαίους, εἰς κενὸν ἐγένοντο τοῖς βασιλεῦσιν Ἰσραήλ. Ἕως τοὺς κληρονόμους σου ἀγάγω[90]. » Τούτου χάριν καὶ παρὰ σοῦ πλῆθος αἰχμαλώτων οἱ πολέμιοι λήψονται· τούτους γὰρ ἐξαποστελλομένους ὠνόμασε· καὶ ἕως Γὲθ ἔρημος ἡ γῆ σου γενήσεται, ἐπειδὴ τῇ τῶν ἀνοήτων τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέων ἠκολούθησας ἀσεβείᾳ. Ἐν ταύτῃ δὲ γενήσῃ τῇ ἐρημίᾳ, ἕως τοὺς κληρονόμους ἀγάγω σου[91], τουτέστιν, Ἕως ἂν τοὺς αἰχμαλώτους ἀπαχθέντας ἐλευθερώσας, ἐπαναγάγω πάλιν, καὶ τὴν πατρῴαν αὐτοῖς ἀποδῶ κληρονομίαν. Τινὲς[92] δὲ *τοὺς κληρονόμους, τοὺς πολεμίους* ἡρμήνευσαν, οὕτω τὸ χωρίον νοήσαντες· « Οἰκήσει[93] τοὺς οἴκους τοὺς ματαίους, οἵτινες εἰς κενὸν ἐγένοντο τοῖς βασιλεῦσιν Ἰσραήλ, ἕως τοὺς κληρονόμους, » ἀντὶ τοῦ, τοὺς πολεμίους, « ἀγάγω σοι. » Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν ἐνικῶς τεθεικότα *τὸν κληρονόμον*, καὶ βαθυτέραν εὑρίσκομεν διάνοιαν. Ἐν ἐρημίᾳ γὰρ, φησὶν, ἔσῃ τοὺς ματαίους οἴκους οἰκοῦσα, ἕως τὸν κληρονόμον ἀγάγω σοι, ὃν πόῤῥωθεν οἱ κακοὶ γεωργοὶ θεασάμενοι, κατὰ τὴν Δεσποτικὴν παραβολὴν, εἶπον· « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ[94] ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία. » Οὗτος παραγενόμενος, οὐ τὴν Λάχις μόνην, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τῆς τῶν ματαίων εἰδώλων δουλείας ἀπήλλαξε. Τούτοις ἐπάγει· « Κατοικοῦσα Λάχις κληρονομίαν[95] ἕως Ὀδολλὰμ ἥξει. » Αὕτη δὲ, φησὶν, ἡ ἐρημία οὐ μόνον σὲ καθέξει, ἀλλὰ καὶ ἕως τῆς Ὀδαλλὰμ ἐκταθήσεται, καὶ τὴν ἔνδοξον Ἱερουσαλὴμ καταλήψεται. Αὐτὴν γὰρ *θυγατέρα Σιὼν*, προσηγόρευσε· πρὸς ἣν καὶ τὸν λόγον τρέψας φησίν·

« Ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς Σιὼν, (ις'.) ξύρησαι, καὶ κεῖραι ἐπὶ τὰ τέκνα σου τὰ τρυφερὰ, ἐμπλάτυνον τὴν ξύρησίν σου, ὡς ἀετὸς, ὅτι ἠχμαλωτεύθησαν ἀπὸ σοῦ. » Πένθιμον ἀνάλαβε σχῆμα, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν τριχῶν ἄφελε κόσμον, ἀετὸν μιμουμένη, πάντων εἰς καιρὸν κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον γυμνούμενον τῶν πτερῶν· ὃς[96] κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν οὐδὲ θηρεύειν ἰσχύει, οὐδὲ φοβερός ἐστιν οἷς πρότερον ἦν φοβερός. Τούτῳ παραπλησίως καὶ σὺ, τῆς ἐμῆς γυμνουμένη προνοίας, εὐάλωτος ἔσῃ τοῖς πολεμίοις, ὡς τῶν οἰκητόρων σου πάντων ἔρημος γιγνομένη.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. « Ἐγένοντο[97] γὰρ λογιζόμενοι κόπους, καὶ ἐργαζόμενοι κακὰ ἐν ταῖς κοίταις αὐτῶν, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ συνετέλουν αὐτά. » Οὐδὲ γὰρ τὰς νύκτας δίχα παρανομίας διῆγον, ἀλλὰ νύκτωρ τὴν πονηρίαν προμελετῶντες, καὶ τοῖς λογισμοῖς ταύτην διαγρά-

A sunt iniquitates Israelis. » Tu vero Lachis prior dabis pœnas, quod imitata sis decem tribuum impietatem, et quod ad impietatem Hierosolymam pertraxeris.

VERS. 14, 15. « Ideo dabis emissarios usque ad hæreditatem Geth, domus vanas, frustra fuerunt regibus Israelis. Donec hæredes tuos adducam. » Quamobrem et abs te captivorum multitudinem hostes capient, hos enim *emissarios* vocavit, et usque ad Geth terra tua vastabitur, quod insanorum Israelis regum secuta sis **1484** impietatem. In hac autem solitudine permanebis, « donec hæredes tuos adducam; » hoc est, donec eos qui in captivitatem sunt abducti, liberatos rursus reducam, et paternam hæreditatem eis restituam. Quidam autem *hæredes* interpretati sunt *hostes*, sic locum intelligentes : « Habitavit in domibus vanis, quæquidem frustra fuerunt regibus Israelis, donec hæredes, » hoc est hostes, « adducam tibi. » Juxta Aquilam vero, qui numero singulari *hæredem* posuit, aliorem sensum invenimus. In solitudine, inquit, eris vanas domos inhabitans, donec hæredem adducam tibi, quem cum procul mali agricolæ vidissent, juxta Dominicam parabolam dixerunt : « Hic est hæres, venite, occidamus eum, et hæreditas nostra erit[k]. » Hic adventu suo, non Lachis solam, sed et omnem orbem terrarum a vanorum idolorum servitute liberavit. His subdit : « Quæ habitat Lachis hæreditatem usque ad Odollam veniet. » Non te solum, inquit, hæc vastitas obtinebit, sed etiam usque ad Odollam propagabitur, et præclaram Hierosolymam apprehendet. Eam enim *filiam Sionis* appellavit. Ad quam et sermonem convertens, ait :

« Gloria filiæ Sionis, (VERS. 16.) decalvare super filios tuos delicatos : dilata tonsuram tuam, sicut aquila, quoniam captivi ducti sunt ex te. » Lugubrem sume vestem, et a capillis aufer ornatum, aquilam imitans, pennis omnibus certo tempore juxta **1485** ordinem naturæ denudatam : quæ per id tempus nec venari potest, nec terrorem quibus antea formidabilis erat, incutere. Huic similis et tu, providentia mea destituta, facilis captu eris hostibus, nempe ab omnibus tuis incolis vacua facta.

CAP. II.

VERS. 1. « Facti sunt enim cogitantes labores, et operantes mala in cubilibus suis, et simul cum die consummabant ea. » Nam ne noctes quidem sine iniquitate traducebant : per noctem enim malitiam præmeditantes, et hanc cogitatione depingentes,

[k] Luc. xxi, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[90] A ἀγάγωσι, omisso σου. [91] σου. Leg. esse videtur, σοι. [92] τινες, κ τ. λ. Horum nihil exstat apud Montf. in Hexapl. [93] C οἰκήσεις. [94] καὶ — κληρ. Aliter l. c. leg. [95] A κληρονομία, colo ad Λάχις posito. [96] ὃς. C οὗτος. [97] Ἐγ. — κόπους. *Hebr.*, Væ cogitantibus iniquum.

Digitized by Google

interdiu consiliis opera adjungebant. Quænam vero illa sint et quanta, enumerat.

« Quia non levaverunt manus ad Deum suum. (Vers. 2.) Et desiderabant agros, et diripiebant pupillos, et domos opprimebant, et rapiebant virum et domum ejus, virum et hæreditatem ejus. » Et iniquitatibus explicatis, prædixit punitionem.

Vers. 3. « Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito super tribum istam mala : de quibus non efferatis colla vestra, et non ambuletis recti subito, quia tempus malum est. » Feroces enim et fastu insolentes cervices vestras deprimam, et castigationis magnitudine despicere in terram cogam : similiterque ut reliquas tribus, hanc tribum in servitutem tradam propter antedictas iniquitates.

Vers. 4. « Die illo sumetur super vos parabola, et plangetur planctus cum cantico dicentium, Miseria **1486** miseri facti sumus. » Hinc et antedicta facile est intelligere; nam quem supra *luctum Sirenum* dixit, hic *planctum cum cantico* vocat. Ita ut planum sit, ibi etiam *luctum Sirenum*, juxta pervulgatam fabulam, vocatum esse a propheta planctum cantu modulatum. His, inquit, illatis ei cladibus, non plangent vos modo, qui vestras calamitates audient, sed etiam exempli causa res vestras aliis narrabunt. Dicetis vero inter vos :

« Pars populi mei mensurata est funiculo, et non erat qui prohiberet eum, ut averteretur : agri nostri divisi sunt. (Vers. 5.) Propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. » Quoniam enim his in captivitatem abductis, vicini eorum agros sibi diviserunt : hoc, inquit, cum audieritis, luctibus et lacrymis pleni, inter vos hæc dicetis : Divinitus populo Israelis assignata pars ab inimicissimis alienigenis mensurata ac divisa est, nemine prohibente, injuriamve propulsante : atque ego quidem illinc ejectus sum, et datam hæreditatem non habeo, agros vero ad me pertinentes alii distribuunt. Postquam acerba sic denuntiavit, utilitatis plenam admonitionem affert.

« In Ecclesia Domini, (Vers. 6, 7.) nolite flere lacrymis, neque plorent super his oculi vestri ; non enim abjiciet opprobria. Qui dicit, Domus Jacobi provocavit Spiritum Domini. Si hæc sunt studia ejus, nonne sermones ejus boni sunt cum eo, et recti ambulaverunt? » Non, inquit, ex supplicio vobis dolor capiendus est, sed peccatum lugendum est : nec verbo iniquitas **1487** confitenda, sed opere rerum mutatio proferenda ; nam operibus ornata verba laudat Deus.

φοντες, μεθ' ἡμέραν ταῖς βουλαῖς ἐπετίθουν τὰ ἔργα. Τίνα δὲ ταῦτα καὶ ὅσα, ἀπαριθμεῖται.

« Διότι οὐκ ἦραν χεῖρας πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν. (β'.) Καὶ ἐπεθύμουν ἀγροὺς, καὶ ἥρπαζον[98] ὀρφανοὺς, καὶ οἴκους κατεδυνάστευον, καὶ διήρπαζον[99] ἄνδρα καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἄνδρα καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. » Καὶ τὰς παρανομίας διεξελθὼν, προλέγει τὴν τιμωρίαν.

γ'. « Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ λογίζομαι ἐπὶ τὴν φυλὴν ταύτην κακὰ, ἐξ ὧν οὐ μὴ ἄρητε τοὺς τραχήλους ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πορευθῆτε ὀρθοὶ ἐξαίφνης[1], ὅτι καιρὸς πονηρός ἐστι. » Τοὺς γὰρ θρασεῖς ὑμῶν καὶ ἀλαζονικοὺς κατακάμψω τραχήλους, καὶ τῷ μεγέθει τῆς παιδείας κύπτειν[2] εἰς γῆν ἀναγκάσω· ταῖς γὰρ ἄλλαις φυλαῖς παραπλησίως, καὶ τήνδε παραδώσω τὴν φυλὴν τῇ δουλείᾳ διὰ τὰς προρρηθείσας παρανομίας.

δ'. « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ληφθήσεται ἐφ' ὑμᾶς παραβολὴ, καὶ θρηνηθήσεται θρῆνος ἐν μέλει λεγόντων[3]· Ταλαιπωρίᾳ ἐταλαιπωρήσαμεν. » Ἐντεῦθεν καὶ τὰ πρόσθεν εἰρημένα ῥᾴον ἄν τις νοήσειεν· ὁ γὰρ εἶπεν ἄνω *πένθος Σειρήνων*, τοῦτο ἐνταῦθα *θρῆνον ἐμμελῆ* καλεῖ. Ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι *κἀκεῖ* τὸν ἐμμελῆ θρῆνον *πένθος Σειρήνων* κατὰ τὸν περιφερόμενον ἐκάλεσε μῦθον. Τούτων, φησὶν, ἐπενεχθέντων αὐτῇ τῶν κακῶν, οὐ θρηνήσουσι μόνον ὑμᾶς οἱ τὰ καθ' ὑμᾶς ἀκούοντες, ἀλλὰ καὶ οἷόν τινι παραβολῇ κεχρημένοι, ἑτέροις τὰ ὑμέτερα προσοίσουσι διηγήματα. Καὶ ὑμεῖς δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐρεῖτε·

« Μερὶς λαοῦ μου κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, καὶ οὐκ ἦν ὁ κωλύσων[4] αὐτὸν, τοῦ ἀποστρέψαι· οἱ ἀγροὶ ἡμῶν διεμερίσθησαν[5]. (ε'.) Διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται σοι βάλλων σχοινίον ἐν κλήρῳ. » Ἐπειδὴ γὰρ, τούτων αἰχμαλώτων ἀπαχθέντων, οἱ περίοικοι τὴν ὑπὸ τούτων γεωργουμένην διενείμαντο γῆν, τοῦτο, φησὶν, ἀκούοντες, ὀλοφυρόμενοι καὶ δακρύοντες πρὸς ἀλλήλους ἐρεῖτε, ὅτι Ἡ θεόθεν ἀφορισθεῖσα μερὶς τῷ Ἰσραὴλ, ὑπὸ τῶν ἐχθίστων ἀλλοφύλων μετρηθεῖσα διήρηται, οὐδενὸς ἀπείργοντος καὶ τὴν πλεονεξίαν παύοντος· κἀγὼ μὲν ἐκεῖθεν ἐκβέβλημαι, καὶ τὸν δοθέντα κλῆρον οὐκ ἔχω· τοὺς δὲ ἐμοὶ προσήκοντας ἀγροὺς ἕτεροι διανέμονται. Οὕτω τὰ λυπηρὰ διαγγείλας, παραίνεσιν εἰσφέρει τὸ χρήσιμον ἔχουσαν.

« Ἐν ἐκκλησίᾳ Κυρίου, (ς', ζ'.) μὴ δακρύετε[6] δάκρυσι, μηδὲ δακρυέτωσαν ἐπὶ τούτοις οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν[7]· οὐ γὰρ ἀπώσεται ὀνείδη ὁ λέγων· Οἶκος Ἰακὼβ παρώργισε Πνεῦμα Κυρίου. Εἰ ταῦτα ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἐστιν, οὐχὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ καλοί εἰσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ὀρθοὶ πεπόρευνται; » Οὐ χρὴ, φησὶν, ἀλγεῖν ὑμᾶς ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν θρηνεῖν· οὐδὲ λόγῳ τὴν παρανομίαν ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἔργῳ[8] δεικνύναι τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολήν· τοὺς γὰρ τοῖς ἔργοις κοσμουμένους λόγους ἐπαινεῖ Θεός.

VARIÆ LECTIONES.

[98] A διήρπαζον, omisso ὀρφανούς. [99] A ἥρπαζον. [1] ἐξαίφν. Des. in A. [2] C κάμπτειν. [3] A λέγων. [4] A κωλύων. [5] C ὑμῶν διεμετρήθησαν. [6] δακρ. A κλαίετε. [7] οἱ ὀφθ. ὑμ. Des. in A. [8] ἔργ. C præm. ἐν.

Digitized by Google

η'. « Καὶ ἔμπροσθεν ὁ λαός μου εἰς ἔχθραν ἀντ- A
ε:η κατέναντι τῆς εἰρήνης αὐτοῦ. » Τοῖς γὰρ ἐμοῖς νόμοις ἐναντία δρῶν ἑαυτὸν τῆς εἰρήνης ἐστέρησε. « Τὴν δορὰν αὐτοῦ ἐξέδειραν, τοῦ ἀφελέσθαι ἐλπίδα [9], συντριμμὸν πολέμου. » Διὰ γὰρ ταύτην τὴν μοχθηρίαν τρόπον τινὰ τῆς οἰκείας ἐγυμνώθη δορᾶς, ἔρημος τῆς ἐμῆς προνοίας γενόμενος, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἀπαλέσας ἐλπίδα, τῇ τοῦ πολέμου συντριβῇ παρεδόθη.

θ'. « Καὶ οἱ ἡγούμενοι δὲ τοῦ λαοῦ μου ἀπορριφήσονται [10] ἐκ τῶν οἰκιῶν τρυφῆς αὐτῶν, διὰ τὰ πονηρὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν ἐξώσθησαν. » Σὺν τοῖς ἄλλοις γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ ἱερεῖς, τῆς προτέρας στερηθέντες τρυφῆς, τὴν ἀλλοτρίαν δουλοπρεπῶς οἰκεῖν ἠναγκάσθησαν, δίκας ὧν ἐπλημμέλησαν τίνοντες. B

« Ἐγγίσατε ὄρεσιν αἰωνίοις. (ι', ια'.) Ἀνάστηθι [11] καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις· ἕνεκεν ἀκαθαρσίας διεφθάρητε [12] φθορᾷ. Κατεδιώχθητε οὐδενὸς διώκοντος. » Τῇ γὰρ παρανομίᾳ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδεδωκότες, αὐθαίρετοι μὲν εἵλεσθε τὴν πονηρίαν, πρόχειροι δὲ τοῖς πολεμίοις ἐγένεσθε. Εἰς τὰ ὄρη τοίνυν ἐκείνων βαδίζετε, ἃ ἄνωθεν ὁ Θεὸς ἐκεῖ δημιουργήσας ἐφύτευσε· τῆς ἐνταῦθα γὰρ διαίτης διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐστέρησθε. « Πνεῦμα γὰρ ἔστησε ψευδὲς, ἐστάλαξέ σοι ὡς [13] οἶνον καὶ μέθυσμα. » Τὸ γὰρ τῆς [14] ἐξαπάτης πνεῦμα, ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις φθεγγόμενον, τὰς ψευδεῖς σοι προρρήσεις ἐνέσταξε, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐνειργάσατο μέθην.

« Καὶ ἔσται, ἐκ τῆς σταγόνος τοῦ λαοῦ τούτου (ιβ'.) συναγόμενος συναχθήσεται Ἰακώβ· σὺν πᾶσιν ἐκδεχόμενος ἐκδέξομαι τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ θήσομαι τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ [15]. » Αὕτη δὲ, φησὶν, ἡ ἐξαπάτη, ἡ παρὰ τῶν δαιμόνων διὰ τῶν ψευδοπροφητῶν ἐν ὑμῖν γινομένη, παρασκευάσει καὶ ὑμᾶς τὰς δέκα φυλὰς εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν καταλαβεῖν· ἐκεῖ γὰρ πάντας ἀπάξω, κοινὴν ὑμῖν ἐπάγων τὴν τιμωρίαν· ἧς καταλαβούσης, « Ὡς πρόβατα ἐν Θλίψει, ὡς ποίμνια [16] ἐν μέσῳ κοίτης αὐτῶν, ἐξαλοῦνται ἐξ ἀνθρώπων. » Καθάπερ γὰρ ἡσυχῇ καθήμενα πρόβατα [17], λύκον ἐξαπιναίως ἐπελθόντα θεασάμενα, μετὰ πολλοῦ δέους ἀνίστανται· οὕτως ὑμεῖς ἐπελθόντας θεασάμενοι τοὺς πολεμίους, θορύβου καὶ δέους ἀναπλησθήσεσθε. Εἶτα προλέγει τὰ ὑπὸ Σεδεκίου γεγενημένα, ἃ [18] καὶ ὁ μακάριος Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης προεῖρηκεν, ἡνίκα σκεύη αἰχμαλωσίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λαβεῖν προσετάχθη, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων προαγορεῦσαι τὴν ἐκείνου τοῦ βασιλέως φυγήν.

ιγ'. « Ἀνάβηθι [19] διὰ τῆς διακοπῆς [20] πρὸ προσώπου αὐτῶν· διέκοψαν [21], καὶ διῆλθον πύλην, καὶ ἐξῆλθαν δι' αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν πρὸ προσώπου αὐτῶν. » Αἰσθόμενος γὰρ ἐπιβάντας τοὺς Χαλδαίους, τῆς πόλεως διορύξας τὸ τεῖχος σὺν

Vers. 8. « Et prius populus meus in inimicitiam restitit contra pacem suam. » Contra leges enim meas faciens, semetipsum pace privavit. « Pellem ejus excoriaverunt, ut auferrent spem, contritionem belli. » Propter hanc enim nequitiam quodammodo pelle sua spoliatus est : mea nimirum procuratione destitutus et bona spe dejectus, bello quasi attritus est.

Vers. 9. « Duces populi mei projicientur de domibus deliciarum suarum, propter mala studia sua ejecti sunt. » Cum aliis enim et reges, et sacerdotes, pristinis orbati deliciis, in aliena terra servorum more habitare coacti sunt, eorum quibus deliquerunt, pœnas luentes.

« Appropinquate montibus æternis. (Vers. 10, 11.) Surge et ambula, quia non est tibi hæc requies : propter immunditiam consumpti estis corruptione. Fugistis nemine persequente. » Cum enim vos iniquitati dedissetis, sponte quidem malitiam estis amplexi, hostibus vero captu faciles facti estis. Ad montes igitur illorum accedite, quos a principio Deus ibi conditos plantavit ; nam hic vivendi facultate privati estis propter peccatum. « Spiritus enim statuit mendacium, stillavit tibi vinum et ebrietatem. » Fraudulentus enim spiritus, per falsos prophetas loquens, mendaces prædictiones tibi instillavit, indeque fluentem ebrietatem operatus est. C

« Et erit, de stilla 1488 populi hujus. (Vers. 12.) Congregatus congregabitur Jacob : cum omnibus suscipiens suscipiam reliquos Israelis, in idipsum ponam aversionem ejus. » Hæc, inquit, deceptio, quam vobis per falsos prophetas dæmones conflaverunt, efficiet ut vos etiam ad decem tribus in captivitatem perveniatis. Eo enim omnes abducam, communes de vobis pœnas sumens : quæ cum vos oppresserint : « Sicut oves in tribulatione, quasi greges in medio cubilis eorum, exsilient ex hominibus. » Quemadmodum enim oves quiete recubantes, si lupum repente venientem vident, cum metu plurimo surgunt : sic vos, cum hostes videritis adventantes, tumultu et timore implebimini. D Deinde prædicit quæ sub Sedecia facta sunt : quæ quidem beatus etiam Ezechiel propheta prædixit, vasa captivitatis a Deo accipere jussus, et regis illius fugam rebus ipsis prænuntiare.

Vers. 13. « Ascende per divisionem ante faciem eorum : diviserunt et transierunt portam, et egressi sunt per eam, et exiit rex eorum ante faciem eorum. » Cum enim sensisset Chaldæos insilientes, urbis muro perfosso cum paucis aufugit : captus

VARIÆ LECTIONES.

[9] A ἐλπίδας. [10] C ἀπορριφθήσονται. [11] A ἀνάστα. [12] C διεφθάρησαν. [13] ὡς. A εἰς. [14] τῆς. Des. in C. [15] A αὐτῶν. [16] A ποίμνιον. [17] πρόβ.—θεασάμενα. Ex C suppl. [18] ἃ. Ita C, Sirm. ὃ. [19] Ἀν. — προσ. αὐτ. *Hebr.*, Ascendet effractor coram illis. [20] A κοπῆς. [21] διέκ. C præm. καί.

Digitized by Google

vero, filiorum primo cædem vidit, deinde oculis orbatus vinctusque abductus est. « Dominus autem dux erit eorum. » Scilicet non ad ferendam opem, sed ad eos perdendos.

ὀλίγοις ἀπέδρα· ἁλοὺς δὲ, πρῶτον μὲν εἶδε τὴν τῶν παίδων σφαγήν· εἶτα στερηθεὶς τῶν ὀμμάτων, πεπεδημένος ἀπήχθη. « Ὁ δὲ Κύριος ἡγήσεται αὐτῶν· » οὐκ ἀμύνων, ἀλλὰ προτέμενος δηλονότι.

1489 CAP. III.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

VERS. 1-4. « Et dicet : Audite hæc, principes Jacobi, et reliqui domus Israelis : nonne vestrum est cognoscere judicium? Qui odio habetis bona et quæritis mala : diripientes pelles eorum ab eis, et carnes eorum ab ossibus eorum. Sicut devoraverunt carnes populi mei, et pelles ab eis excoriaverunt, et ossa eorum confregerunt, et concideruntsicut carnes in lebetem, et sicut carnes in ollam : sic clamabunt ad Dominum, et non exaudiet eos, et avertet faciem suam ab eis tempore illo, eo quod pessime egerunt in studiis suis. » Ad principes verba facit, quibus cum judicandi potestas permissa esset, jus conculcabant : quare per interrogationem eos alloquitur : Nonne vos judicandi facultatem obtinuistis, ut delinquentes quidem puniatis, innocentes vero sine noxa dimittatis? Quomodo igitur, qui legum præfecturam eratis sortiti, bonorum operum actiones aversabamini, et in res iniquissimas acerrime incumbebatis? Tantam porro tyrannidem in pauperes exercuistis, ut omnibus opibus eos privaretis? Hoc enim planum fecit, cum dixit : « Diripientes pelles eorum ab eis, et carnes eorum ab ossibus eorum. » Cum hæc itaque scelera admiseritis, etiamsi millies auxilium a me petieritis, nullam opem consequemini. His minis contra principes prolatis, ad **1490** prophetas transfert sermonem.

α'-δ'. « Καὶ ἐρεῖ· Ἀκούσατε δὴ, αἱ ἀρχαὶ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ· οὐχ ὑμῖν ἐστι γνῶναι[22] τὸ κρῖμα; Οἱ[23] μισοῦντες τὰ καλὰ, καὶ ζητοῦντες τὰ πονηρά· ἁρπάζοντες τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστῶν αὐτῶν. Ὃν τρόπον κατέφαγον τὰς σάρκας τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν ἐξέδειραν, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν συνέθλασαν, καὶ ἐμέλισαν ὡς σάρκας εἰς λέβητα, καὶ ὡς κρέας εἰς χύτραν· οὕτω κεχράξονται πρὸς Κύριον, καὶ οὐκ εἰσακούσεται αὐτῶν· καὶ ἀποστρέψει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἀνθ' ὧν ἐπονηρεύσαντο ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν ἐν αὐτοῖς[24]. » Πρὸς τοὺς ἄρχοντας ποιεῖται τὸν λόγον· οἱ πεπιστευμένοι γὰρ τὸ κρίνειν, ἐπάτουν τὸ δίκαιον· διότι κατ' ἐρώτησιν πρὸς αὐτοὺς λέγει· Οὐχ ὑμεῖς εἴχετε τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν, ὥστε κολάζειν μὲν τοὺς πλημμελοῦντας, ἀθώους δὲ ἀφιέναι τοὺς ἀνευθύνους; Πῶς τοίνυν τῶν νόμων προστατεύειν πεπιστευμένοι, ἀπεστρέφεσθε μὲν τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὴν πρᾶξιν, θερμῶς δὲ περὶ τὰ πονηρὰ διέκεισθε; Τοσαύτῃ δὲ πλεονεξίᾳ κατὰ τῶν πενήτων ἐκέχρησθε, ὥστε πάντων αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων γυμνοῦν. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Ἁρπάζοντες[25] τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστῶν αὐτῶν. » Ταῦτα τοίνυν τετολμηκότες, κἂν μυριάκις τὴν παρ'[26] ἐμοῦ συμμαχίαν αἰτήσητε, ἐπικουρίας οὐδεμιᾶς ἀπολαύσετε. Οὕτω τοῖς ἄρχουσιν ἀπειλήσας, ἐπὶ τοὺς προφήτας μεταφέρει τὸν λόγον.

VERS. 5. « Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, et mordent dentibus suis, et prædicant super eos pacem, et non est data in os eorum : sanctificaverunt super eum prælium. » Mendacia, inquit, prophetæ falsi vaticinantes, quasi morsibus quibusdam, verborum assentatione populo nocebant, contraria quidem prophetis meis loquentes, pacem autem populo pollicentes. At vero eorum quidem verba pacem habent, sed res bellum ostendunt. Malorum autem quæ ex bello exsistunt causa fuerunt qui pacem prædicabant, et quominus pœnitentiam populus ageret, obsistebant. Quod vero ait : « Et sanctificaverunt super eum bellum, » pro *separaverunt* posuit, hoc est conciliaverunt.

ε'. « Τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ τοὺς προφήτας, τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, τοὺς δάκνοντας ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, καὶ κηρύσσοντας ἐπ' αὐτῶν[27] εἰρήνην, καὶ οὐκ ἐδόθη εἰς τὸ στόμα αὐτῶν· ἡγίασαν[28] ἐπ' αὐτὸν πόλεμον. » Ψεύδη, φησὶν, οἱ τῆς ἀληθείας προφῆται χρησμολογοῦντες, οἷόν τισι δήγμασι τῇ κολακείᾳ τῶν λόγων τὸν λαὸν ἐλυμήναντο, ἐναντία μὲν τοῖς ἐμοῖς προφήταις φθεγγόμενοι, εἰρήνην δὲ αὐτοῖς ὑπισχνούμενοι. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐκείνων λόγοι τὴν εἰρήνην ἔσχον, τὰ δὲ πράγματα τὸν πόλεμον δείκνυσι. Πρόξενοι δὲ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου κακῶν οἱ τὴν εἰρήνην ἐπαγγειλάμενοι, καὶ ἐμποδὼν τῇ τοῦ λαοῦ μεταμελείᾳ γενόμενοι. Τὸ δὲ, « Ἡγίασαν ἐπ' αὐτὸν πόλεμον, » ἀντὶ τοῦ *ἀφώρισαν* τέθεικε, τουτέστι προὐξένησαν.

VERS. 6, 7. « Propterea nox vobis erit pro visione, et tenebræ erunt vobis ex divinatione, et occidet sol super prophetas, et obtenebrescet super eos dies. Et confundentur qui vident somnia, et irridebuntur harioli, et loquentur adversus eos omnes isti, quia non est qui exaudiat eos. » Rebus

ς', ζ'. « Διὰ τοῦτο νὺξ ὑμῖν ἔσται ἀπὸ ὁράσεως, καὶ σκοτία ὑμῖν ἔσται ἐκ[29] μαντείας. καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας, καὶ συσκοτάσει ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἡμέρα. Καὶ καταισχυνθήσονται οἱ ὁρῶντες τὰ ἐνύπνια, καὶ καταγελασθήσονται οἱ μάντεις, καὶ καταλαλήσουσι κατ' αὐτῶν πάντες αὐτοὶ, διότι οὐκ ἔσται

VARIÆ LECTIONES.

[22] γν. A præm. τοῦ. [23] Οἱ. Des. in A. [24] ἐν σύτ. Des. in A. [25] Ἁρπ. Deerat in edit. pr. [26] C περὶ. [27] A αὐτόν. [28] C ἡγίασεν. Ita quoque post pauca. [29] ἐκ. C præm. καί.

Digitized by Google

ὑπακούων[30] αὐτῶν. » Τῶν γὰρ πραγμάτων ἐναντίων φαινομένων, καὶ ἀντὶ τῆς ὑπ' αὐτῶν θρυλλουμένης εἰρήνης τῆς συμπλοκῆς ὁρωμένης, γέλωτα μὲν ὀφλήσουσιν οἱ τὰ ψευδῆ ¡αντευσάμενοι· ἐγκαλυπτόμενοι δὲ βαδιοῦνται οἱ τοῖς ἐνυπνίοις θαῤῥεῖν παρακελευσάμενοι· μεσούσης δὲ ἡμέρας ἐν σκότῳ διάξουσι, καὶ νύκτα τὴν ἡμέραν ἡγήσονται, τῷ φόβῳ τῶν ὁρωμένων βαλλόμενοι· πολλαῖς δὲ αὐτοὺς πλυνοῦσι λοιδορίαις οἱ ταῖς ἐκείνων ἀπαχθέντες μαντείαις.

A enim contrariis apparentibus, et pro pace, quam jactabant, prælio ingruente, risu quidem excipientur qui falsa vaticinati sunt, et confusi gradientur qui somniis confidere jubebant, medioque die in tenebris vitam agent, et noctem diem existimabunt, visorum metu vexati : multis autem illos conviciis proscindent ii, quos illi suis vaticinationibus seduxerant.

η'. « Ἐγὼ δὲ[31], φησὶν ὁ προφήτης, ἐνεπλήσθην ἰσχύος ἐν Πνεύματι Κυρίου, καὶ κρίματος, καὶ δυναστείας, τοῦ ἀπαγγεῖλαι τῷ Ἰακὼβ ἀσεβείας αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ[32] Ἰσραὴλ ἁμαρτίας αὐτῶν. » Οὔτε γὰρ ὅμοια τοῖς παρανόμοις ἐκείνοις δρᾶσαι τολμήσω· ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος ἐνεργούμενος, καὶ τῆς τοιαύτης δυνάμεως ἐμπιπλάμενος[33], σὺν παῤῥησίᾳ τοῦ λαοῦ τὴν ἀσέβειαν διελέγξω. Οὕτως ὑποσχόμενος διαῤῥήδην ἐλέγξειν τὰς ὑπ' αὐτῶν τολμωμένας παρανομίας, ἀντικρὺς βοᾷ·

1491 Vers. 8. « Verumtamen ego, inquit propheta, repletus sum fortitudine in Spiritu Domini, et judicio, et potentia, ut annuntiem Jacobo impietates ejus, et domui Israelis peccata eorum. » Non enim committam, ut similia illis prævaricationibus aggrediar; sed sancti Spiritus gratia ductus, et tali virtute roboratus, populi impietatem libere redarguam. Ita se palam scelera eorum reprehensurum pollicitus, aperte exclamat :

θ', ι'. « Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραὴλ, οἱ βδελυσσόμενοι κρίμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες. Οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. » Τὸ κρίνειν, φησὶ, πεπιστευμένοι, κατέχειν ἀκλινῶς οὐκ ἠβουλήθητε τὰ τῆς δίκης ζυγά· ἀλλὰ τοῦ δικαίου μὲν ἐποιεῖσθε λόγον οὐδένα, τὸ δὲ ἄδικον δίκαιον ἐπειρᾶσθε δεικνύναι, καὶ ταύτῃ κεχρημένοι τῇ γνώμῃ, αἱμάτων ἀδίκων τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐνεπλήσατε· δωροδοκίᾳ μὲν οἱ ἄρχοντες χρώμενοι, οἱ δὲ ἱερεῖς τὰς περὶ τῶν νομίμων ἀποκρίσεις μετὰ χρημάτων ποιούμενοι, καὶ προῖκα τὴν θείαν ἐκτελεῖν λειτουργίαν οὐκ ἀνεχόμενοι· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων ἐνεργούμενοι προφῆται, ἔμμισθον τὴν ψευδῆ μαντείαν παρέχοντες, καὶ μετὰ δώρων τὴν ἀπάτην προσφέροντες, καὶ τοῦτο[34] δρῶντες τὴν θείαν ἔχειν ἐφαντάζοντο συμμαχίαν, λέγοντες· « Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; Οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς[35] κακά. » Ἐπειδὴ τοίνυν παρανομίᾳ πάσῃ συζῶντες, μάτην ἐπερείδεσθε τῇ θείᾳ προσηγορίᾳ, γινώσκετε, ὅτι

Vers. 9, 10. « Audite hæc, duces domus Jacobi, et reliqui domus Israelis, qui abominamini judicium, et omnia recta pervertitis. Qui ædificatis Sionem sanguinibus, et Hierosolymam iniquitatibus. » [11] Cum, inquit, judicandi munus mandatum vobis esset, justitiæ lances rectas et neutram in partem inflexas tenere noluistis, sed potius æqui et justi nullam habentes rationem, injuria ut jus videretur admitebamini, atque hoc agentes animi proposito, sanguine innocentum Hierosolymam complevistis. Corruptela munerum principis capti, et sacerdotes de legitimis non sine pecunia respondentes, ministeriaque divina gratis peragere abnuentes : quin et prophetæ adversariis agitati spiritibus, falsam divinationem pro mercede exponentes, et imposturam donis proferentes, hæc cum facerent, divinum auxilium se habituros augurabantur, dicentes : « Nonne Dominus in nobis est? Non venient super vos mala. » Quoniam ergo iniquam omnino vitam ducentes frustra divina appellatione nixi estis, cognoscite fore ut,

ιβ'. « Διὰ τοῦτο δι' ὑμᾶς, Σιὼν, ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον ἔσται, καὶ τὸ ὄρος τὸ τοῦ οἴκου εἰς ἄλσος δρυμοῦ. » Τοσαύτη, φησὶν, ἐρημία τὴν πολυθρύλλητον ταύτην καταλήψεται πόλιν, ὡς τὸν μὲν θεῖον οἶκον φυτῶν ἀναπλησθῆναι, καὶ ἀπεικασθῆναι δρυμῷ· τὰ δὲ τῶν τειχῶν ἔνδον, τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων στενοχωρούμενα, ταῖς ἔξω τῶν περιβόλων ἀρούραις νεουργεῖσθαι παραπλησίως, καὶ σπείρεσθαι, ὡς μηδὲν ὀπωροφυλακίου τὴν Ἱερουσαλὴμ διαφέρειν, ὃ μετὰ τὴν τῶν καρπῶν συλλογὴν ἔρημον μένει, τοῦ πρώην φυλάττοντος οἴκαδε ἐπανιόντος. Ταῦτα δὲ πέρας μὲν ἔλαβε καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἡνίκα

Vers. 12. « Idcirco propter vos Sion quasi ager aretur, et Hierosolyma **1492** ut pomorum custodia sit, et mons templi in lucum saltus (rediga-tur). » Tanta, inquit, solitudo huic urbi clarissimæ inferetur, ut domus divina plantis compleatur, et saltus similis sit : loca vero intra muros, quæ olim civium frequentia angusta erant, similiter ut agri, qui extra mœnia sunt, arentur, et in eis sementes fiant, ita ut nihil Hierosolyma a pomorum custodia differat, quæ post fructuum perceptionem, custode domum reverso, deserta manet. Hæc vero sub Nabuchodonosore quidem finem sortita sunt, cum capta urbe habitatores una cum rege captivos

VARIÆ LECTIONES.

[30] A ἐπακούων. [31] A Ἐὰν μὴ ἐγὼ ἐμπλήσω ἰσχὺν, κ. τ. λ. [32] οἴκῳ. Des. in A. [33] C ἐμπιμπλάμενος. [34] C ταῦτα. [35] A ἡμᾶς.

Digitized by Google

abduxisset; sed exactius prophetiæ finem videre est, post rabiem et insaniam, qua Judæi adversus Salvatorem nostrum exarserunt. Nam in hunc usque diem celebre templum illud funditus eversum, et in tantam solitudinem redactum est, ut qui vident ignorent quis fuerit sanctorum olim locus. Sic ergo divina gratia de illo templo per os prophetæ vaticinans, Ecclesiæ, quæ in Dominum nostrum Jesum Christum credidit, splendorem ac celebritatem præmonstrat. Loquitur autem in hunc modum :

A τὴν πόλιν ἐλὼν σὺν τῷ βασιλεῖ τοὺς ἐνοικοῦντας αἰχμαλώτους ἀπήγαγεν· ἀκριβέστερον δὲ ἔστιν ἰδεῖν τῆς προφητείας τὸ τέλος μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων λύτταν καὶ μανίαν γεγενημένην. Ἄχρι γὰρ τοῦ παρόντος ὁ πλυθρύλλητος ἐκεῖνος νεὼς ἐκ βάθρων ἀνασπασθεὶς ἐρημίᾳ παντελεῖ παρεδόθη, ὡς ἀγνοεῖν τοὺς ὁρῶντας, ποῖος ἦν τῶν πάλαι ἁγίων ὁ τόπος. Οὕτω τοίνυν ἡ θεία χάρις διὰ τῆς προφητικῆς γλώττης τὰ περὶ ἐκείνου προαγορεύσασα τοῦ νεὼ, τῆς εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν πεπιστευκυίας Ἐκκλησίας προθεσπίζει τὴν περιφάνειαν. Λέγει δὲ οὕτως·

CAP. IV.

VERS. 1-3. « Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, paratus super verticem montium, et elevabitur super colles, et festinabunt ad eum populi. Et ibunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini : et in **1493** domum Dei Jacobi, et ostendent nobis viam ejus, et ambulabimus in semitis ejus. Quia e Sione exibit lex, et verbum Domini ex Hierosolyma. Et judicabit inter populos multos, et redarguet gentes fortes usque in longinquum. » Usque ad extremas enim terras evangelica et divina prædicatio permanavit, juxta Domini prædictionem, quæ in sacris Evangeliis habetur. « Prædicabitur enim, inquit, hoc Evangelium omnibus gentibus, in testimonium ipsis [l]. » Tum etiam sanctis apostolis præcepit, dicens : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis [m]. » Hæc lex evangelica, et sermo apostolicus, cum ab Hierosolyma, veluti a fonte quopiam, incepisset, omnem terrarum orbem pervasit, cum fide accedentibus irrigationem afferens. Videre autem licet in mediis urbibus, et vicis, et agris, locisque remotissimis, ædes sacras exædificatas, magnitudine et pulchritudine præcellentes, ita ut ipsis quoque montibus editissimis illustriores sint, et magis conspicuæ. Quod si quispiam *colles et montes* intelligere velit templa infestissimorum dæmonum, in his olim ædificata, sic etiam sensum propheticum veritati congruentem inveniet. Siquidem hæc radicitus evulsa et funditus deleta sunt : Dei vero templa, et multitudine, et pulchritudine cœli stellas æmulantur. At Judæi hæc ita intelligere nolunt; sed hanc aiunt esse Babylonici reditus prædictionem. **1494** Et quidem nihil mirum est, illos, stupidi cum sint, hoc modo intelligere; nam aliis eorum ineptiis convenit etiam hæc circa prophetiam istam hallucinatio. Quod autem quidam etiam doctores pietatis eamdem interpretationem

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

α'-γ'. « Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν [36] ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ κορυφὰς [37] τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτὸ λαοί. Καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ [38] εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀναμέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως εἰς [39] μακράν. » Μέχρι γὰρ τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς τὸ εὐαγγελικὸν καὶ θεῖον διέδραμε κήρυγμα, κατὰ τὴν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις φερομένην τοῦ Κυρίου πρόῤῥησιν. « Κηρυχθήσεται γὰρ, ἔφη, τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον εἰς πάντα τὰ ἔθνη εἰς μαρτύριον αὐτοῖς » Καὶ τοῖς ἁγίοις δὲ ἀποστόλοις παρηγγύησε, λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Οὗτος ὁ εὐαγγελικὸς νόμος, καὶ ἀποστολικὸς λόγος, ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, οἷον ἀπό τινος πηγῆς ἀρξάμενος, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμε, τοῖς μετὰ πίστεως προσιοῦσι τὴν ἀρδείαν προσφέρων. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ τοὺς θείους οἴκους ἐν μέσῳ καὶ πόλεων, καὶ κωμῶν, καὶ ἀγρῶν, καὶ ἐσχατιῶν διακειμένους, καὶ μεγέθει, καὶ κάλλει διαπρέποντας, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν ἐπισημοτέρους εἶναι, καὶ περιφανεστέρους. Εἰ δὲ καὶ βουνοὺς καὶ ὄρη, τὰ πάλαι ἐν τούτοις τῶν ἀλαστόρων δαιμόνων τεμένη νοῆσαί τις ἐθελήσειε, καὶ οὕτως εὑρήσει τὸν προφητικὸν λόγον ἀληθείᾳ κοσμούμενον· τὰ μὲν γὰρ ἐκ βάθρων ἀνεσπασμένα, φροῦδά ἐστι παντελῶς· οἱ δὲ θεῖοι ναοὶ, τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος μιμοῦνται. Ἰουδαῖοι δὲ ταῦτα νοεῖν οὐκ ἐθέλουσιν οὕτως, ἀλλὰ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου πρόῤῥησιν ταῦτα εἶναί φασι· καὶ τὸ μὲν ἐκείνους ἠλιθίους ὄντας οὕτω νοεῖν, θαυμαστὸν οὐδέν· συμβαίνει γὰρ αὐτῶν ταῖς ἄλλαις παραφοραῖς [40] καὶ ὁ περὶ τήνδε τὴν προφητείαν πλάνος·

[l] Matth. xxiv, 14. [m] Matth. xxviii, 19, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[36] Supra, t. I, p. 1309, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. [37] κορ. A præm. τάς. [38] εἰς τ. ὄρ. Κυρ. καί. Des. in A. [39] εἰς. Des. in A. [40] C παρανομίαις.

Digitized by Google

τὸ δὲ καί τινας τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν ἐνθεῖναι τοῖς οἰκείοις συγγράμμασιν, οὐκ ἀνεκτὸν, οὐδὲ συγγνώμης ἄξιον εἶναί μοι δοκεῖ. Ποῖα γὰρ ἔθνη καὶ πελάζοντα, καὶ πόρρωθεν ἀποκισμένα, μετὰ τὴν ἐπάνοδον συνέδραμον εἰς τὸν Ἰουδαίων ναὸν, τὸν ἐκείνων ἀσπασάμενα νόμον, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἐκπορευόμενον ἀγαπήσαντα λόγον; Ἀναμέσον δὲ ποίων ἐθνῶν, ἢ λαῶν παμπόλλων, οὗτος ὁ λόγος διέκρινε, τὰ κακῶς ὑπ' αὐτῶν γινόμενα διελέγχων; Καὶ τὰ ἐπαγόμενα δὲ, ἀντικρὺς τῆς ἑρμηνείας ἐκείνης διελέγχει τὸ ψεῦδος· μετὰ γὰρ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ὡς καὶ τοῖς οὕτω νενοηκόσι δοκεῖ, καὶ Γὼγ καὶ Μαγὼγ μετὰ πλείστων ἐθνῶν ἐπεστράτευσαν Ἰουδαίοις, καὶ οἱ περίοικοι δὲ πάντες αὐτοὺς πολεμοῦντες διετέλεσαν, ἔνθεν μὲν Ἰδουμαῖοι, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ Μωαβῖται· ἐκεῖθεν δὲ ἀλλόφυλοι καὶ Σαμαρεῖται· καὶ ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου, τὰ Μακεδονικὰ αὐτοῖς ἐπέστη κακὰ, ἃ τῶν Μακκαβαίων αἱ συγγραφαὶ περιέχουσιν. Ἐνταῦθα θείαν.

A in sua scripta inseruerint, id vero non ferendum mihi, nec venia dignum videtur. Quarnam enim gentes, aut vicinæ, aut longius dissitæ, in Judæorum templum post reditum accurrerunt ad leges eorum accipiendas, et verbum illinc exiens amplexandum? Inter quasnam vero gentes, populosve plurimos, verbum hoc judicavit, eorum malefacta reprehendens? Sed illa etiam quæ subsequuntur aperte illius interpretationis falsitatem refellunt; nam post reditum a Babylone, ut his etiam placet qui sic interpretati sunt, et Gog et Magog, cum plurimis gentibus in Judæos irruerunt: et finitimi omnes continenter cum eis bella gesserunt, hinc quidem Idumæi, et Ammonitæ, et Moabitæ, illinc vero alienigenæ et Samaritæ: et non multo post B Macedonicæ illis clades obtigerunt, quas Machabæorum historia continet. Hoc autem loco propheticus sermo altissimam pacem promittit.

« Κατακόψουσι γὰρ τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰ δόρατα αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπὶ [41] ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ μάθωσι πολεμεῖν. (δ'.) Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν. » Καὶ δεικνὺς τῶν εἰρημένων τὸ ἀψευδὲς, τοῦ εἰρηκότος τὸ ἀξιόπιστον δῆλον ποιεῖ τοῖς ἀκούουσι. « Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου παντοκράτορος ἐλάλησε ταῦτα. » Τότε δή, τότε

δὲ ὁ προφητικὸς λόγος εἰρήνην ὑπισχνεῖται βα-

« Concident enim gladios suos in aratra, et hastas suas in falces, et non amplius attollet gens contra gentem gladium, et plane non discent belligerare. (Vers. 4.) Et requiescet unusquisque sub vite sua et unusquisque sub ficu sua, et non erit qui exterreat. » Et verborum veritatem asserens, dicentis auctoritatem **1495** auditoribus planam facit. « Os enim Domini omnipotentis locutum est hæc. » Tunc nimirum, tunc :

ε'. « Πάντες οἱ λαοὶ πορεύσονται ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπέκεινα. » Ὅτι μὲν οὖν τούτων οὐδὲν Ἰουδαίοις ἁρμόττει, τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· οἱ μὲν γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκβληθέντες, μέτοικοι τῆς οἰκουμένης ἐγένοντο, σποράδες ἀλώμενοι, καὶ τὴν κατὰ νόμον λειτουργίαν ἐκπληροῦν οὐ δυνάμενοι· ὁ δὲ προφητικὸς λόγος ὑπισχνεῖται, τοὺς πεπιστευκότας ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, πορεύεσθαι εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα. Ὅτι δὲ τὸν μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν προσημαίνει ταῦτα καιρὸν, πάλιν τὰ πράγματα μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα τὴν μαρτυρίαν παρέχεται. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, συχναὶ τῶν ἐθνῶν κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις ἐγίνοντο, ἅτε δὴ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῆς βασιλείας μεμερισμένης. Ἱάσης δὲ τῆς ἡγεμονίας εἰς Ῥωμαίους μετατεθείσης, καὶ τῆς καθ' ἕκαστον ἔθνος βασιλείας ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας ἀναιρεθείσης, εἰρήνη βαθεῖα κατέσχε τὴν οἰκουμένην, ὡς μηκέτι ἔθνος κατ' ἔθνο[υ]ς ἐπιστρατεύειν, ἀλλὰ διὰ τὴν παρασχεθεῖσαν θεόθεν εἰρήνην, εἰς ὄργανα γεωργικὰ μεταβαλεῖν τὰ πολεμικὰ, καὶ τῇ γηπονίᾳ προσέχοντας, τῶν ἐντεῦθεν ἀδεῶς ἀγαθῶν ἀπολαύειν. Καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἅπασιν ἐπιτηδεύμασιν ὡς ἐν εἰρήνῃ προσέχουσιν, οἱ μὲν ταῖς παντοδαπαῖς χρώμενοι τέχναις, οἱ δὲ ἐμπορίαν καὶ ναυτιλίαν αἱρούμενοι, οἱ δὲ τῆς τελειότητος ὀρεγόμενοι, τὴν θείαν ὁδὸν, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν θεραπείαν, ὑπορρεόντων [42] κερδῶν προαιρούμενοι, καὶ τὴν αἰώνιον ἐντεῦθεν κληρονομοῦντες ζωήν. Τούτοις ἐπάγει·

Vers. 5. « Omnes populi ibunt, unusquisque viam suam: nos autem ibimus in nomine Domini Dei nostri, in æternum, et ultra. » Nihil igitur ex his ad Judæos accommodari posse, res ipsæ testantur. Ili enim Hierosolyma ejecti, orbis terrarum facti sunt inquilini, dispersi et errabundi, consentaneum legi ministerium exsequi non valentes. Propheticus vero sermo promittit eos qui crediderint in nomine Domini ituros esse in æternum, et ultra. Tempus autem post Domini adventum secuturum hæc præsignificare, res ipsæ iterum pene loquentes testimonium præbent. Nam ante constitutum Romanum imperium crebri inter se gentium motus fiebant, quia singulis nationibus divisa erant regna. At principatu omni ad Romanos translato, et singularum gentium regnis sub Salvatoris nostri adventum deletis, summa pax toto orbe terrarum dominata est, ita ut non amplius gens in gentem insurgat, sed ob pacem divinitus factam, bellica instrumenta in rustica convertant, et agris colendis dantes operam, perceptis hinc bonis tuto fruantur. Sed et alia omnia munia exercent, quæ obiri in pace solent, et alii variis artibus vacant; alii mercaturam et navigationem sectantur, alii perfectionem appetentes, viam divinam, Dominique cultum fluxis lucris anteponunt, et æternam **1496** inde vitam adipiscuntur. His subdit:

VARIÆ LECTIONES.

[41] ἐπ'. A πρός. [42] ὑπ. C præm. τῶν.

Digitized by Google

VERS. 6, 7. « In diebus illis et tempore illo, congregabo eam quæ contrita est, et ejectam suscipiam, eosque quos repuleram. Et efficiam ut quæ contrita erat, habeat reliquias, et quæ repulsa erat fiat gens fortis. » Et docens aperte se non de Judæis hæc dicere, apposuit : « Et regnabit Dominus super eos in monte Sionis, ab hoc inde tempore usque in perpetuum. » Si nimirum Judæorum regnum in Sione permansit, et assidue æterna Dei procuratione potiuntur, jure Judæi hanc sibi prophetiam vindicant, et qui hæc sicut illi accipiunt, cum illis consentiunt. At si Judæorum olim regnum exstinctum est, proculque ab Hierosolyma habitantes in servitute vivunt, Deique procuratione spoliati sunt, et nugari designant Judæi, et Ecclesiæ doctores veritati astipulentur. *Contritam* enim et *ejectam*, animas pietati servientes vocat, propter quas unigenitum Dei Verbum homo factum, in terra apparuit et cum hominibus versatum est [n]. Atque horum idem ipse testis est, ad Judæos verba faciens : « Non est opus medico valentibus [o], » Et : « Non veni vocare justos, sed peccatores, ad pœnitentiam [p]. » Unde publicanum, et meretricem, * et latronem, ac similes congregans, et eorum mores in melius commutans, Ecclesiam sanctam constituit, eis imperans ab hoc inde tempore usque in perpetuum. Hoc modo de Ecclesia gentium **1497** vaticinatus propheta, ad sermones contra Hierosolymam redit.

A ς', ζ'. « Ἐν ταῖς ἡμέραις [43], καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰσδέξομαι, καὶ οὓς ἀπωσάμην. Καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν. » Καὶ σαφῶς διδάσκων, ὡς οὐ περὶ Ἰουδαίων ταῦτά φησι, προστέθεικε· « Καὶ βασιλεύσει Κύριος ἐπ' αὐτοὺς ἐν ὄρει Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἰ μὲν οὖν διέμεινεν ἐν τῇ Σιὼν ἡ Ἰουδαίων βασιλεία, καὶ τῆς αἰωνίου καὶ διηνεκοῦς ἀπολαύουσι παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κηδεμονίας, εἰκότως καὶ Ἰουδαῖοι τὴν προφητείαν ἁρπάζουσι, καὶ οἱ παραπλησίως ἐκείνοις ταῦτα νενοηκότες συνομολογοῦσιν ἐκείνοις. Εἰ δὲ πέπαυται μὲν τῶν Ἰουδαίων πάλαι ἡ βασιλεία, πόρρω δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες δουλεύουσι, τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ

B κηδεμονίας προφανῶς ἐγυμνώθησαν, μήτε Ἰουδαῖοι ληρεῖτωσαν, καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τῇ ἀληθείᾳ συνηγορεῖτωσαν. *Συντετριμμένην* γὰρ καὶ *ἀπωσμένην*, τὰς τῇ εὐσεβείᾳ δουλευούσας προσαγορεύει ψυχὰς, δι' ἃς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐνανθρωπήσας ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Καὶ τούτων μάρτυς αὐτὸς πρὸς Ἰουδαίους λέγων· « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Καὶ, « Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. » Διὸ τελώνην, καὶ πόρνην, καὶ λῃστὴν, καὶ τοὺς τοιούτους συναγαγὼν, καὶ τὸν τούτων τρόπον εἰς τὸ κρεῖττον μεταβαλὼν, Ἐκκλησίαν ἁγίαν ἀπέφηνε, βασιλεύων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Οὕτω τὰ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας προθεσπίσας ὁ προφήτης, εἰς τοὺς κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπανέρχεται λόγους.

VERS. 8. « Et tu, turris gregis squalens, filia Sion, ad te veniet et ingredietur principatus, primum regnum Babylonis. » Ita etiam beatus Isaias, vel ejus potius ore Deus universorum, tropice eam nominat. Cum enim dixisset : « Plantavi vineam Sorech, et torcular exstruxi in ea, » subjunxit : « Et turrim ædificavi in medio ejus, » templum sic appellans, per quod vineam custodire videbatur. Hanc Michæas turrim *squalidam* vocat, propter habitantium impietatem. Nam vivendi rationis secundum legem compositæ nitorem inquinantes, iniquitatem suam tanquam sordes quasdam introduxerunt. His minatur Babyloniorum exercitum : quorum gubernacula statim ut Nabuchodonosor suscepit, bellum movit, tertio anno regni Joacimi. Quare regnum illud *primum principatum* nominavit, quia simul ac rex factus est Nabuchodonosor, bellum intulit. Deinde per ironiam interrogat :

C η'. « Καὶ σὺ, πύργος ποιμνίου αὐχμώδης, θύγατερ Σιὼν, ἐπὶ σὲ ἥξει καὶ εἰσελεύσεται [44] ἡ ἀρχὴ, ἡ πρώτη βασιλεία Βαβυλῶνος [45]. » Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας, μᾶλλον δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τῆς ἐκείνου γλώττης, τροπικῶς αὐτὴν ὀνομάζει. Εἰρτκὼς γὰρ, ὅτι « Ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρὴχ [46], καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ », ἐπήγαγε· « Καὶ πύργον ᾠκοδόμησα ἐν μέσῳ αὐτοῦ, » τὸν ναὸν οὕτω καλῶν, δι' οὗ φρουρεῖν ἐδόκει τὸν ἀμπελῶνα. Τοῦτον τὸν πύργον ὁ μακάριος Μιχαίας *αὐχμώδη* προσαγορεύει, διὰ τὴν τῶν οἰκητόρων ἀσέβειαν· τῆς γὰρ ἐννόμου πολιτείας τὸ διειδὲς θολώσαντες, οἷον αὐχμόν τινα τὴν οἰκείαν παρανομίαν ἐπεισήγαγον. Τούτοις τὴν Βαβυλωνίων ἀπειλεῖ στρατείαν· τούτων γὰρ εὐθὺς τὰ σκῆπτρα λαβὼν ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐπεστράτευσεν

D ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰωακείμ. Διὸ καὶ *ἀρχὴν πρώτην* τὴν βασιλείαν ἐκείνην ὠνόμασεν, ὡς εὐθὺς μετὰ τὴν τῆς βασιλείας χειροτονίαν τοῦ Ναβουχοδονόσορ ποιησαμένου τὴν στρατείαν. Εἶτα κατ' εἰρωνείαν πυνθάνεται·

VERS. 9. Et nunc quare cognovisti malum ? nunquid rex non erat tibi, aut consilium tuum periit,

θ'. « Καὶ νῦν ἵνατί ἔγνως κακά ; μὴ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἐν [47] σοὶ, ἢ ἡ [48] βουλή σου ἀπώλετο, ὅτι κατεχρά-

[n] Baruch. III, 28. [o] Matth. IX, 12. [p] Marc. II, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[43] A τῇ ἡμ. ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, omissis illis καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. [44] A ἐλεύσεται. [45] βαβ. Des. in A. [46] Σωρ. Des. supra, p. 198. Alii Σωρήκ. [47] ἐν. Des. in A. [48] ἢ ἡ. B μὴ.

Digitized by Google

ζ'. « Τίς εἶ σὺ τὸ ὄρος τὸ μέγα τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι; » Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν Ζοροβάβελ *λίθον* ὠνόμασεν, εἰκότως καὶ D τὰ μυρία ἔθνη ἐκεῖνα *ὄρος* καλεῖ, καὶ τοῦ θείου ναοῦ τὴν οἰκοδομίαν κωλύσαι πειρώμενα, καὶ τοῦ λαοῦ τὸ λειπόμενον καταλῦσαι. Ἀλλ' οὐδὲν ἰσχύσετε ταῦτα βουλευόμενοι. « Ἐξοίσω γὰρ τὸν λίθον τῆς κληρονομίας, ἰσότητα χάριτος χάριτα αὐτῆς. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· κἂν μυριάκις λυττήσητε ἐμποδὼν τῷ Ζοροβάβελ γιγνόμενοι, κενὰς ὑμῶν ἀποφανῶ τὰς ἐλπίδας· πάσης γὰρ αὐτὸν ἐμπλήσας χάριτος, καὶ τελείᾳ αὐτὸν κατακοσμήσας χάριτι, καὶ στερρὸν ἀποφήνας οἷα δὴ λίθον, ἅπαντας ὑμᾶς

Vers. 7. « Quis es tu, mons magne, ante faciem Zorobabelis, **1614** ut corrigas ? » Quoniam enim ipsum Zorobabelem *lapidem* vocavit, recte illas etiam innumerabiles gentes *montem* appellat, quæ divini templi ædificationem impedire, et populi reliquias delere conatæ fuissent. Verumtamen ista deliberantes exsequi nihil poteritis. « Educam enim lapidem hæreditatis, æqualitatem gratiæ gratiam ejus. » Quod vero ait, est hujusmodi : Etsi millies insaniatis, et Zorobabelem impedire conemini, vestras spes vanas reddam. Eum enim omni complens gratia, et perfecta ornans gratia, et firmum tanquam lapidem reddens, vos omnes

VARIÆ LECTIONES

[63] Ζ ἐπιγράψῃς. [64] Edit. prior hab ὑπέρ.

Digitized by Google

ut penitus deleat efficiam; ut quod viribus humanis deest, suppleat et compenset superna gratia. [8-9] Cognoscite igitur, quod manus Zorobabelis fundaverint domum istam, et manus ejus absolutæ sint eam: et ex rebus ipsis intelligetis, me sermonibus servientem divinis, hanc vobis prophetiam promulgasse.

VERS. 10. « Quis enim despexit in dies multos? » Hoc simile est Dei verbis, quæ habentur in Deuteronomio: « Ego occidam, et ego vivere faciam: percutiam, et ego sanabo [t]. » Hoc enim hic etiam ostendit quasi diceret: Sicut despexi Hierosolymam in multos dies, eamque ad septuaginta annorum vastitatem condemnavi, sic mihi perfacile est eam in priorem felicitatem revocare. Qui autem hæc videbunt, « Lætabuntur, et videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabelis. » Experimento, inquit, cognoscent fore ut qui nunc ab eis contemnitur Deus, ipse per Zorobabelem victoriam **1615** referat. *Stannum* enim hoc loco propter vilitatem posuit. Quod enim divinum etiam templum deflagrasset, et populus in servitutem abductus fuisset, atque urbs vastata fuisset: et arbitrarentur omnes, non propter populi iniquitatem, sed propter Dei ab eo culti infirmitatem hæc omnia accidisse; *Lapidem stanneum* juxta illorum opinionem appellavit divinum auxilium: docens id quod a perfidis vile quiddam existimatur, et infirmum, per unum virum Zorobabelem vim suam ostensurum esse. Unde statim adjecit: « Septem isti oculi Domini sunt, qui respiciunt super omnem terram. » Omnium enim rerum inspector et administrator, quique omnia intuetur et omnia audit, ipse proteget Zorobabelem. [11-14] His ita dictis, propheta angelum interrogat de olivis ex utraque parte candelabri virescentibus; interrogat autem de duobus ramis usque ad ipsas lucernas pertingentibus. Et discit, quod hi sint duo filii pinguedinis, qui assistunt Domino universæ terræ. Designat autem Josuam pontificem, et Zorobabelem administratorem belli, alterum ex genere regio, alterum ex sacerdotali oriundum.

CAPUT V.

[1-2] Postquam variis his visionibus sermones de regno et sacerdotio confirmavit, et ædificationis divini templi absolutionem prædixit, pœnarum comminatione exterret audientes, a vitiis eos revocans, incitansque ad virtutem: atque etiam prophetæ *falcem* ostendit maximam, **1616** suspensam et per aerem volantem, latam decem, longam viginti cubitos. [3] Et docetur, hanc maledictionem esse, quæ egreditur super faciem omnis terræ.

« Quia omnis fur ex hoc usque ad mortem pu-

ὁλέθρῳ παραδοῦναι παρασκευάσω, ὥστε τὸ ἐλλεῖπον τῇ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἀναπληρῶσαι καὶ ἐξισῶσαι τῇ ἄνωθεν χάριτι. Γνώσεσθε τοίνυν, ὅτι αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐκτελοῦσιν αὐτὸν, καὶ δι' αὐτῶν μαθήσεσθε τῶν πραγμάτων, ὅτι θείοις διακονούμενος λόγοις ταύτην ὑμῖν διεπόρθμευσα τὴν προφητείαν.

« τ'. Διότι τίς ἐξουδένωσεν εἰς ἡμέρας μακράς [68]; » Ἔοικε τοῦτο τοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ φερομένοις τοῦ Θεοῦ λόγοις· « Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι. » Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα δηλοῖ, ὅτι καθάπερ ἐξουδένωσα τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰς ἡμέρας μακρὰς, καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἐρημίαν κατεψηφισάμην αὐτῆς· οὕτω μοι ῥᾴδιον εἰς τὴν προτέραν αὐτὴν ἐπαναγαγεῖν εὐπραξίαν. Οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες « Χαρήσονται, καὶ ὄψονται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ. » Γνώσονται, φησὶ, διὰ τῆς πείρας, ὡς ὁ νῦν παρ' αὐτῶν καταφρονούμενος Θεὸς, αὐτὸς διὰ τοῦ Ζοροβάβελ κατορθώσει τὴν νίκην. Τὸν γὰρ *κασσίτερον* ἐπ' εὐτελείας ἐνταῦθα τέθεικεν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὁ θεῖος νεὼς ἐμπέπρηστο, καὶ ὁ λαὸς ἐξηνδραπόδιστο, καὶ ἡ πόλις ἀνάστατος ἐγεγόνει, ὑπώπτευον δὲ ἅπαντες, οὐ διὰ [69] τὴν τοῦ λαοῦ παρανομίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ παρ' αὐτῶν τιμωμένου Θεοῦ, ταῦτα πάντα συμβῆναι, λίθον κασσιτέρινον κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν τὴν θείαν βοήθειαν προσηγόρευσε, διδάσκων ὅτι αὕτη ἡ παρὰ τῶν ἀπίστων εὐτελής τις νομιζομένη καὶ ἀσθενὴς, δι' ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Ζοροβάβελ τὴν οἰκείαν ἐπιδείξεται δύναμιν. Ὅθεν εὐθὺς ἐπήγαγεν· « Ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ Κυρίου εἰσὶν, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Ὁ γὰρ τῶν ἁπάντων Ἔφορός τε καὶ Πρύτανις, καὶ πάντα μὲν ἐφορῶν, πάντα δὲ ἀκούων, αὐτὸς ὑπερασπίσει [67] τοῦ Ζοροβάβελ. Τούτων οὕτως εἰρημένων, ἔρεται μὲν ὁ προφήτης περὶ τῶν ἐκατέρωθεν τῆς λυχνίας τεθηλυιῶν ἐλαιῶν, πυνθάνεται δὲ περὶ τῶν δύο κλάδων τῶν μέχρις αὐτῶν διηκόντων τῶν λύχνων, καὶ μανθάνει, ὅτι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος, οἱ παρεστήκασι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Λέγει δὲ Ἰησοῦν τὸν ἀρχιερέα καὶ Ζοραβάβελ τὸν στρατηγὸν, τὸν μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ, τὸν δὲ ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ γένους ἀνθῆσαντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Οὕτω ταῖς παντοδαπαῖς θεωρίαις τοὺς περὶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης βεβαιωτάμενος λόγους, καὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ προαγορεύσας τὸ τέλος, ἀπειλῇ [69] τιμωρίας δεδίττεται τοὺς ἀκούοντας, κακίας ἀποτρέπων, καὶ προτρέπων εἰς ἀρετήν· καὶ δείκνυσι τῷ προφήτῃ *δρέπανον* [70] μέγιστον αἰωρούμενον, καὶ διὰ τοῦ ἀέρος φερόμενον, δέκα μὲν τὸ εὖρος πήχεων, εἴκοσι δὲ τὸ μῆκος. Καὶ διδάσκεται, ὅτι αὕτη ἡ ἀρὰ, ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ *πρόσωπον* πάσης τῆς γῆς.

« Διότι πᾶς ὁ κλέπτης ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκ-

[t] Deut. xxxii, 39.

VARIÆ LECTIONES.

[68] A. μικρὰς, quæ est rec. lectio. [69] διά. Des. in C. [67] C ὑπερασπίζει. [68] οἱ. C præm. οὗτοι. [69] C ἀπειλεῖ. [70] δρέπ. *Hebr.* volumen.

Digitized by Google

δικηθήσεται [71]. (δ'.) Καὶ ἐξαίσω αὐτὸ [72], λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐπὶ [73] τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. » Ἀρὰν *τὴν τιμωρίαν* ἐκάλεσε, τὴν κατὰ πάσης χωροῦσαν τῆς οἰκουμένης, καὶ τοῖς τῆς ἀδικίας ἐργάταις ἐπαγομένην. Ἐδιδάχθη δὲ διὰ τούτων καὶ ὁ προφήτης, καὶ ὁ λαὸς, ὡς πάντων ἀνθρώπων κριτής ἐστιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ ἅπαντας ἀξίας εἰσπράξεται δίκας, πανωλεθρίαν ἐπάγων οὐ μόνον τοῖς εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀδικοῦσι τὸν πέλας. Μὴ γάρ τις οἰέσθω, κατὰ κλεπτῶν μόνων καὶ ἐπιόρκων ταύτην γεγενῆσθαι τὴν ἀπειλήν· κατὰ πάσης γὰρ παρανομίας τὴν ψῆφον ἐξήνεγκεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ κρέμανται, ἐν τῷ, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν, » διὰ *τῆς ἐπιορκίας*, καὶ *τῆς κλοπῆς*, πᾶν εἶδος ἁμαρτίας συνήγαγεν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ὅρκων παράβασις ἀσεβείας ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· ἀγάπης δὲ θείας ἔρημος ὁ τοιοῦτος. Ἡ δὲ κλοπὴ τὴν εἰς τὸν πέλας ἀδικίαν δηλοῖ· οὐδεὶς δὲ ἀγαπῶν τὸν πλησίον ἀδικεῖν τοῦτον ἀνέξεται· περιεκτικὰ τοίνυν ἐστὶ τῶν ἄλλων νόμων ταῦτα τὰ κεφάλαια, καὶ εἰκότως τοῖς [74] παραβάταις τὴν τιμωρίαν ἐκείνην ἠπείλησε.

ε', ς'. « Καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρός με· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τί [75] τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο [76]. Καὶ εἶπον· Τί ἐστι; Καὶ εἶπε· Τοῦτο τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Διδασκόμεθα καὶ ἡμεῖς διὰ τούτου, ὡς πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ πρυτανεύει ὁ τῶν ὅλων Κύριος. Οὕτω καὶ τῷ Ἀβραὰμ πάροικον ἔσεσθαι αὐτοῦ τὸ σπέρμα προαγορεύσας, καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει· « Οὔπω γάρ, φησὶν, ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν. » Οὐδέπω, φησὶν, ἄξια πανωλεθρίας πεπλημμελήκασι· διόπερ οὐκ ἀνέξομαι νῦν αὐτοὺς παραδοῦναι σφαγῇ, ἀλλὰ τῆς παρανομίας τὸ μέτρον ἀναμενῶ. Οὕτω τοῖς ἐπὶ τοῦ Νῶε εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔτεσι τὴν ζωὴν περιορίσας, ἐπειδὴ τὴν ἁμαρτίαν αὐξανομένην [77] καὶ πλημμυροῦσαν εἶδεν, οὐκ ἀνέμεινε τὴν κυρίαν, ἀλλὰ τὴν προθεσμίαν συνέτεμε, καὶ τῷ ἑκατοστῷ ἔτει πᾶσιν ἐπήγαγε τὸν τῶν ὑδάτων κατακλυσμόν.

ζ', η'. « Καὶ ἰδοὺ τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἰδοὺ γυνὴ μία ἐκάθητο ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία. Καὶ ἔρριψεν αὐτὴν ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου, καὶ ἔρριψε τὸ τάλαντον [78] τοῦ μολίβδου εἰς τὸ στόμα αὐτῆς. » Τὴν μὲν οὖν ἀρετὴν *μαργαρίτας* ὁ θεῖος ἀπεικάζει λόγος· « Ὁμοία γάρ ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ [79] ζητοῦντι

A nietur. (Vers. 4.) Et educam illud, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis, et in domum jurantis per nomen meum in mendacio : et requiescet in medio domus ejus, et consumet eum, et ligna ejus, et lapides ejus. » *Maledictionem* appellavit punitionem in omnem orbem terrarum pervadentem, quæ iniquitatem admittentibus infertur. Per hæc autem edoctus est, tum propheta, tum populus, judicem omnium hominum esse Deum universorum, eumque ab omnibus meritas pœnas exacturum, perniciemque illaturum esse non iis modo, qui in ipsum impii sunt, sed iis etiam qui proximo injuriam faciunt. Nemo enim putet, contra solos fures et perjuros intentatas fuisse has minas, contra omnem enim iniquitatem

B sententiam tulit. Nam quia universa lex et prophetæ ex his verbis pendent : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et diliges proximum tuum sicut teipsum [u], » sub *furto* et *perjurio*, omnem speciem peccati complexus est. Jurisjurandi enim violatio impietatis caput est, et dilectione divina vacat qui talis est. Furtum vero injustitiam in proximum prodit : nemo enim diligens proximum, injuriam ei inferet. Hæc itaque capita alias leges **1617** complectuntur, et merito horum prævaricatoribus pœnas illas minatus est.

Vers. 5, 6. « Et egressus est angelus, qui loquebatur in me, et dixit ad me : Suspice oculis

C tuis, et vide quid sit, quod egreditur. Et dixi : Quid est ? et ait : Hæc est mensura, quæ egreditur; et ait : Hæc est iniquitas eorum in omni terra. » Ex hoc intelligimus quoque, omnia mensura et pondere administrare Dominum universorum. Sic etiam Abrahamo peregrinum fore ejus semen cum prædiceret, causam etiam docuit : « Nondum, inquit, completæ sunt iniquitates Amorrhæorum ad præsens usque tempus [v]. » Nondum digna, inquit, extrema pernicie peccaverunt. Quare eos ad cædem nunc tradi non permittam, sed iniquitatis mensuram exspectabo. Sic hominibus, qui fuerunt tempore Noe, centum et viginti annis vitam cum definivisset, ubi peccata crescere et redundare vidit, diem constitutum non exspectavit, sed defi-

D nitum tempus abrupit, et centesimo anno aquarum omnibus diluvium intulit [x] :

Vers. 7, 8. « Et ecce talentum plumbi elevatum est : et ecce mulier una sedebat in medio mensuræ. Et dixit : Hæc est iniquitas, et projecit eam in medio mensuræ, et projecit talentum plumbi in os ejus. » Virtutem *margaritis* divinus sermo comparat : « Simile est enim regnum cœlorum homini quærenti bonas margaritas [y]. » Peccati autem pœ-

[u] Matth. xxii, 37-40. [v] Gen xv, 16. [x] Gen. vi, 3, 13. [y] Matth. xiii, 45.

VARIÆ LECTIONES.

[71] ἐκδ. A et C addunt reliqua hujus versic. καὶ πᾶς ὁ ἐπίορκος ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται. [72] αὐτό. Des. in A. [73] ἐπί. Des. ibid. [74] τοῖς. C præm. τοίνυν. [75] τί. Des. in A. [76] τοῦτο — ἐκπορ. Des. ibid. [77] C αὐξομένην. [78] τὸ τάλ. A τὸν λίθον. [79] ἀνθρ. Loco cit. additur ἐμπόρῳ.

Digitized by Google

nam sacra Scriptura *plumbum* appellat, quod natura **1618** grave est, peccati vero pondus gravissimum : quod nos docet divinus David, dicens : « Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave graves factæ sunt super me [z]. » Divinus itaque Zacharias peccatum videt sub specie mulieris : nam ex voluptate mala pleraque nascuntur. Videt porro punitionem, tanquam plumbum gravissimum ori iniquitatis incumbens juxta psalmodiam dicentem : « Omnis iniquitas obstruet os suum. Peccati autem fructus est ignominia [a]. » Sic etiam beatus ait Paulus : « Liberati a peccato, servi facti estis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, quorum causa nunc erubescitis [b] ? » Didicit ergo propheta, solvisse et remisisse Deum populo peccatum, et pœnam terminasse. [9] Duas porro cernit mulieres alatas, quæ cum stridore quodam ferebantur, et quarum alæ similes alis upupæ erant. Est autem hæc avis velocissima, carnem quidem habens exiguam, sed alas corpore majores. Illæ igitur, inquit, cum mensuram illam accepissent, per medium aerem ferebantur. [10, 11] Ego vero ex angelo percontatus, quo illæ mensuram ferrent, intellexi eas in Babylonem proficisci, non modo ut eam in urbe collocarent, sed et ei domum ædificarent, et eam ibi deponerent ad usus ejus. Neque enim, inquit, quemadmodum Hierosolymæ certum tempus definivi ad vastitatem, deinde ei ignovi, sic Babylonis miserebor, sed perpetuas multæ impietatis pœnas dabit.

1619 CAPUT VI.

[1-3] Hac visione sic absoluta, alterius visionis narrationem inducit, aitque se vidisse quatuor currus, « egredientes e duobus montibus æneis : ac primi quidem currus equos fuisse rufos, secundi nigros, tertii albos, quarti vero varios et maculosos ; [4-6] postea percontatum ab angelo cognovisse, hos esse quatuor ventos cœli, qui egrediuntur, ut assistant Domino omnis terræ. *Quatuor* autem *ventos* appellat quatuor partes orbis terræ : his enim numero pares esse ventos vulgus opinatur. Docetur ergo propheta, quod Deus potestatibus invisibilibus utens ministris, et bona largiatur, et acerba hominibus inducat : quemadmodum beatus David dicit : « Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos [c]. » De ultione autem in alio psalmo ait : « Emisit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram, et tribulationem, immissionem per angelos malos [d]. » Sic etiam divinus Zacharias *equos* quidem *nigros* videt ad aquilonem

A καλοὺς μαργαρίτας. » Τὴν δὲ τῆς ἁμαρτίας τιμωρίαν *μόλιβδον* ἡ ἱερὰ προσαγορεύει Γραφή · φύσει δὲ οὗτος βαρὺς, βαρύτατον δὲ καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας φορτίον. Καὶ τοῦτο ὁ θεῖος ἡμᾶς διδάσκει Δαβίδ · « Αἱ ἀνομίαι μου, λέγων, ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. » Τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Ζαχαρίας ὁρᾷ μὲν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τύπῳ γυναικὸς φαινομένην · ἐξ ἡδυπαθείας γὰρ τὰ πλείονα τίκτεται τῶν κακῶν. Ὁρᾷ δὲ τὴν τιμωρίαν καθάπερ τινὰ βαρύτατον μόλιβδον τῷ τῆς ἀνομίας ἐπικείμενον στόματι, κατὰ τὴν ψαλμῳδίαν τὴν λέγουσαν · « Πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Καρπὸς δὲ τῆς ἁμαρτίας αἰσχύνη. » Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος · « Ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ · τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε ; » Ἐδιδάχθη τοίνυν ὁ προφήτης, ὡς τοῦ λαοῦ τὴν[60] ἁμαρτίαν ἔλυσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν τιμωρίαν κατέπαυσεν. Ἀμέλει δύο θεωρεῖ γυναῖκας ὑποπτέρους, ῥοίζῳ τινὶ φερομένας · ἔποπος δὲ πτεροῖς, φησὶν, ἐῴκει τὰ τούτων πτερά. Ὀξύτατον δὲ τοῦτο τὸ ὄρνεον, σάρκα μὲν βραχεῖαν ἔχον, πτερὰ δὲ τῆς σαρκὸς μείζονα. Αὗται τοίνυν, φησὶ, λαβοῦσαι τὸ μέτρον ἐκεῖνο, διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ἐφέροντο. Ἐγὼ δὲ τὸν θεῖον ἠρόμην ἄγγελον, ποῦ τὸ μέτρον αὗται κομίζουσι · καὶ ἐδιδάχθην ὡς εἰς τὴν Βαβυλῶνα ἀπίασιν, ὥστε αὐτὸ μὴ μόνον ἐπιθεῖναι τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ οἰκίαν αὐτῷ οἰκοδομῆσαι, καὶ θεῖναι αὐτὸ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ καθάπερ, φησὶ, τῇ Ἱερουσαλὴμ ῥητὸν ὥρισα χρόνον εἰς ἐρημίαν, εἶτα πάλιν αὐτὴν φειδοῦς ἠξίωσα καὶ συγγνώμης, οὕτω καὶ τῇ Βαβυλῶνι μεταδώσω φιλανθρωπίας · ἀλλὰ διηνεκῆ δέξεται τιμωρίαν ἀντὶ[61] τῆς πολλῆς ἀσεβείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Οὕτω ταύτην συμπεράνας τὴν ὄπτασίαν, ἑτέρας θεωρίας προσφέρει διήγησιν, καὶ λέγει τεθεᾶσθαι ἅρματα τέσσαρα τὸν ἀριθμὸν ἐκ δύο χαλκῶν ὀρέων ἐκπορευόμενα, καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἅρματι ἵππους ἐπεζεῦχθαι πυῤῥοὺς, τῷ δευτέρῳ δὲ μέλανας, καὶ τῷ τρίτῳ λευκοὺς, ποικίλους δὲ καὶ ψαροὺς τῷ τετάρτῳ. Εἶτα καὶ πυθέσθαι λέγει, καὶ μεμαθηκέναι παρὰ τοῦ ἀγγέλου, ὅτι ταῦτά ἐστιν οἱ τέσσαρες ἀνεμοὶ τοῦ οὐρανοῦ, οἱ ἐκπορεύονται παραστῆναι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. *Τέσσαρας* δὲ *ἀνέμους* τὰ τέσσαρα τμήματα τῆς οἰκουμένης καλεῖ · ἰσαρίθμους γὰρ οἱ πολλοὶ τούτοις καὶ τοὺς ἀνέμους ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. Διδάσκεται τοίνυν ὁ προφήτης, ὡς ταῖς ἀοράτοις δυνάμεσιν ὑπουργοῖς κεχρημένος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς[62] καὶ τὰ ἀγαθὰ χορηγεῖ, καὶ τὰ λυπηρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγει. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαβίδ · « Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. » Περὶ δὲ τῆς τιμωρίας ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ φησιν · « Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ · θυμὸν καὶ ὀργὴν, καὶ

[z] Psal. xxxiii, 5. [a] Psal. cvi, 42. [b] Rom. vi, 18-21. [c] Psal. xxxiii, 7. [d] Psal. lxxvii, 49.

VARIÆ LECTIONES.

[60] τὴν. C præm. καί. [61] ἀντί. C ἔτι. [62] ὁ τ. ὅ. Θεός. Ex C suppl.

Digitized by Google

θλίψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. » Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Ζαχαρίας ὁρᾷ τοὺς μὲν *μέλανας ἵππους* ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη τῆς οἰκουμένης ἐλάσαντας, αἰνίττεται δὲ διὰ τούτου τῆς Βαβυλῶνος τὸν ὄλεθρον. « Καὶ οἱ λευκοὶ δὲ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν, » οὐχ ἵνα ἐκείνοις χορηγήσωσι τὰ ἀγαθὰ, ἀλλ' ἵνα ἐκείνων κολαζομένων τοὺς ὑπολοίπους τῶν δορυαλώτων Ἑβραίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπαναγάγωσι. « Καὶ οἱ πυρροὶ ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν [83] νότου, » ἀπειλοῦντες ἔθνεσι· διὰ τοῦ *πυρροῦ* γὰρ *χρώματος* τὸ θυμοειδὲς ὁ λόγος ἠνίξατο.

ζ'. « Καὶ οἱ ποικίλοι καὶ οἱ [84] ψαροὶ ἐξεπορεύοντο, καὶ ἐζήτουν, καὶ [85] ἐπέβλεπον τοῦ περιοδεῦσαι τὴν γῆν· καὶ εἶπε· Πορεύεσθε καὶ περιοδεύσατε τὴν γῆν. Καὶ [86] περιώδευσαν τὴν γῆν. » *Γῆν* ἐνταῦθα καλεῖ, οὐ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Ποικίλους* δὲ αὐτοὺς λέγει καὶ *ψαροὺς*, ὡς παντοδαπὰ οἰκονομοῦντας καὶ κολάζοντας οὗ δεῖ, καὶ εὐεργετοῦντας ἔνθα χρή.

η'. « Καὶ ἐβόησε [87], καὶ ἐκάλεσέ με [88], καὶ ἐλάλησε πρός με, λέγων· Ἰδοὺ οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν Βορρᾶ ἀνέπαυσαν [89] τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ γῆν Βορρᾶ. » Δικαίαν γὰρ, φησὶ, τοῖς Βαβυλωνίοις ἐπήγαγον τιμωρίαν, ἣν ἐκ πολλοῦ μὲν ὤφειλον, διὰ δὲ τὴν ἐμὴν μακροθυμίαν οὐκ ἔτισαν. Μετὰ ταύτας τὰς θεωρίας, ὁ προφήτης κελεύεται τὰ κομισθέντα παρὰ τῶν αἰχμαλώτων δῶρα λαβεῖν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς παρὰ πάντων, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς, καὶ παρὰ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτήν. Ὅσοι γὰρ, φησὶν, αἴσθησιν ἔλαβον τῶν κακῶν, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἔγνωσαν τὴν αἰτίαν, καὶ τὸ ταύτης κατέμαθον χρήσιμον, προσφερέτωσαν τὰ δῶρα. Εἶτα μέμνηται [90] καὶ ὀνομάτων *Ἐλδαΐ, καὶ Τωβίου, καὶ Ἰδδαίου*. Κελεύεται δὲ καὶ « εἰς τὸν οἶκον εἰσελθεῖν Ἰωσίου τοῦ Σοφονίου, » τοῦ νῦν ἥκοντος ἐκ Βαβυλῶνος, καὶ λαβεῖν ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ στέφανον ἐκ τούτων κατασκευάσαι, καὶ τὴν τοῦ ἀρχιερέως Ἰησοῦ κεφαλὴν ταινιῶσαι, καὶ τοὺς θείους αὐτῷ [91] λόγους διαπορθμεῦσαι, καὶ εἰπεῖν·

ιβ', ιγ'. « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, καὶ οἰκοδομήσει τὸν οἶκον Κυρίου. Καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ καθιεῖται, καὶ κατάρξει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀναμέσον ἀμφοτέρων. » Ταῦτα δὲ ἅπαντα [92] περὶ τοῦ Ζοραβάβελ προαγορεύει, οὐχ ὡς μηδέπω τεχθέντος, ἀλλ' ὡς μηδέπω τὴν ἡγεμονίαν παρειληφότος. *Ἀνατολὴν* δὲ αὐτὸν ὀνομάζει, ἐπειδὴ δίκην φωτὸς τοῖς τηνικάδε τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦσιν ἀνέτειλεν, ἀωρίᾳ κακῶν καὶ σκοτομήνῃ κατεχομένοις. Τοῦτον λέγει καὶ τὸν θεῖον τελειώσειν οἶκον, καὶ τοῖς βασιλικοῖς ἐνιδρυσθήσεσθαι θρόνοις, καὶ τὸν ἀρχιερέα πάσης ἀξιώσειν τιμῆς, καὶ τοσαύτην πρὸς αὐτὸν σχήσειν ὁμό-

A tendentes, per quos Babylonis exitium designat. « Albi autem egrediebantur a tergo istorum, » non ut illis bona largirentur, sed ut illis castigatis reliquias captivorum Hebræorum in Judæam reducerent. « Rufi (vero) egrediebantur in terram austri, » minantes **1620** mala insurgentibus contra Hierosolymam gentibus. Per *colorem* enim *rufum* indignationem sermo designavit.

Vers. 7. « Et varii et maculosi egrediebantur et quærebant et considerabant circuire terram : et dixit : Ite, circuite terram, et circuierunt terram. » *Terram* hoc loco vocat, non terram Israelis, sed omnem orbem terræ. *Maculosos* autem et *varios* eos dicit, B quasi omnia procurantes, et punientes ubi opus est, et benefacientes ubi oportet.

Vers. 8. « Et clamavit, et vocavit me, et locutus est ad me, dicens : Ecce qui egrediuntur super terram Aquilonis, requiescere fecerunt furorem meum in terra Aquilonis. » Justa enim supplicia, inquit, Babyloniis irrogavi : quæ jam pridem quidem meruerant, sed propter meam longam patientiam non persolverant. Post has visiones, propheta jubetur dona a captivis allata recipere, sed non promiscue ab omnibus, sed a principibus, et ab utilibus ejus, et qui cognoverint eam. Qui enim, inquit, malorum sensum ceperunt, et captivitatis causam noverunt, ejusque didicerunt utilitatem, C afferant dona. » [9-11] Deinde mentionem facit nominum *Eldai, et Tobiæ, et Idei*. Jubetur etiam ingredi « in domum Josiæ filii Sophoniæ, » nunc venientis de Babylone, et accipere argentum et aurum, et ex his coronam conficere, et magni sacerdotis Josuæ caput redimire, et ad eum divinos sermones perferre, ac dicere :

1621 Vers. 12, 13. « Hæc dicit Dominus omnipotens : Ecce vir, Oriens nomen ejus, et sub eo orietur, et ædificabit domum Domini. Et ipse accipiet virtutem, et sedebit, et imperabit super throno suo : et erit sacerdos a dexteris ejus, et consilium pacificum erit inter utrumque. » Omnia autem hæc D de Zorobabele prædicit : non quia nondum natus esset, sed quod nondum imperium accepisset. *Orientem* vero eum nominat, quoniam lucis instar exortus est hominibus eo tempore Hierosolymam incolentibus, qui acerbis malis conflictabantur, et in obscura nocte versabantur. Hunc dicit divinam quoque domum absoluturum, et in regio solio consessurum, magnumque sacerdotem omni honore cumulaturum, et tanta cum eo concordia

VARIÆ LECTIONES.

[83] γῆν. C præm. τὴν. [84] ποικ. κ. οἱ. Des. in A. [85] ἐζ. καί. Des. ibid. [86] καὶ — γῆν. Des. in A. [87] A ἀνεβόησε. [88] κ. ἐκ. με. Des. ibid. [89] ἀνέπ. — βορρᾶ. Des. in C, sed A habet ἀνέπ. τὸν θυμόν μου ἐν γῇ Βορρᾶ. [90] μέμν. — Ἰδδαίου. Hæc nomina des. in A, exstant autem in Barb. [91] αὐτ. Ita cum C legimus. Sirm. αὐτοῦ. [92] C πάντα.

Digitized by Google

victurum esse, ut nihil nisi ex illius sententia A factura sit. [14] Non his autem duntaxat ista pollicitus est, sed etiam immarcescibilem coronam exspectantibus, quos *utiles et qui cognoverunt eam* vocat. Coronæ autem materiam suppeditavit Josias filius Sophoniæ, qui inde gloriam assequetur. Hoc enim est quod dixit : « Et in gratiam filii Sophoniæ. » Postea de divinis etiam locis verba facit :

« Et in psalmum in domo Domini. (VERS. 5.) Et qui longe sunt ab iis venient, et ædificabunt in domo Domini : et cognoscetis Dominum omnipotentem misisse me ad vos. » Non enim vos modo præsentes hæc facietis, verum etiam qui procul a vobis habitant, undique concurrent, et communiter vobiscum nos pulchros labores suscipient. « Et erit, si audientes audieritis vocem Domini B Dei vestri. » Hæc autem, inquit, **1622** erunt et ad convenientem finem pervenient, si vos divinis sermonibus parueritis.

CAPUT VII.

VERS. 1-3. « Et factum est anno quarto sub Dario rege, factus est sermo Domini ad Zachariam quarto die mensis noni, qui est Chasleu (quem nos *Apellæum* vocamus). Et misit Bethelem Sarasar et Arbescer rex, et viri qui cum eo erant, ut deprecaretur Dominum, dicens ad sacerdotes domus Domini omnipotentis, et ad prophetas : An ingressa est huc in mense quinto sanctificatio, aut jejunabo sicut feci jam multis annis? » Hos Cuthæorum a Salmanasare in Samariam translatorum et aliarum gentium, quas posteri Samaritas appellaverunt, duces quidam esse dixerunt. Verum sive istorum, sive aliarum gentium (nihil enim aperte nos docuit divina Scriptura), manifestum est alienigenas fuisse qui alienigenis præerant : sed tamen ut accolæ vicini magnam utilitatem a prophetis et ab aliis piis ceperunt. Unde factum fuit ut miserint sacrificia Deo, et optaverint intelligere a sacerdotibus et a prophetis an convenienter divina domus ornata esset, an vero oporteret per jejunia rursus Deum placare, quod perdiu facere perstitimus. [4] Hæc illis percontantibus, Deus universorum ad populum sermonem instituit, simulque illos quid agendum sit docet, dicens :

VERS. 5, 6. « Dic ad omnem populum terræ, et ad **1623** sacerdotes, dicens : Si jejunatis aut plangitis in quinto et septimo (mense), et ecce per septuaginta annos, nunquid jejunium jejunastis mihi? Et si comeditis aut bibitis, nonne vos comeditis et bibitis? » Nolite, inquit, existimare me ex jejunio vestro commodum aliquod capere : nam

νοιαν, ὡς μηδὲν δίχα τῆς ἐκείνου γνώμης δράσαι ποτέ. Οὐ μόνον δὲ τούτοις ταῦτα ὑπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπομένουσι τὸν ἀγῆρω στέφανον, οὓς *χρησίμους καὶ ἐπεγνωκότας αὐτὴν* ὀνομάζει. Καὶ ὁ τῷ στεφάνῳ δὲ χορηγήσας τὰς ὕλας, Ἰωσίας ὁ τοῦ Σοφονίου, ὃς [93] τῆς ἐντεῦθεν εὐκλείας ἀξιωθήσεται· τοῦτο γὰρ εἶπε· « Καὶ εἰς χάριτα υἱοῦ Σοφονίου. » Εἶτα καὶ περὶ τῶν θείων λέγει [94] χωρῶν.

« Καὶ εἰς ψαλμὸν ἐν οἴκῳ Κυρίου. (ιε'.) Καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ οἰκοδομήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου· καὶ γνώσεσθε ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ [95] με πρὸς ὑμᾶς. » Οὐ γὰρ μόνον ὑμεῖς οἱ παρόντες ταῦτα δράσετε, ἀλλὰ καὶ οἱ πόρρωθεν ὑμῶν οἰκοῦντες πανταχόθεν συνδραμοῦνται, καὶ τῶν καλῶν ὑμῖν τούτων κοινωνήσουσι πόνων. « Καὶ ἔσται, ἐὰν ἀκούοντες [96] εἰσακούσητε τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. » Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἔσται, καὶ τὸ προσῆκον δέξεται πέρας, ἐὰν ὑμεῖς τοῖς θείοις ὑπακούσητε λόγοις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

α', γ'. « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως, ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τετράδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἐννάτου [97], ὃς ἐστι Χασλεῦ [98] (ὃν ἡμεῖς Ἀπέλλαιον ὀνομάζομεν)· Καὶ ἀπέστειλεν εἰς Βεθὴλ Σαρασὰρ καὶ Ἀρβεσεὲρ [99] ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ μετ' [1] αὐτοῦ, ἐξιλάσασθαι τὸν Κύριον, λέγων πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου παντοκράτορος, καὶ πρὸς τοὺς προφήτας [2]. Εἰ εἰσῆλθεν [3] ὧδε ἐν τῷ πέμπτῳ [4] μηνὶ τὸ ἁγίασμα, ἢ νηστεύσω [5] καθότι ἐποίησα [6] ἤδη ἱκανὰ ἔτη; » Τούτους τινὲς τῶν ὑπὸ τοῦ Σαλμανασὰρ μετοικισθέντων Χουθαίων τε καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οὓς Σαμαρείτας οἱ μετὰ ταῦτα προσηγορεύκασιν, ἡγεμόνας ἔφασαν εἶναι. Εἴτε δὲ τούτων, εἴτε ἄλλων ἐθνῶν (οὐ γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ), δῆλον ὡς ἀλλόφυλοι ὄντες ἀλλοφύλων ἡγοῦντο· ἀλλ' ὅμως ἐκ γειτόνων οἰκοῦντες πολλὴν παρὰ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἄλλων εὐσεβῶν ὠφέλειαν ἐδέξαντο· ὅθεν θυσίας ἐξέπεμψαν τῷ Θεῷ, καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν ἱερέων καὶ παρὰ τῶν προφητῶν ἐπόθησαν, εἰ τὸν προσήκοντα κόσμον ὁ θεῖος ἀπέλαβεν οἶκος, ἢ [7] δεῖ, φησὶ, διὰ νηστείας πάλιν ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεὸν, ὅπερ ἐπὶ πλεῖστον δρῶντες διετελέσαμεν. Ταῦτα ἐκείνων πυθομένων, ποιεῖται μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν λαὸν τὴν D διάλεξιν· διὰ τούτων δὲ κἀκείνους τὸ πρακτέον διδάσκει· φησὶ γάρ·

ε', ς'. « Εἰπὲ πρὸς πάντα τὸν λαὸν τῆς γῆς καὶ πρὸς τοὺς ἱερεῖς, λέγων· Ἐὰν νηστεύσητε, ἢ κόψητε [8] ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ [9], καὶ ἰδοὺ ἑβδομήκοντα ἔτη, μὴ νηστείαν νενηστεύκατέ μοι; Καὶ ἐὰν φάγητε, ἢ πίητε, οὐχ ὑμεῖς ἐσθίετε, καὶ πίνετε [10]; » Μὴ οἴεσθε, φησὶν, ἐμοί τι κέρδος ἀπὸ τῆς ὑμετέρας πορίζειν νηστείας· κἂν γὰρ μυριάκις

VARIÆ LECTIONES.

[93] ὅς. Des. in C. [94] C προλέγει. [95] A ἀπέσταλκε. [96] A εἰσακούοντες. [97] ἐν. A ἕκτου., ut in Ald. [98] A Χασελεῦ. [99] A Ἀρβὰθ σαγέρ. [1] οἱ μετ'. Des. in A [2] πρ. A addit λέγων. [3] A εἰσελήλυθεν. C εἰ ἦλθεν. *Hebr.* Num flebo mense quinto, separando me. [4] πέμπτῳ. A ἕκτῳ. [5] ἢ νηστ. Des. in A. [6] A ἐποίησαν. [7] C εἰ. [8] A κόψησθε. [9] A ταῖς πέμπταις ἢ ἐν ταῖς ἑβδόμαις. [10] πίν. A præm. ὑμεῖς.

Digitized by Google

ὀλοφυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες ταύτην ἐν ταῖς πέμπταις καὶ ἐν ταῖς ἑβδόμαις ἐπιτελέσητε, ὄφελος οὐδὲν ἐντεῦθεν καρπώσομαι. Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, μάρτυς τῆς αἰχμαλωσίας ὁ χρόνος· ἐν ἑβδομήκοντα γὰρ ἔτεσιν οὐδεμίαν μοι διὰ νηστείας προσηνέγκατε θεραπείαν. Ὥσπερ τοίνυν ἐσθίοντες καὶ πίνοντες ὑμεῖς τῆς ἐντεῦθεν ἡδονῆς ἀπολαύετε, οὕτω καὶ τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας ὑμεῖς ὠφέλειαν καρποῦσθε. Καὶ μὴ νομίσητε καινὴν εἶναι ταύτην τὴν διδασκαλίαν· πάλαι γὰρ καὶ πρόπαλαι ταῦτα διὰ τῶν προφητῶν τοῖς ὑμετέροις προγόνοις καὶ πατράσι διετέλεσα λέγων.

Ζ'. « Οὐχ οὗτοι γάρ, φησιν, οἱ λόγοι εἰσὶν [11], οὓς ἐλάλησε Κύριος ἐν χερσὶ [12] τῶν προφητῶν τῶν ἔμπροσθεν; Ὅτε ἦν Ἱερουσαλὴμ κατοικουμένη, καὶ εὐθηνοῦσα [13], καὶ αἱ [14] πόλεις αὐτῆς [15] κυκλόθεν, καὶ ἡ ὀρεινὴ, καὶ ἡ πεδινὴ κατῳκεῖτο. » Οὕτω δείξας τὴν τοῦ κηρύγματος ἀρχαιότητα, τίνα τὰ θεραπεύοντα αὐτὸν κατ' εἶδος διδάσκει·

« Κρῖμα δίκαιον κρίνατε [16], καὶ ἔλεον καὶ οἰκτιρμὸν ποιεῖτε, ἕκαστος πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. (ι'.) Καὶ χήραν, καὶ ὀρφανὸν, καὶ προσήλυτον, καὶ πένητα μὴ καταδυναστεύσητε, καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ [17] ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακεῖτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. » Ἔλεγον, φησὶ, τοῖς ὑμετέροις πατράσι, δικάζοντας ἴσην καὶ δικαίαν ἐκφέρειν τὴν ψῆφον, ἐλέῳ δὲ περὶ τοὺς [18] πέλας κεχρῆσθαι, τὰς δὲ τὸν βαρὺν τῆς χηρείας ἑλκούσας ζυγὸν, καὶ τοὺς ὀρφανίαν ὀδυρομένους, μὴ πιέζειν τῇ δυναστείᾳ, μηδὲ ἀφορμὴν εἰς πλεονεξίαν τὴν τῶν πενήτων λαμβάνειν ἀσθένειαν· πρὸς δὲ τούτοις τὴν μνησικακίαν βδελύττεσθαι, καὶ μὴ ἀμύνεσθαι τοὺς ἅρπαντας ἀδικίας. Ταῦτα ἐγὼ μὲν ἔλεγον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπακούειν [19] οὐκ ἤθελον. « Ἀλλ' ἔδωκαν, φησὶ, νῶτον αὐτῶν [20] παραφρονοῦντα. » Καὶ δεχόμενοι μάστιγας ἀναλγησίαν ἐνάσουν. *Νῶτον* γὰρ *παραφρονοῦντα* τὴν ἀναισθησίαν ἐκάλεσεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μαστιγουμένων οἰκετῶν, καὶ ὕβρισιν ἐκεῖθεν μὴ καρπουμένων.

« Καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν ἐβάρυναν τοῦ μὴ εἰσακούειν. (ιβ'.) Καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ, τοῦ μὴ εἰσακούειν τοῦ νόμου μου [21] καὶ τῶν λόγων μου ὧν ἐξαπέστειλε Κύριος παντοκράτωρ, ἐν Πνεύματι αὐτοῦ, ἐν χερσὶ προφητῶν [22] τῶν ἔμπροσθεν. » Ἀλλὰ τῆς ἀπειθείας ἐδρέψαντο τὸν καρπόν.

« Ἐγένετο γὰρ ὀργὴ μεγάλη παρὰ Κυρίου παντοκράτορος. (ιγ'.) Καὶ ἔσται ἂν τρόπον εἶπον [24], καὶ οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ [25], οὕτω κεκράξονται, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσω, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἐναλλάττει τὸ σχῆμα τοῦ χρόνου· τὰ γὰρ ἤδη γεγενημένα ὡς μέλλοντα λέγει· τὸ γὰρ, *κεκράξονται*, ἀντὶ τοῦ *ἔκραξαν*, καὶ τὸ *οὐ μὴ εἰσακούσω*, ἀντὶ τοῦ *οὐκ ἤκουσα*.

A etiamsi millies luctibus et lamentis vos affligentes, jejunium in quintis et septimis peragatis, nullam inde utilitatem percipiam. Quodque ita res se habeat, testis est tempus captivitatis. Septuaginta enim annis nullum jejunii mihi cultum exhibuistis. Quemadmodum itaque cum bibitis et editis, hinc fluentem voluptatem vos capitis, sic etiam ex jejunio manantem utilitatem percipitis. Ne vero novam hanc doctrinam arbitremini. Jam olim enim per prophetas majoribus et patribus vestris hæc dicere non destiti.

B Vers. 7. « Nunquid enim, dicit, ista non sunt verba, quæ locutus est Dominus per prophetas, qui fuerunt prius? Quando Hierosolyma habitabatur, et erat abundans, et civitates ejus per circuitum, et montana, et campestria habitabantur. » [8, 9] Ubi hoc modo vetustatem prædicationis ostendit, docet sigillatim, quibus ipse rebus coli debeat :

« Judicium justum judicate, et misericordiam et miserationem faciat unusquisque erga fratrem suum. (Vers. 10.) Et viduam, et pupillum, et advenam, et pauperem ne opprimatis : et malitiæ fratris nolite meminisse in cordibus vestris. » Vestris, inquit, **1624** patribus dixi, ut judicando æquam et justam sententiam ferrent, proximos misericordia prosequerentur, sustinentes grave viduitatis onus, et parentibus orbatos ne potentia opprimerent, neve ex infirmitate pauperum opportunitates rei augendæ ducerent : præterea injuriarum memoriam fugerent, et ne ulciscerentur lacessentes injuria. [11] Hæc quidem ego dicebam, sed illi noluerunt obedire. « Dederunt, inquit, dorsum suum desipiens. » Ad plagas, quas accipiunt, induruerunt. *Dorsum* enim *desipiens* stupiditatem vocavit, ex metaphora servorum qui flagris cæsi, nihilo meliores efficiuntur.

C « Et aures suas aggravaverunt, ut non audirent. (Vers. 12.) Et cor suum posuerunt inobediens, ut non audirent legem meam et verba mea, quæ misit Dominus omnipotens per Spiritum suum, per prophetas priores. » Sed et inobedientiæ fructum collegerunt.

D « Facta enim est ira magna a Domino omnipotente. (Vers. 13.) Et erit, sicut dixi, et non audierunt eum, sic clamabunt, et non exaudiam eos, dicit Dominus omnipotens. » Formam temporis immutat; nam quæ jam facta sunt, quasi futura dicit : *clamabunt*, pro *clamaverunt*, et *non exaudiam*, pro *non exaudivi* posuit.

VARIÆ LECTIONES.

[11] εἰσὶν. In A post λόγοι ponitur. [12] A χειρὶ. [13] A εὐφραίνουσα. [14] αἱ. Des. in A. [15] αὐτ. In A post κυκλόθεν ponitur. [16] A κρίνετε. [17] τοῦ. C præm. κατά. [18] C τόν. [19] ὑπ. C ἐπαΐειν. [20] αὐτ. Des. in A. [21] μου. Des. in C [22] A τοὺς λόγους μου, οὓς ἐξαπέστειλε, κ. τ. λ. [23] πρ. A præm. τῶν. [24] A εἶπε. [25] αὐτ. C μου.

Digitized by Google

VERS. 14. « Et ejiciam eos in omnes gentes, quas ignoraverunt, » hoc est, *ejeci*. « Et terra desolabitur post eos a perambulante, et revertente, » hoc est, *desolata est* : quod sequentia ostendunt. Mutavit **1625** enim figuram, et dicit : « Et posuerunt terram electam in desolationem. » Hæc de inobedientia patrum ipsorum, et punitione illorum disseruit. Nec enim par esset iis qui acerbam servitutem sustinuissent, et ab hac nuper liberati fuissent, nondumque urbem exædificassent, ejusmodi dura rursus minari.

CAPUT VIII.

VERS. 1, 2. « Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Zelatus sum ob Hierosolymam et Sionem zelo magno, et furore maximo zelatus sum ob eam. » Hoc eam, inquit, supplicio affeci, pœnas impietatis in me admissæ repetens. *Zelum* autem appellat justam iram. Cum enim ejus vir diceretur, et uxorem eam nominaret, apposite nomen *zeli* verbis inseruit. Nam ita se ipsum appellavit, cum illi dominaretur, dicens : « Ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, ignis consumens [e]. » Et postquam iræ causas sic exposuit, in posterum bona pollicetur.

VERS. 3. « Hæc dicit Dominus : Revertar ad Sionem, et habitabo in medio Hierosolymæ, et vocabitur Hierosolyma civitas vera, et mons Domini omnipotentis, mons sanctus. » Hæc typice post Zorobabelis ædificationem facta sunt; post incarnationem autem Salvatoris nostri veritatem prophetiæ viderunt omnes. Ad hæc promittit se urbi et multitudinem incolarum præbiturum, **1626** et illos ad provectam ætatem perducturum, ita ut baculis innixi per forum incedant, et in solitis conventibus assideant, et pueris ludentibus plateæ redundent, quod in urbibus celeberrimis fieri solet. Hoc enim declaravit, cum dixit :

VERS. 4, 5. « Adhuc sedebunt senes et aniculæ in plateis Hierosolymæ, unusquisque in manu scipionem suum tenens præ multitudine dierum. Et plateæ civitatis replebuntur pueris et puellis, ludentibus in plateis ejus. » Deinde fidem facit verborum, potestatem suam interponens.

VERS. 6. « Hæc dicit Dominus omnipotens : Si impossibile fuerit coram reliquiis populi hujus in diebus illis, nunquid et coram me impossibile erit? dicit Dominus omnipotens. » Vos enim, inquit, ad vestram paucitatem et inopiam respicientes, horum

ιδ'. « Καὶ ἐκβαλῶ αὐτοὺς [26] εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἃ οὐκ ἔγνωσαν· » ἀντὶ τοῦ *ἐξέβαλον*. « Καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσεται κατόπισθεν αὐτῶν ἐκ διοδεύοντος, καὶ ἐξ ἀναστρέφοντος· » τουτέστιν, *ἠφανίσθη*· καὶ δηλοῖ τὰ ἐπαγόμενα. Μετέβαλε γὰρ τὸ σχῆμα, καί φησι· « Καὶ ἔταξαν γῆν ἐπιθυμητὴν [27] εἰς ἀφανισμόν. » Ταῦτα περὶ τῆς τῶν πατέρων αὐτῶν ἀπειθείας τε καὶ τιμωρίας διεξελήλυθεν. Οὔτε γὰρ εἰκὸς ἦν, τοῖς πικρᾶς δουλείας λαβοῦσι τὴν πεῖραν, καὶ ἐναγχος ταύτης ἀπαλλαγεῖσι, καὶ μηδέπω τὴν πόλιν οἰκοδομήσασι, τοιαῦτα πάλιν ἀπειλῆσαι δεινά.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

α', β'. « Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου παντοκράτορος πρός με [28], λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐζήλωκα τὴν Ἰερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐζήλωσα [29] αὐτήν. » Ταύτην αὐτῇ, φησὶ, τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγον, τῆς εἰς ἐμὲ δυσσεβείας ποινὴν εἰσπραττόμενος. *Ζῆλον* δὲ προσαγορεύει τὴν δικαίαν ὀργήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνὴρ αὐτῆς ἐχρημάτιζε, καὶ γυναῖκα αὐτὴν ὠνόμαζεν, ἀναγκαίως καὶ τὸ τοῦ *ζήλου* τοῖς λόγοις προστέθεικεν ὄνομα. Οὕτω γὰρ καὶ ταύτης ἀρξάμενος ἑαυτὸν προσηγόρευσεν· « Ἐγώ εἰμι, λέγων [30], Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ Θεὸς ζηλωτής, πῦρ καταναλίσκον. » Οὕτω δείξας τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν, ὑπισχνεῖται λοιπὸν τὰ ἀγαθά.

γ'. « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐπιστρέψω ἐπὶ Σιὼν, καὶ κατοικήσω [31] ἐν μέσῳ Ἰερουσαλὴμ, καὶ κληθήσεται Ἰερουσαλὴμ πόλις ἀληθινὴ, καὶ τὸ ὄρος Κυρίου παντοκράτορος, ὄρος ἅγιον. » Ταῦτα τυπικῶς μετὰ τὴν Ζοροβάβελ [32] οἰκοδομίαν ἐγένετο· τὴν δὲ ἀλήθειαν τῆς προφητείας μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν διέγνωσαν ἅπαντες. Πρὸς τούτοις ὑπισχνεῖται καὶ πλῆθος οἰκητόρων παρέξειν τῇ πόλει, καὶ εἰς γῆρας αὐτοὺς ἐλάσειν βαθὺ, ὥστε καὶ βακτηρίαις σκηριπτομένους κατὰ τὴν ἀγορὰν ἰέναι, καὶ ἐν τοῖς συνήθεσι συλλόγοις καθῆσθαι, καὶ μειρακίων παιζόντων πληροῦσθαι τὰς ἀγυιὰς, ὅπερ [33] ἐν ταῖς πολυανθρώποις εἴωθε γίνεσθαι [34] πόλεσι. Ταῦτα γὰρ ἐδήλωσεν, εἰρηκώς·

δ', ε'. « Ἔτι καθήσονται πρεσβύτεροι καὶ πρεσβύτεραι ἐν ταῖς πλατείαις Ἰερουσαλὴμ, ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀπὸ πλήθους ἡμερῶν. Καὶ αἱ πλατεῖαι τῆς πόλεως πλησθήσονται παιδαρίων καὶ κορασίων παιζόντων ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Εἶτα πιστοῦται τοὺς λόγους τὴν οἰκείαν δύναμιν παρέχων ἐχέγγυον.

ς'. « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου [35] ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὑμεῖς μὲν γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν οἰκείαν ἀφορῶντες ὀλιγότητα καὶ πε-

[e] Exod. xx, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[26] αὐτ. C add. ὡς ἐν λαίλαπι. [27] γ. ἐπιθ. A τὴν ἐκλεκτήν. [28] πρός με. Des. in A. [29] A ἐζήλωκα. [30] λέγ. Ex C suppl. [31] A κατασκηνώσω. [32] Zor. C præm. τοῦ. [33] C ὥσπερ. [34] C γίγνεσθαι. [35] C τοῦ.

Digitized by Google

νίαν, τῶν ἀγαθῶν τούτων οὐ δέχεσθε τὴν [36] ἐλπίδα. Προσήκει δὲ ὑμᾶς τοῦ ὑποσχομένου τὸ δυνατὸν εἰδότας, ἀνενδοιάστως δέχεσθαι τὰ λεγόμενα, καὶ πιστεύειν ὡς σωτηρίας ἀπάσης τὸν ἐμὸν ἀξιώσω λαὸν, καὶ πάντοθεν αὐτὸν συναθροίσας εἰς τὴν πατρῴαν γῆν ἐπανάξω· κἀγὼ συνήθως ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ποιήσομαι τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιφάνειαν. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἱερουσαλήμ. » Καὶ αὐτὸς μὲν ἐμὸς χρηματίσει λαός· ἐγὼ δὲ αὐτοῦ Θεὸς ὀνομασθήσομαι, οὐχ ὥσπερ πάλαι ψευδῶς, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν δικαιοσύνῃ.

θ' « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Κατισχυέτωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν τῶν ἀκουόντων ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοὺς λόγους τούτους ἐκ στόματος τῶν προφητῶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος Κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ οἰκοδομεῖται [37]. » Ἔχοντες, φησὶ, τὴν ἀπὸ τῆς ἐμῆς ἐπαγγελίας ψυχαγωγίαν, θαῤῥοῦντες τὸν θεῖον οἶκον οἰκοδομήσατε, ὅπως τάς τε νομικὰς ἐν αὐτῷ λατρείας ἐπιτελέσητε, καὶ τὰς θείας δι' αὐτοῦ χάριτας ὑποδέξησθε.

ι'. « Διότι πρὸ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν [38] εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχε [39], καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ [40] οὐκ ἦν [41] εἰρήνη ἀπὸ τῆς θλίψεως. » Ἡνίκα μὲν γὰρ τῆς οἰκοδομίας κατημελεῖτε, φησὶν, ἀκερδὴς μὲν ἦν τῶν ἀνθρώπων ὁ πόνος, ἀνόνητος δὲ τῶν κτηνῶν ὁ μισθὸς, ἐν δέει [42] δὲ διηνεκεῖ καθειστήκεισαν ἅπαντες, καὶ ἀποδημοῦντες, καὶ ἐνδημοῦντες. « Καὶ ἐξαποστελῶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Ἐγὼ γὰρ διὰ τὴν περὶ τὰ θεῖα ὀλιγωρίαν τοὺς ἐπαλλήλους ὑμῖν θορύβους ἐπήγειρα. Νῦν δὲ ὁρῶν ὑμῶν τὴν περὶ τὴν οἰκοδομίαν σπουδὴν, δώσω μὲν ὑμῖν πρὸ τῶν ἄλλων [43] ἁπάντων τῆς εἰρήνης τὸ δῶρον· ἀπολαύσετε δὲ καὶ τῶν ἀπὸ γῆς καρπῶν, ἄνωθεν τῶν ὑετῶν ἀφθόνως χορηγουμένων.

ιγ'. « Καὶ ἔσται, ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ [44] ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἶκος Ἰούδα, καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτω διασώσω ὑμᾶς [45], καὶ ἔσεσθε ἐν εὐλογίᾳ. » Εἰώθασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐπαρώμενοι, τοὺς συμφοραῖς περιπεπτωκότας φέρειν εἰς μέσον, καὶ λέγειν· Ἤθοις τοιαῦτα οἷα ὁ δεῖνα πέπονθε· καὶ ἐπευχόμενοί τισι τῶν τῆς θείας εὐλογίας ἠξιωμένων προσφέρειν τὴν μνήμην·

« Θαρσεῖτε, καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν· (ιη', ιε'.) Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μετενόησα· οὕτω παρατέταγμαι, καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ [46] καλῶς ποιῆσαι τὴν [47] Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν οἶκον [48] Ἰούδα. » Καθάπερ, φησὶν, ἀληθεῖς ἔδειξα τῆς τιμωρίας τὰς ἀπειλὰς, οὕτω καὶ ταῖς ἀγαθαῖς οἰκονομίαις ἐπιθήσω

bonorum spem non admittitis. [7,8] At convenit vos, cum potestatem promittentis non ignoretis, sine dubitatione ea quæ dicuntur excipere, et credere me omni ratione salutem populi mei procuraturum, et undique coactum in paternam terram reductu-rum, et in urbe Hierosolyma aperte appariturum esse. Hoc enim ostendit, cum dixit : « Habitabo in medio Hierosolymæ. » Et ille quidem populus meus dicetur, ego vero Deus ejus nominabor, non ut olim falso, sed in veritate et justitia.

Vers. 9. « Hæc dicit Dominus omnipotens : Confortentur manus vestræ, qui auditis in diebus his sermones istos per os prophetarum, **1627** ex quo fundata est domus Domini omnipotentis, et templum ex quo ædificatur. » Promissionis meæ consolationem, inquit, habentes, magna fiducia divinam domum exædificate, ut et legitimam in ea religionem obeatis, et per eam divina dona recipiatis.

Vers. 10. « Quia ante dies illos merces hominum non erat in lucrum, et merces jumentorum non subsistebat, et egredienti et ingredienti non erat pax præ tribulatione. » Cum enim ædificatio templi a vobis negligebatur, inquit, hominum quidem labor infructuosus erat, et jumentorum merces inutilis : omnes autem homines domi forisque assiduo metu commovebantur. « Et emittam omnes homines, unumquemque ad proximum suum. » Ego enim propter rerum divinarum negligentiam, turbas inter vos continuas excitavi. [11, 12] Nunc vero videns studium vestrum erga ædificationem, ante alias res omnes dabo vobis pacis donum : terræ autem frugibus quoque fruemini, pluviis desuper abunde concessis.

Vers. 13. « Et erit, sicut eratis maledicti inter gentes, domus Judæ, et domus Israelis, sic salvabo vos, et eritis benedicti. » Solent enim homines, et cum imprecantur, eos qui in calamitates inciderunt in medium afferre, ac dicere : Talia tibi contingant, qualia illi contigerunt : et cum bene precantur, eorum mentionem facere, quibus divina obtigit benedictio :

« Confidite, et confortemini in manibus vestris : (Vers. 14, 15.) Quia **1628** hæc dicit Dominus omnipotens : Sicut cogitavi ut affligerem vos, eo quod me ad iracundiam provocassent patres vestri, dicit Dominus omnipotens, et non me pœnituit : ita paratus sum, et cogitavi in diebus istis, ut bene faciam Hierosolymæ, et domui Judæ. » Quemadmodum, inquit, veras esse pœnarum minas ostendi, sic etiam bonis dispensationibus finem imponam.

VARIÆ LECTIONES.

[36] τὴν — δέχεσθαι. Des. in C. [37] C οἰκοδόμηται. [38] ἦν. A ἔσται. [39] A ὑπάρξει. [40] κ. τῷ εἰσπ. Des. in A. [41] ἦν. A ἔσται. [42] C ἐνδεεῖς et deinde διηνεκῶς. [43] ἄλλ. C præm. μέν. [44] A κατάρα. [45] ὑμ. Ex A suppl. [46] τοῦ. Ex A suppl. [47] τὴν. In A des. C τῇ. [48] C τῷ οἴκῳ.

Digitized by Google

Ut vero in hunc modum eis animum addidit, rursus ad virtutem adhortatur, et quæ agenda sint, explicat.

« Confidite : (VERS. 16.) Isti sunt sermones, quos facietis. » Ante omnia præcipit, ut veritatem colant. « Loquimini enim, inquit, veritatem, unusquisque ad proximum suum. » Tum illis qui ob res quaspiam rixantur, præcipit ut pacem amplectantur. « Et judicium pacificum judicate in portis vestris. » Itemque, ut injuriæ acceptæ memoriam ex animo ejiciant :

VERS. 17. « Et unusquisque malum proximo suo non cogitet in cordibus vestris. » Et, ut qui jurant juramenta rata faciant, et odio habeant mendacium. « Juramentum enim mendax, inquit, ne diligatis, quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens. » Deinde, quoniam supra dixit se nullam utilitatem ex jejunio percipere (et hoc dixit propter eos, qui arbitrabantur hoc solo Deum coli ac observari), postquam omnes virtutis species docuit, cum his etiam jejunium præcipit.

VERS. 19. « Hæc dicit Dominus omnipotens : Jejunium quartum, et jejunium quintum, et jejunium septimum, et jejunium decimum erunt domui Judæ in gaudium et lætitiam, **1629** et in festivitates bonas, et lætemini, et veritatem et pacem diligite. » Non obscurum est, quartum et quintum, et septimum, non hebdomadis dici, sed mensis, quia etiam decimum adjunxit. Jejunantes, inquit, ne molestia afficiamini ob cibi abstinentiam, sed propter utilitatem quæ ex molestia oritur lætamini : at vero cum jejunio et absque illo veritatem et pacem adamate. Est autem animadvertendum alios interpretes, Aquilam scilicet, Theodotionem, et Symmachum, non dixisse, *quartum* et *quintum*, et *septimum*, et *decimum* jejunare : sed *jejunium* tres illi eodem plane modo dixerunt *quarti*, et *quinti*, *et septimi*, *et decimi* : ut nulli dubium sit, quin quarto, quinto, septimo et decimo mense jejunare præceperit.

VERS. 20-22. « Hæc dicit Dominus omnipotens : Adhuc venient populi multi, et habitatores urbium multarum. Et congregabuntur incolæ quinque civitatum in unam civitatem, dicentes : Eamus eamus ut deprecemur faciem Domini omnipotentis. Et venient populi multi, et gentes multæ, ut quærant vultum Domini omnipotentis in Hierosolyma, et expient vultum Domini. » Adeo nobilis et illustris erit Hierosolyma, ut aliarum urbium incolæ se invicem visitantes adhortentur, et excuant ad pietatem, ut reliotis quæ habentur in

τὸ πέρας. Οὕτω παραθαῤῥύνας αὐτοὺς, πάλιν ἐπ' ἀρετὴν προτρέπει, καὶ εἰσηγεῖται τὰ πρακτέα.

« Θαρσεῖτε· (ις'.) Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ποιήσετε[59]. » Πρὸ πάντων τιμᾶν ἀλήθειαν κελεύει. « Λαλεῖτε γὰρ, φησὶν, ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Εἶτα καὶ τοῖς περί τινων ζυγομαχοῦσι πραγμάτων εἰρήνην βραβεύειν. « Κρῖμα γὰρ εἰρηνικὸν κρίνατε[60] ἐν ταῖς πύλαις ὑμῶν. » Καὶ τὴν μνησικακίαν δὲ τῶν ψυχῶν ἐξελαύνειν.

ιζ'. « Καὶ ἕκαστος γὰρ, φησὶν, τοῦ πλησίον αὐτοῦ[61] τὴν κακίαν μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. » Καὶ ὀμνύντας δὲ ἐμπεδοῦν τοὺς ὅρκους, καὶ τὸ ψεῦδος μυσάττεσθαι. « Ὅρκον γὰρ, φησὶ, ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα[62] ἐμίσησα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Εἶτα, ἐπειδὴ ἄνω ἔφη αὐτὸς μηδεμίαν ἐκ τῆς νηστείας ὠφέλειαν καρποῦσθαι (ἔφη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς οἰομένους τούτῳ μόνῳ τὸν Θεὸν θεραπεύεσθαι), διδάξας ἅπαντα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς, νομοθετεῖ μετὰ τούτων καὶ τὴν νηστείαν.

ιθ'. « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Νηστεία ἡ τετρὰς[63], καὶ νηστεία ἡ πέμπτη, καὶ νηστεία ἡ ἑβδόμη, καὶ νηστεία ἡ δεκάτη, ἔσονται τῷ οἴκῳ Ἰούδα εἰς χαρὰν καὶ εὐφροσύνην[64], καὶ εἰς ἑορτὰς ἀγαθὰς, καὶ εὐφρανθήσεσθε, καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε. » Δῆλον δὲ ὅτι τετράδα[65], καὶ πέμπτην, καὶ ἑβδόμην, οὐ τῆς ἑβδομάδος, ἀλλὰ τοῦ μηνὸς ὀνομάζει, διότι καὶ δεκάτην ἐπήγαγε. Νηστεύοντες, φησὶ, μὴ ἀνιᾶσθε διὰ τὴν ἀσιτίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ τῆς κακουχίας φυομένην ὠφέλειαν εὐφραίνεσθε· καὶ μετὰ νηστείας δὲ καὶ ἄνευ ταύτης τὴν περὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην διάθεσιν ἔχετε. Ἰστέον δὲ ὡς οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, Ἀκύλας, φημὶ, καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος, οὐ τὴν *τετράδα*[65] λέγει, καὶ *πέμπτην*, καὶ *ἑβδόμην*, καὶ *δεκάτην* νηστεύειν, ἀλλὰ *νηστείαν* ἔφασαν συμφώνως οἱ τρεῖς, ἡ τοῦ *τετάρτου*, καὶ ἡ τοῦ *πέμπτου*, καὶ ἡ τοῦ *ἑβδόμου*, καὶ ἡ τοῦ *δεκάτου*· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι ἐν τῷ τετάρτῳ, καὶ τῷ πέμπτῳ, καὶ τῷ ἑβδόμῳ, καὶ τῷ δεκάτῳ μηνὶ νηστείαν προσέταξε.

κ'-κβ'. « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ[66], καὶ κατοικοῦντες πόλεις πολλάς. Καὶ συνελεύσονται κατοικοῦντες πέντε πόλεις[67] εἰς μίαν πόλιν, λέγοντες· Πορευθῶμεν πορευόμενοι[68] δεηθῆναι[69] τοῦ προσώπου Κυρίου παντοκράτορος[70]. Καὶ ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ, ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐξιλάσασθαι τὸ πρόσωπον Κυρίου. » Οὕτως ἐπίσημος ἔσται καὶ περίβλεπτος ἡ Ἰερουσαλὴμ, ὡς τοὺς τὰς ἄλλας οἰκοῦντας πόλεις παρ' ἀλλήλους[71] φοιτῶντας προτρέπειν εἰς εὐσέβειαν ἀλλήλους, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

